ACTA

APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

AN. ET VOL. LXVII

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS
M-DCCCC LXXV

An. et vol. LXVII 31 Ianuarii 1975 N. 1

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: **Palazzo Apostolico - Città del Vaticano —** *Administratio:* **Libreria Editrice Vaticana**

ACTA PAULI PP. VI

ADHORTATIO APOSTOLICA

Ad Episcopos, Sacerdotes et Christifideles totius catholici orbis: de reconciliatione in Ecclesia per Annum Sacrum fovenda.

PAULUS PP. VI

VENERABILES FRATRES AC DILECTI FILII,
SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

PATERNA CUM BENEVOLENTIA, fiducia ac spe vos omnes appellamus, venerabiles in Episcopatu Fratres ac filii dilectissimi e clero, e religiosis Familiis atque e Catholicorum laicorum hominum ordine, iamiam appropinquantibus Anni Sacri celebrationibus in Urbe Eoma apud Ss. Apostolorum Basilicas, postquam vos ipsi, cum pietate atque sensuum propositorumque consensione, intra singulas Ecclesias locales Iubilaeum Sacrum iam peregistis.

Tempus adest permagni sane momenti pro universo mundo, qui ad Ecclesiam respicit; at praesertim pro ipsius Ecclesiae filiis, quippe qui probe sibi sint conscii de supernaturalibus divitiis, quae in eius sanctitatis et gratiae continentur mysterio, quod ipsum a recenti Concilio Oecumenico in sua luce opportune positum est. In hos filios, igitur, animum intendimus, ut

enixe eos adhortemur ad caritatem ad fraternamque concordiam mutuo refovendam, secundum reconciliationis spiritum, qui Anni Sacri est proprius, atque in vinculo unicae Christi caritatis.

Ex quo, enim, propositum Nostrum universalis Iubilaei celebrandi anno MCMLXXV primum annuntiavimus, oratione habita die IX mensis Maii anno MCMLXXIII, iam tum cura Nobis etiam fuit primarium declarare finem spiritualis huiusce ac poenitentialis celebritatis : reconciliationem scilicet, quae, in conversione ad Deum et interiore hominis renovatione innixa, ad sananda valeret discidia atque perturbationes, quibus hominum societas, quae hodie est, atque ipsa ecclesialis communitas laborant.[1]

Postquam autem, ex deliberatione Nostra, Iubilaeus peragi coeptus est in Ecclesiis particularibus inde a sacro Pentecostes die anno MCMLXXIII, nullam missam fecimus occasionem, per illum celebrationis decursum, hunc ipsum finem instanter urgendi, quippe quem congruere censeremus tum cum germano prorsus Evangelii spiritu, tum cum illis christianae renovationis normis, quae a Concilio Vaticano II Ecclesiae universae sunt impertitae. Ecclesiae universae, dicimus, quae quidem cum a Christo Domino idcirco condita sit, ut ex voluntate Patris[2] permanens testimonium exstaret reconciliationis ab Ipso effectae, ex munere sibi concredito debet ***Deum Patrem eiusque Filium incarnatum praesentem et quasi visibilem reddere, ductu Spiritus Sancti sese indesinenter renovando et purificando.***[3] Necessarium, igitur, videtur Nobis, ut munus illud cumulatius usque impleatur, graviore sermone commonere, quantopere urgeat ab universis in Ecclesia christifidelibus actuose foveri ***unitatem spiritus in vinculo pacis (Eph.*** 4, 3).

[1] Cfr. *A.A.S.* 65 (1973), pp. 323 s.

[2] Cfr. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 3: *A.A.S.* 57 (1965), p. 6.

[3] Conc. Vat. II, Const. past. de Eccl. in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* n. 21: *A.A.S.* 58 (1966), p. 1041.

Quare, appropinquante iam festo nativitatis Domini Nostri Iesu Christi — qua die, ut a Nobis statutum est, Iubilaeum universale in hac Urbe Roma inaugurabitur[4] — omnibus sacris Pastoribus omnibusque Ecclesiae filiis Nostram hanc Adhortationem adhibemus, ut iidem efïectores et fautores reconciliationis cum Deo ac fratribus se praebere velint, ita quidem ut adveniens sacra natalicia sollemnitas evadat mundo universo vere « Natalis pacis »,[5] instar Natalis divini Salvatoris.

I

Ecclesia iam inde ab exordiis sibi conscia fuit de rerum conversione per redemptionis opus a Christo peracta, de eaque laetissimum attulit nuntium : inde igitur in hoc mundo omnia nova esse facta (cfr. ***2 Cor.*** 5, 17), quare homines Deum ac spem rursus in venisse (cfr. ***Eph.*** 2, 12), ac iam nunc participes fieri gloriae Dei ***per Dominum Nostrum Iesum Christum, per quem nunc reconciliationem accepimus (Rom.*** 5, 11).

Haec autem rerum novitas unice misericordi Dei consilio accepta referri debet (cfr. ***2 Cor.*** 5, 18-20; ***Col.*** 1, 20-22), eademque succurrit homini, qui, cum ab Ipso ob culpam suam discessisset, in pristinam pacem cum Creatore suo redeundi amiserat facultatem.

Id autem Dei consilium deinde, per ipsius Dei interventum, in tempore ad effectum deductum est. Ipse, enim, nobis non meram veniam concessit, neque satis habuit ut merus homo operam suam inter nos et Ipsum interponeret ; sed constituit ***unigenitum Filium pacis intercessorem:***[6] ***eum, qui non noverat peccatum, pro notis peccatum iecit, ut nos efficeremur iustitia Dei in ipso (2 Cor.*** 5, 21). Revera Christus pro nobis moriens, delevit

[4] **Cfr. Bulla *Apostolorum limina,* 23 maii 1974: *A.A.S.* 66 (1974), p. 306.**

[5] **S. Leo M., *Serm.* 26, 5: *PL* 54, 215.**

[6] **Theod. Cir., *Interpr. Epist. II ad Cor.: P&* 82, 411 A.**

quod adversus nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, et ipsum tulit de medio, affigens illud cruci (Col. 2,14); et per crucem nos cum Deo reconciliavit, ***interficiens inimicitias in semetipso (Eph.*** 2, 16).

Reconciliatio, a Deo per Iesum Christum cruci affixum perfecta, iam omnino pertinet ad mundi universi historiam, quae inter eventus, quibus praecipue constat, quorumque cursus numquam inflecti poterit, hunc etiam complectitur, Deum scilicet hominem factum ac mortuum, ut mundum salvaret. At haec reconciliatio, historice ac stabiliter expressa, habetur in Corpore Christi, quod est Ecclesia, in qua Dei Filius ***convocat fratres suos ex omnibus gentibus***[7] eiusque exstat, utpote Caput (cfr. ***Col.*** 1, 18), auctoritatis et actionis principium, quo ipsa in terris efficitur ***mundus reconciliatus.***[8]

Quoniamque Ecclesia est corpus Christi, Christus autem ***salvator corporis eius est (Eph.*** 5, 23), omnes, ut ad hoc corpus digne pertineant, christiano ipsi muneri fideliter satisfacientes, operam conferre debent ad eius primigeniam naturam servandam, qua nempe efficitur hominum iam reconciliatorum communitas, suam originem ducens a Christo pace nostra (cfr. ***Eph.*** 2, 14), qui ***nos facit esse pacatos.***[9] Reconciliatio, enim, semel accepta, tali vi pollet — haud secus ac gratia atque ipsa vita — ut qui beneficium huiusmodi acceperint, iidem ad agendum atque ad illud aliis transmittendum continenter permoveantur. Haec est nota, qua in Ecclesia et in mundo veri christiani homines agnoscuntur: ***A te igitur pacem incipe, ut cum fueris ipse pacificus, pacem aliis feras.***[10]

Reconciliationis officio fideles ipsi obstringuntur singuli universi; quod nisi adimpleatur, efficacia sua prorsus destituitur vel ipsum religionis sacrificium, quod iidem Deo offerre

[7] **Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 7: *A.A.S.* 57 (1965), p. 9.**

[8] **S. Aug., *Serm.* 96, 7, 8: *PL* 38, 588.**

[9] **S. Hier., *In Epist, ad Eph.* 1, 2: *PL* 26, 504.**

[10] **S. Ambr., *In Luc.* 5, 58: *PL* 15, 1737.**

velint (cfr. ***Mt.*** 5, 23 sq.). Etenim mutua reconciliatio eandem virtutem participat sacrificii ipsius, cum eoque unam efficit oblationem Deo gratam.[11] Ut autem hoc officium reapse impleatur, utque reconciliatio, quae intus in corde fit, haud aliter ac Christi mors a qua procedit, indolem etiam publicam sumat, ipse Dominus Apostolis ac sacris Ecclesiae Pastoribus, qui in eorum locum succedunt, contulit ***ministerium reconciliationis (2 Cor.*** 5, 18). Hi itaque, ***sumpta quasi Christi persona,***[12] stabiliter deputantur ***ad gregem suum in veritate et sanctitate aedificandum.***[13]

Ecclesia, igitur, utpote ***mundus reconciliatus,*** est etiam suapte natura et quidem perenniter ***mundus reconcilians;*** qua. talis, ipsa censenda est praesentia et actio Dei ***in Christo mundum reconciliant sibi*** (cfr. ***2 Cor.*** 5,9); quae quidem praesentia et actio in primis virtutem suam exprimunt in Baptismo, in peccatorum remissione atque in eucharistica celebratione, quae salvificum Christi sacrificium instaurat efficaciterque significat Populi Dei unitatem.[14]

II

Reconciliatio, quatenus secundum duplicem suam rationem secum importat redintegratam pacem inter Deum et hominem atque inter ipsos homines, primus est Redemptionis fructus ; et, quemadmodum ipsa redemptio, universalis est tum latitudine sua tum vi. Hac igitur reconciliatione rerum universitas attingitur ***usque in tempora restitutionis omnium (Act.*** 3, 21), cum videlicet res cunctae creatae iterum in Christo

[11] **Cfr. S. Io. Chrys., *In Matth.,* Homil. 16, 9: *PG* 57, 250; S. Isid. Peius., *Epist.* 4, 111: *PG* 78, 1178; Nicol. Cabas., *ExpUc. div. Liturg.* 26, 2: Sourc. ehret. 4 bis p. 171.**

[12] **S. Cyr. Alex., *In Epist. II ad Cor.: PG* 74, 943D.**

[13] **Conc. Vat. Il, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 27: *A.A.S.* 57 (1965), p. 32.**

[14] **Cfr. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 11: *A.A.S* 57 (1965), p. 15.**

coniungentur, qui est primogenitum mortuorum exsuscitatorum (cfr. ***Col.*** 1, 18).

Cum autem reconciliatio praestantissimo modo per Ecclesiam exprimatur in eaque plenitudo virtutis eius contineatur, Ecclesia est ***veluti sacramentum seu signum et instrumentum intimae cum Deo unionis totiusque generis humani unitatis:***[15] locus scilicet unde, radiorum instar, diffunditur unitas hominum cum Deo eorumque mutua coniunctio, quae quidem, dum magis magisque decursu temporum augescit, in saeculorum consummatione perficietur.

Sed ut plene valeat hanc suam sacramentalem naturam proferre — in qua etiam omnis vitae eius ratio et causa reposita est —, Ecclesia oportet signum sit ipsa significans, sicut postulatur in quovis sacramento; oportet nempe constituat et comprobet consensionem illam et conspirationem doctrinae, vitae et cultus, quae prima eius initia signaverunt (cfr. ***Act.*** 2, 42) quaeque in aevum manent essentiale eius elementum (cfr. ***Eph.*** 4, 4-6; ***1 Cor.*** 1, 16). Haec concordia — secus ac omne discidium ac divisio, quae soliditatem Ecclesiae compaginis in discrimen adducat — facere non potest, quin vim testificationis ipsius augeat, vitae eius rationes efferat, et fidem ipsi tribuendam, seu ***credibilitatem,*** magis illustret.

Quapropter necesse est universi fideles, ut Dei consilia in mundo adiuvent, pergant Spiritui Sancto oboedire, qui Ecclesiam conglutinat ***in communione et ministratione,*** et ***virtute Evangelii iuvenescere facit... eamque perpetuo renovat et ad consummatam cum Sponso suo unionem perducit.***[16] Haec autem fidelitas necessario vim egregiam habebit in re oecumenica, ad aspectabilem omnium christianorum unitatem exquirendam, secundum modum a Christo praestitutum, in una eademque Ecclesia; quae ita proinde efficacius fermentum coniunctionis fraternae in omnium gentium communitate exstabit.

[15] **Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 1: *A.A.S.* 57 (1965), p. 5.**
[16] **Ibid., n. 4: *A.A.S.* 57 (1965), p. 7.**

III

Iamvero, ***quamvis Ecclesia ex virtute Spiritus Sancti fidelis sponsa Domini sui manserit et numquam cessaverit esse signum salutis in mundo, ipsa tamen minime ignorat inter membra sua, sive clericos sive laicos, decurrente multorum saeculorum serie, non defuisse qui Spiritui Dei infedeles exstiterint.***[17] Reapse ***in hac una et unica Dei Ecclesia iam a primordiis scissurae quaedam exortae sunt, quas ut damnandas graviter vitupérât Apostolus***[18] Cum deinde notae fracturae evenerunt, quae contineri non potuerant, Ecclesia discrimen illud interioris dissensionis superavit clare luculenterque affirmando, tamquam pernecessariam communionis condicionem, ea principia, quae integram servarent eius naturalem unitatem, itemque sinerent ut ipsa demonstraretur ***in confessione unius fidei, in divini cultus communi celebratione, necnon in familiae Dei fraterna concordiae***

Attamen, non minus periculosi ac tales ut explicationem cohortationemque hanc Nostram ad unitatem postulent, videntur esse infidelitatis erga Spiritum Sanctum motus, qui his temporibus passim animadvertuntur in Ecclesia quique, pro dolor, eam labefacere conantur ab interiore parte. Horum motuum fautores et qui ab iis circumveniuntur — pauci reapse, si comparantur cum interminata fidelium multitudine — volunt quidem in Ecclesia manere iisdemque iuribus frui ac facultatibus loquendi agendique, quibus ceteri omnes, sed ut ecclesialem unitatem impetant. Et quoniam recusant Ecclesiam agnoscere ex duobus elementis constare, divino et humano — sicut Verbi Incarnati mysterium, quod eam constituit ***fidei,***

[17] Conc. Vat. II, Const. past. de Eccl. in mundo huius temporis *Gaudium et spes.* n. 43: *A.A.S.* 5S (1966), p. 1064.

[18] Conc. Vat. II, Decr. de Oecumenismo *Unitatis redintegratio,* n. 3: *A.A.S.* 57 (1965), p. 92.

[19] Ibid., n. 2: *A.A.S.* 57 (1965), p. 92.

spei et caritatis communitatem his in terris ut compaginem visibilem, per quam Christus ***veritatem et gratiam ad omnes diffundit***[20] —, iidem resistunt et renituntur ipsi sacrae Hierarchiae, velut si omnis huius repugnantiae actus aliquid conferat ad veritatem de Ecclesia usque detegendam, et inde intellegatur qualem eam Christus instituerit. In dubium revocant officium oboedientiae erga auctoritatem, ab ipso Redemptore decretam; accusant Ecclesiae Pastores non quia hoc vel illud, eo aliove modo faciant, sed tantummodo quia — ut dicunt — esse putantur custodes alicuius systematis vel apparatus ecclesiastici, qui cum Christi institutione concurrat et contendat. Hoc modo illi perturbationem et confusionem inferunt in universam communitatem, cum in eam dialecticarum sententiarum iniciant conclusiones, quae a Christi spiritu alienae sunt. Etsi usurpant Evangelii verba, eorum per vertunt significationem. Nos equidem hanc rerum condicionem magno cum dolore animadvertimus, quamvis, uti confirmavimus, minimum quiddam sit, si cum maxima christianorum, qui fideles sunt, multitudine comparetur. Verum, facere non possumus, quin eloquamur et cooriamur adversus talem agendi modum perfidum et iniustum eodem Sancti Pauli studio atque fervore. Quare commonemus omnes christianos bonae voluntatis, ne se permoveri vel abduci patiantur haud legitimis hisce sollicitationibus fratrum misere errantium, quorum tamen precando semper meminimus quosque caros habemus.

Ad Nos quod attinet, hoc asseveranter affirmamus: unica. Christi Ecclesia ***in hoc mundo ut societas constituta et ordinata, subsistit in Ecclesia Catholica, a successore Petri et Episcopis in eius communione gubernata, licet extra eius compaginem elementa plura sanctificationis et veritatis inveniantur;***[21]

[20] **Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. *8: A.A.S.* 51 (1965), p. 11.**

[21] **Ibid., n. 8: *A.A.S.* 57 (1965), p. 12.**

praeterea asseverantis hos ipsos Ecclesiae Pastores, qui Populo Dei ipsius nomine praesident, cum humilitate servorum, sed etiam cum audacia Apostolorum (cfr. ***Act.*** 4, 31), quibus succedunt, habere ius et officium proclamandi: ***Quamdiu ... in hac sede sedemus, quamdiu praesidemus, habemus et auctoritatem et virtutem, etiamsi simus indigni.***[22]

IV

Rei autem ecclesialis cursus, quem supra exposuimus, formam induit dissensionis doctrinalis, cui pluralismum theologicum autumant suffragari, quaeque haud raro usque ad ***relativismum*** in dogmatibus interpretandis producitur, unde et ipsa fidei integritas diversis quidem modis minuitur. Quodsi ad gravissima haec consectaria non pervenit, idem pluralismus interdum quasi legitimus ***locus theologicus*** existimatur, qui petitiones moliri sinat adversus authenticum Magisterium Romani Pontificis et Hierarchiae Episcoporum, qui uni constituti sunt interpretes, auctoritate pollentes, divinae Revelationis, quae in S. Traditione et in S. Scriptura continetur.[23]

Nunc autem pluralismo, qui investigando ac recogitando dogma et perspicere et proponere studeat, neque tamen ***obiectiva*** sui significatione in eodem sensu destruat, legitimum ius civitatis in Ecclesia libenter agnoscimus, tamquam naturalem quandam partem eius catholicitatis, itemque signum sive abundantis doctrinae sive officii ac diligentiae eorum omnium, qui ad eandem pertinent. Pretiosissima etiam bona agnoscimus, quae pluralismus tam in spiritualis vitae christianae, ecclesiasticarum religiosarumque institutionum provinciam, quam in

[22] **S. Io. Chrys., *In Epist, ad Coloss.,* Homil. 3, 5:. *PG* 62, 324.**

[23] **Cfr. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Divina Revelatione *Dei Verbum,* n. 10: *A.A.S.* 58 (1966), p. 822.**

regionem formarum liturgicarum disciplinaeque normarum invexit: agitur enim de bonis, ***ad eam in unum conspirantem varietatem*** confluentibus, quae ***indivisae Ecclesiae catholicitatem luculentius demonstrat™***

Immo etiam concedimus bene temperatam rei theologicae pluralitatem in ipso Christi mysterio inniti, cuius quippe investigabiles divitiae (cfr. ***Eph.*** 3, 8) aetatum omnium omniumque cultuum humanorum loquendi et efferendi exsuperen t facultates. Inde est, cur fidei doctrina, necessario ab eodem profluens mysterio — quandoquidem, in causa salutis, ***non est aliud mysterium, nisi Christus***[25] — novas semper,postulet investigationes. Revera enim, tot sunt Verbi Dei virtutes totque ipsorum, qui eisdem student, fidelium exspectationes[26] atque prospectus ut numquam ea, quae fiat, in eadem fide consensio ab aliqua cuiusque credentis singularitate sit vacua. Attamen, varii accentus ac gradus in una eademque fide intellegenda nullo pacto ea, quae ad eius pertinent substantiam, laedunt, cum in unum revocentur per commune omnium obsequium erga Ecclesiae Magisterium. Hoc enim, sicut, qua norma proxima, omnium fidem statuit, ita omnes confirmat cavetque, ne arbitrio subiciantur diversarum quarumlibet interpretationum.

Quid vero dicendum est de pluralismo, quo fides eiusque enuntiatio habentur non tamquam totius communitatis, atque adeo ecclesialis, hereditas, sed quasi quaedam res a singulis reperta, Uberioris artis criticae uberiorisque Dei Verbi investigationis ope? Nisi enim Ecclesiae magisterium sese interponat, cui Apostoli suum ipsorum magisterium crediderunt,[27]

[24] **Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 23: *A.A.S.* 57 Í1965), p. 29.**

[25] **S. Aug., *Epist.* 187, 11, 34: *PL* 33, 845.**

[26] **Cfr. S. Ephraem Syr., *Comment. Evang. concord.* 1, 18: Sourc. ehret. 121, p. 52.**

[27] **Cfr. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Divina Revelatione *Dei Verbum,* n. 7: *A.A.S.* 58 (1966), p. 820.**

quoque ideo ***nonnisi quod traditum est*** docetur,[28] laeditur irreparabiliter tuta illa coniunctio cum Christo per Apostolos, per eos nempe ***tradentes quod et ipsi acceperunt.***[29] Quare, constanti hac continuatione doctrinae, ab Apostolis traditae, intermissa, fit, ut, dum quis ipsas mysterii difficultates effugere studet, quaedam afferantur formulae intellectu fallaces, quibus germana eiusdem mysterii notio ac significatio dissolvatur; atque adeo eae concinnentur doctrinae cum fidei ***obiectivitate*** nullo modo Cohaerentes, quin etiam ei adversantes, praetereaque contractae iam et firmatae, quae cum opinationibus vel inter se oppositis simul coniunguntur.

Neque insuper nobis est obliviscendum, quotiens de una eademque fide detrahatur, mutui etiam amoris deminutionem consequi. Quotquot enim eo sunt gaudio destituti, quod a fide christiana profluit (cfr. ***Phil.*** 1, 25), alii ab aliis ad gloriam emendicandam adiguntur, non autem ad gloriam quaerendam, quae solum a Deo est (cfr. ***Io.*** 5, 44), ideoque haud leve fraternae communioni detrimentum affertur. Pro sensu namque Ecclesiae, quo omnibus eadem agnoscitur tribuiturque dignitas ac libertas filiorum Dei,[30] substitui nequit spiritus, ut aiunt, particularium coetuum, qui ad optiones discriminum plenas inducit, eaque de causa caritati naturale etiam fulcimentum aufert, id est iustitiam. Inane est enim consilium de ecclesiali communione in meliorem statum provehenda secundum imaginem, ab unoquoque dictorum coetuum effictam.

Nonne, contra, ad Evangelii formam nos omnes perficiamur oportet? Ubinamque hoc plane effectricem suam virtutem, divinitus insitam, manifesto revelat, nisi in Ecclesia, accedente omnium omnino credentium opera?

[28] **Conc. Vat. II, Const. dogm. de Divina Revelatione *Dei Verbum,* n. 10: *A.A.S.* 58 (1966), p. 822.**

[29] **Ibid., n. 8: *A.A.S.* 58 (1966), p. 820.**

[30] **Cfr. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 9: *A.A.S.* 57 (1965), p. 13.**

Denique, eiusmodi spiritus factionis etiam necessariae animorum coniunctioni cum liturgico cultu et oratione nocet et obest, atque in segregem quandam solitudinem convertitur, quam arrogantiae spiritus suadet, haud sane evangelicus idque impediens, ne quis coram Deo iustificetur (cfr. ***Lc.*** 18, 10-14).

Nos autem, quantum possumus, huiusce rerum status causas perspicere volumus, eundemque cum simili comparamus condicione, in qua hodierna hominum societas versatur, in factiones inter se oppositas divisa. Dolendum sane est et ipsam Ecclesiam huius status ictibus quodammodo esse obnoxiam videri: ei tamen nullo modo licet in se recipere statum, qui propius ad morbum accedit. Namque Ecclesia sartam tectam servare debet peculiarem sui notam, qua est familia in membrorum diversitate coadunata; immo etiam fermentum esse debet, quo humana societas ad agendum **impellantur,** quemadmodum de primaevae aetatis christianae fidelibus ethnici affirmabant: ***Vide, inquiunt, ut invicem se diligant!***[31] Hanc igitur ob oculos habentes priscae Communitatis imaginem •— haud absolutae serenitatis, cum inter adversos etiam casus atque dolores emerserit —, Nos omnes obsecramus, ut diversitates neque legitimas neque periculorum vacuas eluctari velint, seseque ita agnoscere possint fratres, Christi amore coniunctos.

V

Interiores contentiones, quae ad varias ecclesialis vitae regiones pertinent, si contumaci veluti statu seditionis solidentur, eo adducunt, ut uni salutis institutioni et communitati pluralitatem quandam « institutionum vel communitatum dissenti entium » opponant, quae nullo modo Ecclesiae naturae respondent. Etenim, si in ea sectae factionesque inter se adver-

[31] **Tertull.,** ***Apologeticum*** **XXXIX, 7;** ***Corpus Christianorum, Series Latina*** **I, 1, Turnholti 1954, p. 151.**

santes creentur, quae in repugnantia inexsuperabili permanent, ipsa structuram suam atque constitutionem amittat. Tum igitur dissentionis exoritur ***polarizatio,*** quam vocant, vi cuius id quod interest plane totum dirigitur in varios coetus, qtd reapse autocephali sunt, quorum quisque obsequium se praestare Deo putat. Haec rerum condicio secumfert et, quantum in ea est, in ecclesialem communionem germina dissolutionis immittit.

Quapropter vehementer optamus, ut conscientiae vox singulos adducat homines ad se suaque recognoscenda, quo prudentiorem faciant optionem. Nos equidem fideles singulos universos ita cohortamur: ***Intimum cordis tui scrutare secretum et omnes recursus animae tuae diligens explorator ingredere*** [32] atque in eorum cordibus iterum confovere volumus desiderium bonorum amissorum : ***Memor esto itaque unde excideris: et age poenitentiam, et prima opera fac (Apoc.*** 2, 5). Ad hoc etiam unumquemque adhortari velimus, ut divinum in se factum prodigium recogitet eiusdemque pernecessarias postulationes coram Domino animadvertat: ***Nihil enim sic debet formidare christianus quam separari a corpore Christi. Si enim separatur a corpore Christi, non est membrum eius; si non est membrum eius, non vegetatur Spiritu eius. Quisquis autem, inquit Apostolus, Spiritum Christi non habet, hic non est eius.*** [33]

VI

Itaque, ad ecclesialem vitam quod attinet, necesse prorsus est omnes in Ecclesia — Episcopi, sacerdotes, religiosi, laici — suas actuose partes conferant ad commune plenariae reconciliationis studium, ut in omnibus interque omnes illa

[32] S. Leo M., *Tract.* 84 bis, 2: *Corpus Christianorum* 138A, p. 530.
[33] S. Aug., *In Io. Evang.* 27, 6: *PL* 35, 1618.

restituatur pax, quae est ***nutrix dilectionis et genitrix unitatis.*** [34] Unusquisque propterea se praebeat dociliorem usque discipulum Domini, qui enuntiavit peccata nostra non dimitti nobis a Patre, nisi fratribus reconciliati simus (cfr. ***Me.*** 11, 26), nosque uti discipulos eius a ceteris non cognosci, nisi ex dilectione quam habuerimus ad invicem (cfr. ***Io.*** 13, 35). Qui igitur intellegat sese, quolibet modo, divisionis huiusce statu implicari, eam rursus audiat Domini vocem, quae sine intermissione tunc etiam instat et urget, cum se ad precandum componit: ***Vade prius reconciliari fratri tuo (Mt.*** 5, 24).

Simul omnes, quisque quidem pro rationibus ac formis statui suo congruentibus, salutiferum opus iterum considerantes a Deo pro nobis peractum, alacres incumbant illis sui spiritus condicionibus constituendis, quibus ad effectum reconciliatio adducatur. Quoniamque amanti solius Dei consilio reconciliati ei sumus, nostram idcirco vivendi rationem benignitati et misericordiae conformemus, nobis invicem donantes, sicut et Deus in Christo donavit nobis (cfr. ***Eph.*** 4, 31-32). Praeterea, cum reconciliatio nostra a sacrificio Christi oriatur, qui pro nobis in cruce ipse immolari voluit, ipsa igitur Crux, quae, quasi summus navis maius, in Ecclesia ponitur ad cursum ei monstrandum per orbem terrarum,[35] mutuas inter nos necessitudines afficiat ac dirigat, ut eae re vera christianae sint omnes. A nulla, quam cum aliis habemus, necessitudine aliqua personae abnegatio umquam desit. Inde enim consequetur fraternus erga alios benevolentiae motus, vi cuius et libenter dotes uniuscuiusque propriae agnoscantur, et omnes suam sociam operam conferre valeant ad unam ecclesialem communionem locupletandam, ***ita ut totum et singulae partes augeantur ex omnibus invicem com-***

[34] **S. Leo M., *Serm.* 26, 3: *PL* 54, 214.**

[35] **Cfr. S. Max. Taur., *Serm.* 37, 2: *Corpus Christianorum* 23, p. 145.**

municantibus et ad plenitudinem in unitate conspirantibus.[36] Hoc modo affirmari licet unitatem, recte intellectam, sinere, ut unusquisque personam suam excolat perficiatque.

Ex hoc erga alios benevolentiae motu, cum voluntate coniuncto mentis aliorum intellegendae suique abnegandi exercitatione, profecto fiet, ut firmus, ordinatus necnon efficax sit ille caritatis actus, nobis a Domino imperatus, qui in fraterna correptione consistit (cfr. ***Mt.*** 18,15). Quae, cum a quovis christifideli fieri possit pro omni fratre in fide, communis videtur esse ratio ac via tum ad dissentiones haud paucas sanandas, cum ad impediendum ne quae oriantur.[37] Vicissim, ipsa correptio corripientem inducit ad trabem de oculo suo eiciendam (cfr. ***Mt.*** 7, 5), ne correptionis ordo perturbetur.[38] Per eiusdem usum, proinde, initium fit incitationis ad sanctitatem attingendam, qua sola habetur reconciliationis plenitudo; quae minime consistit in commoda quadam pacificationem quae unice utilitati inserviat atque pessimam inimicitiarum formam tegat;[39] verum ponenda est in interiore conversione atque ex ea consequenti amore, qui in unum omnes cogit in Christo. Quae reconciliatio efficitur praesertim in reconciliationis Sacramento, quod est Paenitentia, qua fideles ***veniam offensionis Deo illatae ab eius misericordia obtinent et simul reconciliantur cum Ecclesia, quam peccando vulneraverunt,***[40] dummodo ***hoc... salutis sacramentum... in tota eorum vita veluti radices agat et ad ferventius Dei fratrumque servitium impellat}***[1]

[36] **Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 13: *A.A.S.* 57 (1965), pp. 17 s.**

[37] **Cfr. S. Thom., *Summa theol.* II-II^ae, q. 33, a. 4: *Opera omnia,* Ed. Leon., t. VIII, p. 266.**

[38] **Cfr. S. Bonav., *In IV Sent.,* dist. 19, dub. 4: *Opera Omnia,* Ad Claras Aquas, t. IV, p. 512.**

[39] **Cfr. S. Hier., *Contra Pelagian.* 2, U: *PL* 23, 546.**

[40] **Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 11: *A.A.S.* 57 (1965), p. 15.**

[41] ***Ordo Paenitentiae,* Praenotanda, n. 7, Typis Polyglottis Vaticanis 1974, p. 14.**

Et nihilominus ***in aedificatione corporis Christi diversitas viget membrorum et officiorum,***[42] eademque animorum contentiones necessario gignit; quae quidem contentiones etiam inter Sanctos animadversae sunt, non ita tamen ut ***occiderent concordiam..., interimerent caritatem.***[43] At quo modo impediri potest, ne inde divisiones parían tur? Ex ea quippe diversitate personarum atque munerum firmum tutumque manat principium, quo nixa omnis cohaeret Ecclesia. Eius enim diversitatis pars praecipua atque pernecessaria sunt Ecclesiae pastores, legati scilicet ad reliquos fideles ab ipso Christo constituti; atque ad hoc ea auctoritate instructi atque ornati, quae, singulorum officia atque optiones excedens, omnia ad integram solidamque Evangelii doctrinam revocat, quod est ***verbum reconciliationis*** (cfr. ***2 Cor.*** 5, 18-20). Nimirum auctoritas, qua iidem verbum illud proponunt, obligandi vim habet non quia ab hominibus excipitur, sed quia illis a Christo collata est (cfr. ***Mt.*** 28, 18; ***Me.*** 16, 15-16; ***Act.*** 26, 17 sq.). Cumque ille qui eos audit vel spernit, Christum audiat vel spernat simulque Patrem qui eum miserit (cfr. ***Luc.*** 10, 16), officium quo fideles pastorum auctoritati parent, ad ipsam christiani hominis essentiam omnino spectat.

Ex altera vero parte, Ecclesiae pastores corpus efficiunt natura sua cum Petri successore et sub huius potestate unum atque indivisum; et idcirco ab horum omnium concordi muneris perfunctione fidelique eius receptione, fidei et communionis unitas cunctorum christifidelium pendet,[44] per quam ostenditur mundo reconciliatio a Deo in Ecclesia sua effecta. Utinam ergo communis prex, divino Salvatori adhibita: ***Episcoporum collegio cum Papa nostro semper adesto ; iisque unitatis, cari-***

[42] Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 7: *A.A.S.* 57 (1965), p. 10.

[43] S. Aug., *Enarrat, in Ps.* 33, 19: *PL* 36, 318.

[44] Cfr. Conc. Vat. I, Const. dogm. *Pastor aeternus,* Prooem.: *DS* 3050; Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 18: *A.A.S.* 57 (1965), p. 22.

tatis pacisque dona largire[45] exaudiatur; atque sacri pastores, quemadmodum eminenti atque visibili ratione Christi personam induunt eiusque vices gerunt,[46] ita et Eum imitentur atque in populum Dei amorem transfundant, quo sese ipse immolavit, qui ***dilexit Ecclesiam et seipsum tradidit pro ea (Eph.*** 5, 25). Sitque renovatus eorum amor exemplum fidelibus efficax, ac potissimum sacerdotibus et sodalibus religiosis, qui forte iniunctis sibi officiis ministerii et vocationis defuerint, adeo ut omnes in Ecclesia ***corde uno et anima una*** (cfr. ***Act.*** 4, 32) assidui sint iterum ***in praeparatione Evangelii pacis (Eph.*** 6, 15).

Sane mater Ecclesia aegre et amare fert, quod nonnulli filii eius, ministeriali sacerdotio ornati vel, ex alio aliquo titulo, Dei atque fratrum famulatui addicti, a munere suo desciverint. Nihilo tamen minus, ii omnes sunt ipsi levamento et gaudio, qui in susceptis muneribus erga Christum et Ecclesiam magno constantique animo perseverant; quorum quidem plurimorum meritis suffulta atque recreata, allatum sibi etiam dolorem in amorem vult convertere, qui et omnia plane intellegere et omnia in Christo donare potest.

Nos autem qui, ut Petri Successores — haud Nostris quidem meritis, verum apostolici Nobis commissi muneris gratia — sumus unitatis tum sacrorum Pastorum tum fidelium multitudinis visibile principium atque fundamentum,[47] Nostram adhibemus adhortationem ad maximum bonum illud reconciliationis sive cum Deo, sive in nobis, sive inter nos redintegrandum, ut Ecclesia valeat signum in mundo esse efficax unionis cum Deo et unitatis, qua omnes creaturae eius coniungantur.

Hoc sane fides nostra postulat, quam in ipsam Ecclesiam

[45] *Liturgia Horarum,* IV, Typis Polyglottis Vaticanis 1972, p. 513.

[46] Cfr. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclèsia *Lumen gentium,* n. 21: *A.A.S.* 57 (1965), p. 25.

[47] Cfr. Ibid., n. 23: *A.A.S.* 57 (1965), p. 27.

habemus, quam ***in Symbolo unam, sanctam, catholicam et apostolicam profitemur.***[48] Nos omnes ut eam diligant, eam sectentur, eam aedificent, instantissime deprecamur, iisdem usi sancti Augustini verbis: ***Amate hanc Ecclesiam, estote in tali Ecclesia, estote talis Ecclesia!***[49]

Id suademus atque proponimus omnibus filiis nostris, sed potissimum iis, in quos officium recidit fratrum aliorum ducendorum, per Nostram hanc Adhortationem. Voluimus enim, ut pastoralis eadem esset fiduciaque plena, et ex afflatu studioque pacis profecta. Sunt quibus severa forsitan vel acerba videatur. Verumtamen eam composuimus, cum hinc alte inspiceremus in Ecclesiae rerum condicionem, illinc vero in postulata pernecessaria Evangelii. Sed ex imo Nostro pectore potissimum coorta est: amare enim nos eodem animo Ecclesiam oportet, quo secundum Evangelii similitudinem novimus vitem purgandam et putandam esse, quo copiosiorem afferat fructum (cfr. ***Io.*** 15, 2). Denique, Adhortatio haec permagna sustentatur spe, quam grave mandati apostolici onus numquam extenuavit mutavitque. Gratias Deo pro eius fidelitate agimus. Confidimus et speramus futurum esse, ut vehementissime Spiritus Sancti impulsu homines nostri respondeant dictis. Ipse enim iam adest et operatur in penetralibus animae uniuscuiusque christifidelis, atque eos omnes, in humilitate et pace, per vias veritatis et amoris perducet. Ipse est enim fortitudo et robur nostrum. Scimus quam plurimos Ecclesiae filios exspectavisse hasce nostras admonitiones, paratosque esse ad eas utiliter fructuoseque suscipiendas. Exoptamus — immo etiam summopere id cupimus — ut universus Dei Populus pari passu Nobiscum progrediatur, sicut in itinere illo biblico Nobiscum ineat sanctificationis gradus ipsius Iubilaei, atque Nobis-

[48] **Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 8: *A.A.S.* 57 (1965), p. 11.**

[49] ***Serm.* 138, 10: *PL* 38, 769.**

cum unum fiat, idcirco ut credat mundus; semperque is se dirigi sinat gratia Domini Nostri Iesu Christi, et caritate Dei Patris, et communicatione Sancti Spiritus.

Haec optata et vota concredimus Mariae Virginis Immaculatae deprecationi, ***quae toti electorum communitati tamquam exemplar virtutum praefulget; (...) quae in historiam salutis intime ingressa, maxima fidei placita in se quodammodo unit et reverberat.***[50] Et communem denique voluntatem sanctificationis atque reconciliationis confirmamus Benedictione Nostra Apostolica, ex animo impertita.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, in sollemnitate Immaculatae Conceptionis Beatissimae Virginis Mariae, die VIII mensis Decembris, anno MDCCCCLXXIV, Pontificatus Nostri duodecimo.

PAULUS PP. VI

[50] **Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 65: *A.A.S.* 57 (1965), p. 64.**

SACRA CONSISTORIA

CONSISTORIUM SECRETUM

Feria quinta, die xn mensis Decembris, in Aula Consistoriali Palatii Apostolici Vaticani habitum est ***Consistorium Secretum,*** cuius acta ex ordine referuntur.

I - SUMMI PONTIFICIS ALLOCUTIO

(Deputatio trium Cardinalium a latere Legatorum — Kenuntiatio E.mi Camerarii Sacri Collegii Cardinalium — Assignatio titulorum Ecclesiarum suburbicariarum).

Vota, amoris et observantiae plena, quae vos, Venerabiles Fratres Nostri per Cardinalem Collegii vestri Decanum, Nobis nunc proferre voluistis, ad commemorandum vigesimum anniversarium diem Nostrae episcopalis ordinationis, penitus Nos tetigerunt. Haec, enim, egregios animi sensus testantur, qui décorant Nostros proximos adiutores in universa Ecclesia gubernanda; itemque voluntatem significant, qua vos permovemini, ut consilio, labore, precibus fidelitateque vestra leviorem reddatis sarcinam apostolici officii, quae tantopere aggravât umeros Nostros; ac praesertim laetissimo indicant auspicio, quam flagranti pietate ac religione Romana Curia distinguatur atque in exemplum floreat. De hoc humanitatis vestrae officio, acceptissimo sane, a Nobis habete gratias maximas easque meritissimas.

Vos hodie in nomine Domini congregati estis ad hoc celebrandum Consistorium, dum iam studia et opera fervent Anno Sacro in hac Urbe proximis diebus inchoando. Consentaneum igitur est, ut in hoc summae gravitatis eventum praecipue mentes cogitationesque nostrae intendantur. Ac placet in primis coram vobis immortales Deo gratias persolvere, cuius beneficio

factum est, ut hoc gratiae tempus Ecclesiae illucescat. Ab Eo autem enixis poscimus precibus non modo ut Nobis benigne velit suppeditare vires tanto persolvendo operi necessarias, sed ut Nobis etiam, vobis cunctoque Dei Populo divite manu supernas gratias dilargiatur, ut piacularis huius Anni fructus percipi possint uberrimi. Qui fructus, ut probe nostis, eo spectant, ut spiritualis vita magis magisque in universa Ecclesia adaugeatur et christianorum mores, per eorum reconciliationem cum Deo et inter ipsos, renovato sanctitatis studio passim reflorescant. Eaxit Deus, ut id in ipsius mundi emolumentum redundet atque meliora tempora non solum Ecclesiae, sed — quod vehementer optamus — cunctis etiam populis ac gentibus feliciter oriantur.

Dum gaudio iam nunc afficimur ob magnum fidei pietatisque spectaculum, quod mox visuri sumus, ad id exsequendum gressum facimus, ob quod vos hodie hunc in consessum potissimum convocavimus, scilicet ut quaedam statuantur, quae ad Iubilarem Annum celebrandum pertinent.

Ut vobis in comperto est, Annus Sacer ex antiquissimo Apostolicae Sedis more initium sumit a quattuor reserandis sanctis portis Patriarchalium Basilicarum. Quamobrem in nocte Nativitatis Domini Nostri Iesu Christi, Basilicae Vaticanae portam sanctam, exemplo Decessorum Nostrorum, Nosmet ipsi, Deo favente, aperiemus. Cum autem eandem caerimoniam ad reliquas Patriarchales Basilicas insequenti die per Legatos Nostros fieri oporteat, auctoritate Dei Omnipotentis, Beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, Legatos Nostros deligimus ac renuntiamus Venerabiles Fratres Nostros Sacrae Romanae Ecclesiae Cardinales: Aloisium Traglia, Sacri Collegii Decanum, qui portam sanctam Basilicae S. Pauli ad viam Ostiensem Nomine Nostro aperiat; item Hugonem Poletti, Nostrum in Urbe Vicarium, qui portam sanctam Basilicae Lateranensis Nomine Nostro aperiat; ac denique Carolum Confalonieri, Liberianae Basilicae Archipresbyterum, qui portam sanctam eiusdem Ba-

silicae Nomine Nostro aperiat. In nomine PaSßtris et Fi® Iii et Spiritus £& Sancti. Amen.

Pariter, ex tradito Apostolicae Sedis more, fit ut per Anni Sacri decursum sueto crebriores in Vaticana Basilica sollemnes ritus peragantur, quibus Beati Coelites in Sanctorum album referuntur, idque fit, sive ut Iubilaei celebrationes novo quodam splendore augeantur, sive etiam ac potius ut per opportuna Sanctorum exempla ad imitandum proposita christifideles efficacius incitentur ad christianam morum renovationem: quod quidem potissimum indictus Annus Sacer ab omnibus postulat.

Hac de causa, vobis in hodierno Consistorio disceptandum est, utrum constet de miraculis, quae proposita sunt ad canonizationem Anno Sacro obtinendam sex Beatorum Caelitum, nempe :

— Beati OLIVERII PLUNKETT, Archiepiscopi Armachani Primatisque Hiberniae, Martyris;

— Beati IUSTINI DE JACOBIS, Episcopi Nilopolitani, Vicarii Apostolici Abyssiniae, e Congregatione Missionis;

— Beati IOANNIS MACIAS, religiosi ex Ordine Praedicatorum;

— Beati IOANNIS BAPTISTAE a Conceptione, Conditoris Fratrum Reformatorum Discalceatorum Ordinis Sanctissimae Trinitatis ;

— Beatae VINCENTIAE MARIAE LÓPEZ VICUÑA, Virginis, Fundatricis Instituti Filiarum Mariae Immaculatae;

— Beatae ELISABETH ANNAE BAYLEY viduae SETON, Fundatricis Congregationis Sororum a Caritate S. Iosephi in America.

Antequam autem ad has causas tractandas procedatur, restat ut alia negotia expediantur, secundum ordinem rerum agendarum in hoc Consistorio servandum.

In primis prospiciendum est Sacro vestro Collegio, quod post mortem complorati Cardinalis Ildebrandi Antoniutti, Ca-

merario vacat. Dum cogitatio Nostra pie et amanter advolat ad hunc vestrum Collegam vita functum, qui sui desiderium et vitae exemplum, grata recordatione dignum, reliquit, eius in munere successorem renuntiamus Cardinalem Franciscum Seper, Praefectum Sacrae Congregationis pro Doctrina Fidei, qui, iuxta morem, usque ad proximum Consistorium hoc munere fungetur.

Praeterea, sedibus suburbicariis vacantibus prospicientes, Cardinalem Ioannem Villot, a Publicis Ecclesiae Negotiis, nominamus ac renuntiamus Episcopum Suburbicarium Tusculanum; Cardinalem Sebastianum Baggio, Praefectum Sacrae Congregationis pro Episcopis, nominamus et renuntiamus Episcopum Suburbicarium Veliternum; Cardinalem Antonium Saniore, Bibliotecae et Tabulario Sanctae Romanae Ecclesiae praepositum, nominamus ac renuntiamus Episcopum Suburbicarium Sabinensem et Mandelensem.

Denique ad provisiones Ecclesiarum procedendum est. Ad rem quod attinet, silentio praeterire nolumus eventum, cuius causa vehementi sane paternoque solacio afficimur: constitutam dicimus Ecclesiasticam Hierarchiam in Sudanensi Natione. Quod eventum profecto clara in luce ponit felices christianae vitae progressus apud Ecclesiam illam, quae post tristissimos recentiorum temporum casus, nedum vim suam amiserit, nova quodam vigore, veluti excisa arbor, pollere videtur. Fore igitur inde speramus, ut lectissima illa dominici agri pars cotidie magis floreat, incrementa capiat fructusque edat uberrimos.

II - OPTIO

Postea Reverendissimus Cardinalis Petrus Palazzini, dimissa Diaconia S. Petri Damiani ad Montes S. Pauli, optavit Diaconiam S. Hieronymi a Caritate in via Iulia.

III - PROVISIO ECCLESIARUM

Deinde, Beatissimus Pater sequentes proposuit Ecclesias :

Metropolitanae Ecclesiae Khartumensi, Vicariatu apostolico ad archidioecesim evecto, praefecit Exc. P. D. Augustinum Baroni, Episcopum titulo Balecensem.

Metropolitanae Ecclesiae Iubaënsi, Vicariatu apostolico ad archidioecesim evecto, Exc. P. D. Ireneum Wien Dud, episcopum titularem Barcusensem.

Cathedrali Ecclesiae Malalcalensi, Praefectura apostolica ad archidioecesim evecta, R. D. Pium Vukwan Deng, eiusdem Praefecturae Administratorem Apostolicum.

Cathedrali Ecclesiae Tomboraënsi, Praefectura apostolica ad dioecesim evecta, B. D. Iosephum Gasi, eiusdem Praefecturae Administratorem Apostolicum.

Cathedrali Ecclesiae Vavensi, Vicariatu apostolico ad dioecesim evecto, K. D. Gabrielem Zubeir, Vicarium delegatum Vicarii Apostolici Vavensis.

Titulari episcopali Ecclesiae Acciensi R. D. Ioannem Baptistam Ama, e clero archidioecesis Yaundensis, quem constituit Auxiliarem Exc.mi P. D. Ioannis Zoa, archiepiscopi Yaundensis.

Metropolitanae Ecclesiae Castriensi, noviter erectae, Exc. P. D. Patritium Webster, episcopum S. Georgii.

Cathedrali Ecclesiae Ibadanensi Exc. P. D. Felicem Alaba Adeosin Job, episcopum titularem Abthugnitanum.

Cathedrali Ecclesiae Iosensi Exc. P. D. Gabrielem Gonsum Ganaka, episcopum titularem Cuiculitanum.

Cathedrali Ecclesiae S. Georgii B. D. Sydney Anicetum Charles, vicarium generalem archidioecesis Portus Hispaniae.

Cathedrali Ecclesiae Bobodiulassensi R. D. Ahselmum Sanon, e clero dioecesis Bobodiulassensis, seminarii maioris regionalis de ((Koumi » moderatorem.

Cathedralibus Ecclesiis Urbevetanae et Tudertinae Exc. P. D. Decium Lucium Grandoni, episcopum titularem Atellanum.

Cathedralibus Ecclesiis Assisiensi et Nucerinae Tadinensi Exc. P. D. Dinum Tomassini, episcopum Anglonensem-Tursiensem.

Cathedrali Ecclesiae Anglonensi-Tursiensi R. D. Vincentium Franco, curionem Ecclesiae metropolitanae Tranensis.

Titulari episcopali Ecclesiae Zaraïtenae R. D. Benedictum Cocchi, pro-vicarium generalem archidioecesis Bononiensis, quem deputavit Auxiliarem E.mi P. D. Antonii S. R. E. Cardinalis Poma, archiepiscopi Bononiensis.

Titulari episcopali Ecclesiae Plestiensi R. D. Brunonem Foresti, e clero dioecesis Bergomensis, curionem oppidi vulgo « San Pellegrino Terme » nuncupati, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Iosephi Amici, archiepiscopi Mutinensis.

Titulari episcopali Ecclesiae Limatemi R. D. Ioannem Benedetti, canonicum Ecclesiae cathedralis Fulginatensis, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Ferdinandi Lambruschini, archiepiscopi Perusini.

Cathedrali Ecclesiae Hagulstadensi et Novocastrensi Exc. P. D. Hugonem Lindsay, Episcopum titulo Sancti Cuthberti.

Cathedrali Ecclesiae luazeiriensi R. P. Iosephum Rodrigues de Spuza, Congregationis SS.mi Redemptoris sodalem.

Titulari episcopali Ecclesiae Pacatemi Exc. P. D. Adolf um Hernández Hurtado, episcopum Zamorensem in Mexico, quem deputavit Auxiliarem E.mi P. D. Iosephi S. R. E. Cardinalis Salazar López, archiepiscopi Guadalaiarensis.

Cathedrali Ecclesiae Zamorensi in Mexico Exc. P. D. Iosephum Radulfum Robles Jiménez, episcopum Tulancingensem.

Cathedrali Ecclesiae Catarmaniensi, noviter erectae, R. D. Angelum Hobayan, seminarii dioecesis Boronganensis moderatorem.

Cathedrali Ecclesiae Manchesteriensi R. D. Odore Gendron, e clero dioecesis Manchesteriensis.

Titulari episcopali Ecclesiae Sinnipsensi Carolum Augustum Siegel, e clero dioecesis Osnabrugensis, civitatis Hamburgi decanum, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Heimodi Hermanni Wittler, Episcopi Osnabrugensis.

Titulari episcopali Ecclesiae Strathearniensi R. D. Hubertum Brandenburg, canonicum Ecclesiae cathedralis Osnabrugensis, quem depu-

tavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Heimodi Hermanni Wittler, Episcopi Osnabrugensis.

Titulari episcopali Ecclesiae Hipponensi R. D. Franciscum Emmanuelem Vieira, Vicarium episcopalem archidioecesis S. Pauli in Brasilia, quem deputavit Auxiliarem E.mi P. D. Pauli Evaristi S. R. E. Cardinalis Arns, archiepiscopi S. Pauli in Brasilia.

Titulari episcopali Ecclesiae Vataroensi R. D. Maurum Morelli, Vicarium episcopalem archidioecesis Piracicabensis, quem deputavit Auxiliarem E.mi P. D. Pauli Evaristi S. R. E. Cardinalis Arns, archiepiscopi S. Pauli in Brasilia.

Titulari episcopali Ecclesiae Tambeaensi R. D. Angelicum Sandalo Bernardino, canonicum capituli metropolitam Archidioecesis Rivi Mgri, quem deputavit Auxiliarem E.mi P. D. Pauli Evaristi S. R. E. Cardinalis Arns, archiepiscopi S. Pauli in Brasilia.

Titulari episcopali Ecclesiae Macrianensi minori R. P. Ioelem Ivonem Catapan, Societatis Verbi Divini sodalem, quem deputavit Auxiliarem E.mi P. D. Pauli Evaristi S. R. E. Cardinalis Arns, archiepiscopi S. Pauli in Brasilia.

Praeterea Summus Pontifex a Se per Apostolicas sub plumbo Litteras iam renuntiatos Sacrorum Antistites centum et octoginta octo Ecclesiarum publicavit, videlicet :

Metropolitanarum undeviginti, quos inter :

Agriensem, Iosephum Bank ;

Cuttackensem-Bhubanesvarensem, noviter erecta archidioecesi, Henricum Sebastianum D'Souza.

Archiepiscopalium residentialium duo, id est :

Ispahanensem Latinorum, Villelmum Barden;

Tingitanum, Carolum Amigo Vallejo.

Archiepiscopalium titularium quattuor, quos inter :

Maurensem, Caesarem Zacchi;

Zellensem, Angelum Acerbi.

Episcopalium residentialium nonaginta octo, quos inter :

Portus Gratiae, noviter erecta dioecesi, Michaelem Saudreau;

tyrensem, Franciscum Papamanolis ;

Francopolitanum in Gabone, noviter erecta dioecesi, Felicianum Patricium Makouka.

Episcopalium titularium undesexaginta, quos inter :

Rotdonensem, Franciscum Lenny;

Ruspensem, Entium Ceccarelli Catraro;

Nazianzenum, Martinum Greschuk.

Praelaturarum quinque, quos inter :

Coaritanum, Gutemberg Freiré Regis;

Escuintlensem, Marium Bios Mont.

Abbatiae nullius ***Novae Nursiae,*** Bernardum Rooney.

Demum Summus Pontifex Suum dixit assensum dedisse electionibus canonice factis : in Synodo Episcoporum ***Chaldeorum :***

— R. P. Ioannis Zora ad archiepiscopalem Ecclesiam Ahvasiensem Chaldeorum ;

— Exc.mi P. D. Samuelis Chauriz, archiepiscopi Ahvasiensis Chaldeorum, ad metropolitanam Ecclesiam Urmiensem;

in Synodo Episcoporum ***Melchitarum:***

— Exc.mi P. D. Iosephi Raya, archiepiscopi Ptolemaidensis, ad titularem archiepiscopalem Ecclesiam Scithopolitanam.

IV - RELATIO CAUSARUM CANONIZATIONIS

Subinde Rev.mus P. D. Card. Aloisius Raimondi, S. Congregationis pro Causis Sanctorum Praefectus, retulit de causis canonizationis Beatorum Oliverii Plunkett, Archiepiscopi Armachani Primatisque Hiberniae, martyris ; Iustini De Jacobis, Episcopi Mlopolitani, Vicarii Apostolici Abyssiniae e Congregatione Missionis ; Ioannis Macias, religiosi ex Ordine Praedicatorum ; Ioannis Baptistae a Conceptione, Conditoris Fratrum Reformatorum Discalceatorum Ordinis Sanctissimae Trinitatis; Vincentiae Mariae López Vicuña, Virginis, fundatricis Instituti Filiarum Mariae Immaculatae; Elisabeth Annae Bayley viduae Seton, fundatricis Congregationis Sororum a Caritate S. Iosephi in America.

Relatione expleta, Summus Pontifex Eminentissimorum Patrum Cardinalium suffragia exquisivit :

« Diligenti animi attentione, ut par erat, aures praebuimus expositione quae nunc circa causas propositas facta est, Ut autem omnia fiant secundum traditum Apostolicae Sedis mo-

rem, ante decretoriam sententiam Nostram, vestra vota rogamus, ut inde pateat, an ad sollemnem horum Beatorum Canonizationem procedi possit. Faveatis, igitur, Venerabiles Fratres Nostri, alius post alium, pro dignitatis vestrae ordine, Nobis mentem vestram aperire ».

Tunc singuli Patres, servato ordine, sententiam suam aperuerunt.

CONSISTORIUM UNICUM

Consistorio secreto absoluto, statim in eadem Aula habitum est ***Consistorium Unicum*** (loco duorum Consistoriorum, ***publici*** et ***semipublici),*** cuius acta referuntur :

I - POSTULATIO PALLIORUM

68 D. S. Lourdusamy, ***a Secretis***

SAGRA CONGREGATIO PRO CAUSIS SANCTORUM

I

AVENIONEH.

Beatificationis et canonizationis Ven. Servi Dei Caesaris De Bus, sacerdotis fundatoris Congregationis Presbyterorum a Doctrina Christiana.

SUPER DUBIO

An et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum de quo agitur.

Aptiora inter subsidia quibus Ecclesia in munere suo educationis explendo nullo non tempore usa est, ***a primum est institutio catechetica, quae fidem illuminat et roborat, vitam secundum spiritum Christi nutrit, ad mysterii liturgici consciam et actuosam participationem conducit, atque ad actionem apostolicam excitat*** » (Decl. de educ. christ., ***Gravissimum educationis,*** n. 4).

Haec quae a Concilio Vaticano Secundo nuntiantur, iampridem Venerabilis Caesar De Bus, fulgidum cleri decus et exemplum in Gallia, exeunte saeculo xvi et ineunte xvn, egregie ad rem adduxerat, vitam actionemque apostolicam his normis totam informare contendens.

In oppido cui nomen ***Cavaillon*** prope Avenionem natus die 3 mensis Februarii anno 1544, septimus e tredecim filiis nobilis familiae De Bus bonisque moribus ac christiana religione inde a puero instructus, adolescentiam caste transegit atque in litterariis ludis haud mediocrem assecutus est laudem. Stipendia merens in Caroli aulam accitus est regiisque excubiis praepositus, saeculi pompis aliquandiu indulsit, donec divina excitatus gratia, anno 1575, ad severioris vitae disciplinam reversus, divino servitio in proximorum salutem se mancipavit totum. Sacerdotio itaque auctus, anno 1582, aetatis suae duodequadragesimo, divini praedicandi verbi ministerium per vicos et oppida, magno cum animarum lucro, impiger et alacer ad ultimos vitae annos prosecutus est. Christianorum mores restituere in animo habens, Servus Dei praecipuas impendit curas in catecheticam pueris et rudibus

instructionem impertiendam. Quem in finem Congregationem Presbyterorum instituit, qui a Doctrina Christiana tradenda et nomen et officium adepti, assiduam ac fructuosam ad idem munus praeberent operam.

Dum autem vir Dei meliora quaeque virtutum charismata aemulari adniteretur, actuosissimum vitae cursum in urbe Avenionensi die 15 Aprilis a. 1607 pio consummavit exitu.

Cuius virtutes tum théologales tum cardinales aliasque morales iisdem adnexas heroicum attigisse gradum Pius Papa VII, decreto diei 8 Decembris a. 1821 edixit. Percrebrescente autem signorum ac miraculorum fama, quae eiusdem Venerabilis Servi Dei intercessione divinitus patrata dicebantur, binae sanationes miraculi notas praeseferentes, annis 1911 et 1942 obtentae, huic Sacrae Congregationi exhibitae sunt.

Quarum sanationum prior respicit dominum Paschalem Favino, agricolam Asculanum Apuliae septuaginta duo annos natum, qui die 5 Aprilis anno 1911, variis iam organicis perturbationibus affectus, ab acuta syndrome pulmonari cum insufficientia pariter cardio-respiratoria, implorato Venerabilis Caesaris De Bus auxilio eiusque tacta reliquia, ex inopinato sanatus est.

Altera vero mira sanatio obtigit dominae Mariae Bianco, lanificae quinquaginta et quinque annorum, in loco quem vulgo ***S. Damiano*** nuncupant in finibus dioeceseos Astensis consito. Ipsa enim, mense Aprili anni 1943, gravissimo morbo tumoris thyroidis affectam esse medici a cura affirmarunt, a quo quidem nonnisi ope chirurgicae sectionis liberari forsitan potuisset. At vero ipsa caelestem opem chirurgico interventu potiorem habuit. Quapropter Venerabilis Caesaris De Bus imploravit patrocinium; nec incassum, nam tertio iam die ex quo no vendíales instituerat supplicationes, extemplo pleneque convaluit.

Utramque sanationem praeter naturae vires legesque evenisse medici a curatione, periti ex officio testesque inducti unanimo suffragio asseruerunt. Quapropter canonici processus adornati sunt, et quidem super priore sanatione in Curia Asculana Apuliae anno 1914, super altera vero in Curia Astensi primum annis 1947-1949, et deinde suppletiva inquisitio in Curia Taurinensi annis 1952-1953 locum habuit. Quorum processuum legitima forma, die 11 Ianuarii a. 1969, ab hac Sacra Congregatione agnita est.

Postea, die 25 mensis Martii a. 1970, eiusdem Congregationis Consilium Medicum convocatum est, quod de utriusque sanationis indole,

perfectione et constantia pro sua competentia disceptavit censuitque utramque sanationem ultra naturae vires et leges contigisse.

Quibus peractis, quaestio tota iudicio theologorum subiecta est. Exquisitis igitur trium Consultorum votis, habitus est, die 4 Decembris a 1973, Congressus Peculiaris Praelatorum ac Consultorum Sacri huius Fori; quem subsecuta est, die 22 Ianuarii a. 1974, Congregatio Plenaria Patrum Cardinalium in Aedibus Vaticanis adunata, in qua Rev.mus Cardinalis Pericles Felici, Causae Ponens seu Relator, sequens dubium ad discutiendum proposuit : ***An et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum de quo agitur.*** Et Patres Cardinales affirmando cuncti responderunt.

Certior de hisce omnibus factus, die 4 mensis Aprilis hoc vertente anno, Summus Pontifex Paulus VI, sententiam Patrum Cardinalium ratam habens, concessa dispensatione a tertio miraculo per Decretum super virtutibus Servi Dei requisito, mandavit ut decretum super commemoratis miris sanationibus concinnaretur.

Quod cum factum esset, Summus idem Pontifex hodie infra scriptum Cardinalem Praefectum necnon Rev.mum Cardinalem Periclem Felici, Causae Relatorem, meque Antistitem a secretis Congregationis ceterosque vocari solitos ad se accivit, iisque adstantibus edixit : ***Constare de duobus miraculis, Venerabili Servo Dei Caesare De Bus intercedente, a Deo patratis, videlicet de instantánea, perfecta constantique sanatione tum domini Paschalis Favino a syndrome pulmonari acuta cum insufficientia, quam medici vocant, cardiaco-respiratoria, in viro septuagesimum secundum aetatis annum agente aliisque gravibus corporis membrorum vitiis affecto; tum dominae Mariae Bianco a tumore vexatae thyroidis fibrae, qui rapidum initium rapidumque incrementum praeseferebat, adiecta notabili corporis tabe cum gravi suspicione tumoris naturae.***

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum inseri mandavit.

Datum Romae, die 4 Octobris a. D. 1974.

ALOISIUS Card. RAIMONDI, ***Praefectus***

L. **83** S.

88 Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., ***a Secretis***

II

DESTOSEN.

Beatificationis et canonizationis Servae Dei Mariae Rosae Molas Vallvé, fundatricis Congregationis Sororum Nostrae Dominae a Consolatione.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia, earumque adnexis, in casu et ad effectum de quo agitur.

« Omnes qui ad praxim consiliorum evangelicorum a Deo vocantur eademque fideliter profitentur, Domino se peculiariter devovent, Christum sequentes, qui virgo et pauper (cfr. ***Mt.*** 8, 20 ; ***Lc.*** 9, 58) per oboedientiam usque ad mortem Crucis (cfr. ***Phil.*** 2, 8) homines redemit et sanctificavit. Ita caritate impulsi ... magis magisque vivunt Christo et corpori Eius quod est Ecclesia (cfr. ***Col.*** 1, 24) » (Decr. ***Perfectae caritatis,*** 1).

Haec omnia Famula Dei Maria Rosa Molas Vallvé constanter exsequi adnisa est, per quinque et triginta annos Christo eiusque membris impensa caritate deserviens, germanae religiosae vitae praefulgidum exsistens exemplar.

Nata die 24 mensis Martii anno 1815 in civitate vulgo nuncupata ***Reus,*** Tarraconensis archidioeceseos intra fines, eodemque nativitatis die, nominibus Rosae Franciscae et Mariae Perdolentis impositis, per Baptismi lavacrum renata est. In eius animum parentes, non terrenis annuentes bonis sed pietate bonisque moribus instructi, christianarum virtutum germina sollerti cura iam inde a pueritia indiderunt. Adolescens, qua erat vivaci alacrique praedita indole, in domesticis officiis rebusque gerendis magnam sollertiam ac peritiam obstendebat, hilarem, benignam ac providam se cunctis praebens, iis praesertim qui rerum angustiis vel infirmitate erant afflicti. Egregium autem christianae caritatis specimen tunc potissimum dedit, cum, cholerica lue per civitatem grassante, peste infectis auxilium et solamen afferre, undeviginti annos nata, peramanter sollicita fuit.

Matre interim orbata, religiosae amplectendae vitae propositum, paternae obsecundans voluntati, differre coacta est, ut filialis pietatis officia patri per solveret. Voti tandem compos effecta, vicesimum sextum

aetatis annum cum attigisset, paterna relicta domo ac mundanis spreti» oblectamentis, cuidam piarum mulierum sodalicio, quae, licet canonicis votis non adstrictae, infirmorum curae aliisque beneficentiae operibus sese impendebant, in patrio oppido se adiunxit, novum induta habitum et Mariae Rosae nomine assumpto.

Eodem in sodalicio sexdecim annos Famula Dei perseveravit, octo* nempe in Reusensi communitate ac reliquos octo in domo Dertosensi, ad annum usque 1857, cum nempe, una cum sociabus in eadem Dertosensi domo degentibus, religiosae veri nominis Congregationis, quae Sororum Dominae Nostrae a Consolatione appellata est, initia ac fundamenta posuit. Ea in Congregatione, a Dertosensi Ordinario canonica approbatione obtenta, undeviginti annos, quoad vixit, transegit, eiusdemque Instituti incrementa assidue promovit. Generalis Antistitae-fungens munere, Sororum animos genuinis informare virtutibus, regulari instaurata disciplina, verbo et exemplo diligentissime studuit, itemque caritatis et apostolatus opera, Congregationi maxime propria, firmare dilatareque sategit; christianae namque puellarum institutioni haud minus ac infirmorum, potissimum egenorum, curae humilique' servitio suam Sororumque operam praeprimis addictam voluit.

Servam Dei Mariam Rosam in christianis excolendis virtutibus; heroicum attigisse gradum communis est coaevorum vox, prout ex processualibus tabulis aliisque testimoniis abunde constat. Ad pietatem enim a prima usque aetate mirum in modum propensa et ad altiora pro Dei amore semper intenta, ascensiones in corde suo disposuit ut,, in exercenda perfectionis palaestra, magis magisque manifestus, progrediente aetate, profectus fieret et uberiores prodirent fructus.

Proprii status implendis officiis, variis in vitae stadiis, fidelissime* intenta, in religioso praesertim diuturnoque vitae curriculo praeclara edidit documenta virtutum, quibus in exemplum tum Sororibus tum; aliis facta est. Singularis in primis animi fortitudo in tuenda ac persequenda religiosa vocatione eluxit, deindeque in arduis pro Dei gloria-aggrediendis et perferendis, numquam difficultatibus fracta aut obstaculis praepedita. Eximiam quoque prudentiam tum in rebus gerendis, tum in religiosa moderanda Congregatione, tum praesertim in apostolatu»; operibus firmandis ac promovendis portendit. Patientia item in adversis-et humilitate, modestia ac benignitate, necnon sincera erga Ecclesiae" praelatos oboedientia, maxime ubi de definiendis religiosi Instituti lineamentis agebatur, excelluit. At prae aliis egregiis dotibus atque* virtutibus fervens in ea enituit zelus apostolicus, quo, Dei proximique*

dilectione permota, misericordiae et caritatis operibus universam fere vitam suam unice dicatam voluit.

Actuosam vitam tot refertam virtutibus mentisque pia iustorum morte Famula Dei in Dertosensi civitate, ubi religiosae Congregationis posuerat sedem, die 11 mensis Iunii anno 1876 feliciter complevit.

Demortuam universa deflevit civitas, tam praeclaris excitata virtutibus, eiusque sanctitatis fama, in dies magis inclarescens, ad nostra usque tempora perseveravit.

Quae sanctitudinis fama caelestibus signis visa est confirmari. Quapropter factum est ut, vix actoribus licuit, Causa de Beatorum Caelitum honoribus eidem decernendis ageretur. Adornato igitur processu ordinario anno 1934 in Curia episcopali Dertosensi, Causa beatificationis Servae Dei introducta est apud Apostolicam Sedem die 27 mensis Iulii anno 1951. Hinc processus apostolicus super virtutibus in specie instructus est anno 1952; de utriusque autem processus legitima validitate decretum est editum a S. Eituum Congregatione die 23 mensis Novembris a. 1956. Quaestio deinde super virtutibus Servae Dei agitata est apud eandem Sacram Rituum Congregationem die 24 Octobris a. 1967, et quidem in coetu, quem dicebant, antepraeparatorio. Quo autem ad ulteriora procederetur, Summus Pontifex Paulus VI, cui, uti de more, die 21 Martii insequentis anni, exitus praedicti coetus relatus est, attentis suffragatorum votis, mandavit ut probationum instructus Causae locupletaretur atque augeretur documentorum perquisitione vitam virtutesque Famulae Dei respicientium. Quod quidem recte probeque factum est ***Disquisitione*** Officii historici-hagiographici Sacrae huius Congregationis pro Causis Sanctorum die 7 Ianuarii a. 1972 publici iuris facta. Subinde iterum est disceptatum de virtutibus Servae Dei in Congressu Peculiari diei 14 mensis Maii anni huius 1974, in quo Officiales Praelati Patresque Consultores dubio num Famula Dei virtutes théologales necnon cardinales aliasque iisdem adnexas heroum in modum exercuisset, adfirmando adnuendoque responderunt. Quod Patres Cardinales, Sacrae eidem Congregationi pro Causis Sanctorum praepositi, relatore Arturo Tabera Araoz, sua sententia sanxerunt in Plenaria Congressione ad Vaticanum habita die 25 insequentis mensis Iunii.

Summus autem Pontifex Paulus VI, cui praedicta omnia die 15 Iulii vertentis huius anni per subscriptum Cardinalem Praefectum relata sunt, sententiam Patrum Cardinalium ratam habens, ut Decretum conscriberetur super heroicis Famulae Dei virtutibus mandavit.

Hoc denique die Beatissimus Pater, accitis Cardinalibus infrascripto atque Arturo Tabera Araoz, Causae Ponente, meque Antistite a Secretis aliisque vocari solitis, eisque adstantibus edixit : ***Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia, earumque adnexis, in gradu heroico, Servae Dei Mariae Rosae Molas Vallvé, in casu et ad effectum de quo agitur.***

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 4 Octobris a. D. 1974.

ALOISIUS Card. RAIMONDI, ***Praefectus***

L. **83** S.

83 Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., ***a Secretis***

III

LIMANA

Canonizationis Beati Ioannis Macias, Religiosi Ordinis Fratrum Praedicatorum.

SUPER DUBIO

An et de quo miraculo, post indultam eidem Beato ab Apostolica Sede venerationem, constet in casu et ad effectum de quo agitur.

Peruviana litora praeconium laudis merentur, dum eximiae sanctitudinis viros ac mulieres aut in lucem ipsa protulerunt aut aliunde advenientes religiose excipiendo ad obitum usque intra suos detinuerunt fines, eorumque venerandas exuvias se custodire gloriantur. Inter quos Beatus Ioannes Macias iure merito accensendus est, qui ex Hispa? nia, ubi ortum duxerat, in Peruvianam regionem demigratus, heroicis ibidem virtutibus necnon miraculorum gloria inclaruit.

Natus die 2 mensis Martii anni 1585 in oppido cui vulgo nomen ***Rivera del Fresno,*** Pacensis dioecesis, et tenera adhuc aetate utroque parente orbatus, in pascendis gregibus adolescentiam peregit. Patria deinde digressus, ad longinquas Americae australis regiones devenit, et post varias fortunae sortes Limam appulsus, cuiusdam mercatoris servitio aliquandiu mancipatus fuit, donec anno 1623, voti compos

factus, inter laicos Ordinis sancti Dominici in conventu S. Mariae Magdalenae cooptatus est. Ostiarii officio, ut plurimum, deputatus, religiosam vitam in humilitate transegit, orationi ac poenitentiae constanter intentus; egenos et pauperes singulari caritate ac benignitate complectebatur, rudes in christianae fidei praeceptis instruere, infideles ac peccatores in salutis viam adducere pro viribus satagens. Tandem virtutibus meritisque cumulatus, die 16 Septembris anno 1645 in eadem Limana urbe ad caelestem evolavit patriam; quem miraculis clarum Gregorius Papa XVI, die 22 mensis Octobris a. 1837, Beatorum honoribus decoravit. Nova deinde signorum inclarescente fama, Ioannes Papa XXIII eius canonizationis Causam die 20 Iulii a. 1960 instaurandam decrevit.

Quem in finem seduli Causae Actores insolitum quoddam mirum, ipsa sua singularitate praestans, Sacrae Congregationi pro Causis Sanctorum discutiendum submiserunt, oryzae scilicet multiplicationem in favorem pauperum, per eiusdem Beati intercessionem, mirabiliter a Deo patratam.

Cuius generis miraculum, etsi in Sanctorum Causis raro occurrens, legitimum plane accensetur, dummodo, ad evincendam praeternaturalitatis notam, haec tria, iuxta Benedicti Papae XIV doctrinam, rite probata habeantur, videlicet: « ***Primum,*** res praeexistens in certa quadam definita quantitate; ***secundum,*** multiplicatio rei in aliam certam quantitatem; ***tertium,*** exclusio cuiuscumque modi quo res quae superadditur, potuerit naturaliter haberi ». Consideranda quoque venit qualitas rei multiplicatae, « non quia Deus non possit quamcumque rem multiplicare, sed quia tantum consuevit miraculum multiplicationis facere in rebus homini nullatenus superfluis » ***(De Servorum Dei Beatificatione et Beatorum Canonizatione,*** Lib. IV, P.I., cap. 23).

Quae omnia in adumbrato signo omnino concurrere videmus, prouti ex brevi rerum enarratione, ad testimoniorum fidem, cuique patebit.

Res omnium admiratione digna in oppido v. ***Olivenza,*** infra fines Pacensis dioeceseos in Hispania, haud longe a loco in quo B. Ioannes Macias ortum duxerat, die 23 Ianuarii a. 1949 evenisse refertur. Ea quippe die, quae dominica erat, praeter refectionem quinquaginta circiter utriusque sexus adolescentibus in paroeciali hospitio de more distribuendam, cibaria quoque eiusdem loci pauperibus, ad singulorum domicilia deferenda, piis in id cooperantibus fidelibus, providenda erant. Accidit autem quod benefactores in illum diem designati, oblivione vel alia utcumque de causa, cibaria non attulerunt. Ancilla

itaque, eiusmodi parandae refectioni addicta, advertens modieam oryzae quantitatem (ad 750 circ. gr.), quam in promptu habens ad cocturam immittebat, pro tot reficiendis pauperibus minime sufficere, convicem suum Beatum Ioannem his verbis adprecata est : « Beate ! pauperes hodie sine refectione manebunt ! ».

Quid paulo post evenerit, testes sane multi ad prodigii locum adstantes vel accurrentes, altae mandarunt memoriae et concordi retulerunt testimonio : scilicet modieam illam oryzae quantitatem, cum normalem cocturam attingeret, ita redundare visam esse, ut statim opus fuerit in alteram transfundere ollam; quod iterum iterumque factum est. Oryzae nempe substantia, cum ceteris ceu condimentis adhibitis, ex uno in alterum transfundebatur vasculum, quantitate in priore non imminuta, et ex altero tandem in tertium ad distributionem iam prompta et idonea gustatuque delectabüis.

Quae admiranda alimoniae multiplicatio ad quatuor fere horas protrahebatur, ab hora scilicet prima ad quintam post meridiem, cum redundans vasculum, parochi iussu, igne amovebatur, superabundantis cibi copia, divina largitate, obtenta. De eiusmodi enim mirum in modum adaucto cibo tum pueri puellaeque in paroeciali hospitio degentes, tum conspicua pauperum et egenorum multitudo, omnes simul haud minus quam centum computati, grato iucundoque animo gustaverunt et saturati sunt.

Adstantes singulare beneficium una voce dixerunt Beati Ioannis Macias intercessione, in pauperum solamen atque subsidium, divinitus impetratum ; mox ipsemet loci parochus Ordinarium Pacensem, congrua exarata relatione, de omnibus certiorem fecit.

Super mira hac oryzae multiplicatione — peracta anno 1959 praevia inquisitione ab Ordinario Pacensi — instructus est in Curia episcopali Pacensi processus apostolicus a die 28 Februarii ad diem 4 mensis Maii anni 1961, Romamque est transmissus. De eius autem iuridica validitate S. Congregatio pro Causis Sanctorum decretum edidit die 2 mensis Februarii anni 1973.

Cum naturae ordinem et vires hanc oryzae multiplicationem excessisse periti quoque chimiae et agrorum culturae ex officio deputati plene affirmaverint, quaestio subiecta est disceptationi huius Sacrae Congregationis. Habitus est igitur, die 28 Maii vertente hoc anno, Congressus Peculiaris, in quo Officiales Praelati Patresque Consultores dubio proposito num de miraculo in casu constet, affirmando responderunt. Quod Patres Cardinales, in Coetu Plenario ad Vatica-

num die 9 mensis Iulii eodem hoc anno celebrato, Rev.mo Cardinali Aloisio Traglia ponente seu relatore, iterum asseveraverunt.

Facta postmodum, die 15 eiusdem mensis Iulii, de praemissis omnibus Summo Pontifici Paulo VI per infrascriptum Cardinalem relatione, Sanctitas Sua sententiam Patrum Cardinalium ratam habens, mandavit ut super praedicto miro eventu decretum concinnaretur, concessa insimul benigna dispensatione super praescripto canonis 2138 § 1 Codicis Iuris Canonici, ita ut ad sollemnem Beati Ioannis Macias canonizationem uno dumtaxat miraculo procedi valeat.

Hodierno demum die, Beatissimus Pater ad Se advocavit Rev.mos Cardinales Aloisium Traglia, Causae ponentem seu relatorem, et Aloisium Raimondi, huius Congregationis Praefectum, meque Antistitem a secretis aliosque accersiri solitos, atque iisdem astantibus edixit: ***Constare de uno miraculo. Beato Ioanne Macias intercedente, scilicet de mira oryzae multiplicatione die 23 mensis Ianuarii anno 19^9 a Deo patrata.***

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 4 Octobris a. D. 1974.

ALOISIUS Card. RAIMONDI, ***Praefectus***

L. © S.

© Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., ***a Secretis***

IV

LIMBURGEN.

Beatificationis et canonizationis Servae Dei Mariae Catharinae Kasper, fundatricis Congregationis Pauperum Ancillarum Iesu Christi.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

Sapientissimus Deus, cum humana excitat instrumenta ad praeclara facinora patranda, arcano consilio quae stulta sunt mundi, quae infirma et quae ignobilia sunt et contemptibilia eligit, ut sapientes, ut fortia

quaeque atque nobilia confundat, ne in conspectu eius glorietur quisquam (cfr. ***1 Gor.*** 1, 27 ss.).

Id cernere licet etiam in Serva Dei Maria Catharina Kasper, quae, etiamsi nihil eorum quae corporeis emicant oculis prae se tulisset, iure tamen in numero earum fortium recensetur mulierum, quae superiore saeculo Dei Ecclesiam eiusque erga homines sollicitudinem luculentius collustraverunt.

Ipsa enim in amoenissimae regionis quam ***Westerwald*** in Germania vocant pago, cui nomen ***Dernbach,*** intra Limburgensis dioecesis fines, die 26 mensis Maii anno 1820 ortum duxit, parentibus Henrico Kasper et Catharina Fasel, humilibus quidem agricolis, sed religione et honestate commendatis. Die 31, eodem mense, salutaribus Baptismi aquis abluta, Catharinae donata est nomine. Parentum disciplina, monitis et exemplis edocta, puellula aetate, indolis bonitate ac religione apud Deum et homines proficiebat. Divinae namque gratiae motibus obsecundans, orationem in deliciis habebat; paupertatis, oboedientiae et silentii iam amantissima, vitae commoda spernebat, iuvenilia vitabat oblectamenta ; matri domesticis negotiis conficiendis, patri quoque, cum opus esset, in colendis agris valido erat adiumento; piam matrem aegros ac pauperes invisentem iisque solacium afferentem comitabatur libentissime. Litterarum primordia in publico pagi ludo didicit, quamvis scholis assidue frequentandis sive eius tenuis valetudo sive domestica negotia obstiterint. Potius quam humanae scientiae, vehementi erat plena desiderio Deum penitius cognoscendi, diligendi eique serviendi. Quod ei magis contigit ex quo, quattuordecim annos nata, uti mos tunc ferebat, ad Sacram Synaxim primum accessit. Exinde, conscientiae moderatore permittente, omnibus diebus dominicis et festis pluriesque in hebdomada eucharistico pane se reficiebat, diversis quidem in templis, ne aliorum excitaret admirationem, quandoquidem ea tempestate res erat insolita. Virtutis studium, acrius in dies factum, aurei libri, qui « De imitatione Christi » inscribitur, lectione assidua fovebat. Civibus suis exemplo facta est pietate religionisque operibus. Pueros namque pagi christiana doctrina imbuendos colligebat, cum iisque crebro se ad Marianum Sanctuarium apud ***Eeilborn*** Deiparam Virginem veneratura conferebat; aegrotorum et pauperum necessitatibus subvenire ac dolores lenire deliciae erant eius. Cui ergo aptari possunt sacra verba : « Ab infantia mea crevit mecum miseratio)> ***(Iob.*** 31, 18). Quibus caritatis operibus ferventius incumbere coepit ineunte anno 1842, mortuo scilicet patre, sibi et matri sustentandae

naviter simul consulens. Eius autem pietate operibusque allectae, iuvenes nonnullae sese Famulae Dei adiunxerunt ad christianam perfectionem sequendam, quamvis vitam nondum in communi agentes. Ita exorta est Societas a Caritate appellata, ad cuius usum Dei Famula regulam concinnavit seu Statutum, quod Reverendus Heimann, conscientiae eiusdem Famulae Dei moderator decanusque loci ***Montabaur,*** approbavit. Plures annos piam duxere vitam sese in virtutibus caritatisque operibus exercitando, praesertim pauperibus, aegrotis et orphanis curandis fervidam operam dantes. Interim aliae sese cum Serva Dei consociaverunt piae iuvenes. Iam tempus erat atque necessitas urgebat Famulam Dei ut cogitaret de domo aedificanda deque aliqua forsitan religiosa familia instituenda. Quapropter Rev.mum Dominum Petrum Iosephum Blum, episcopum Limburgensem, consilii petendi causa adivit. Qui quidem respondit voluntatem divinam esse primum dignoscendam clarius ; interim igitur in bono proposito et in bonis operibus eidem esse perseverandum ; immo, cupiens virtutes Servae Dei probare, iussit ne coram se, si rediisset, admitteretur. Demisse et patienter repulsam tulit Catharina. Cito tamen episcopus se benevolum ostendere coepit precibusque Servae Dei annuit, ita ut anno 1847 Catharina parvam domum aedificandam susceperit. Humanis opibus omnino destituta, sed plena in Deo fiducia innixa, domum tandem conspexit aedificatam, in quam mense Augusto a. 1848, demortua eodem anno matre, una cum sociis se transtulit, eamque appellavit « Domum Nazarethanam ». Animo enim Angebat novam religiosam familiam quae imago esset illius Nazarethanae familiae, omnium virtutum et sanctitatis exemplar. Quod autem intenderai sensim sine sensu efficere valuit. Humilitate ac mira Servae Dei perseverantia commotus, Limburgensis episcopus die 21 mensis Ianuarii anno 1850 societati regulam et finem statuit, cuius sodalium esset, praeter propriam sanctificationem, aegrotis et infirmis, in eorum ipsius domiciliis, adsistere.

Novis autem sodalibus ad opus Servae Dei confitentibus, acceptisque pueris utroque parente orbatis, Societatis sedes amplificanda erat ; quod sane, licet Famula Dei aere alieno oppressa et oeconomicis in angustiis versaretur, ineunte anno 1851 factum est. Die vero festo B. Mariae Virginis in Caelum assumptae episcopus ipse, in ecclesia paroeciali loci ***Wirges,*** voluit religiosam vestem Catharinae eiusque sociis imponere earumque excepit vota oboedientiae, paupertatis et castitatis. Ex tunc autem Societas a Caritate nomen sumpsit publicum, quod, iuxta desiderium Servae Dei, formam rationemque ipsius Insti-

tuti describeret proponeretque, scilicet ***Pauperum Ancillarum Iesu Christi.*** Insequenti anno, solidato Instituto, Catharina religionis nomen assumpsit Mariae, ceteraeque sociae sua pariter commutarunt nomina. Cum Institutum esset iuris dioecesani, Ordinarius piissimum sacerdotem Iacobum Wittayer, ex eadem oriundum regione eodemque ac Famula Dei ferventi spiritu ductum erga fidelem populum, eiusdem Instituti superiorem constituit die 10 mensis Septembris anni 1853; qui munus sibi commissum magno zelo suique immemor ad obitum usque absolvit. Ipse non solum moderando, verum etiam dilatando Instituto formandisque omni sub respectu Sororibus sedulam curam dedit. Sodales vero novae Congregationis, praeeunte Serva Dei, submisse de se sentientes, humanis opibus pauperrimae, at in Deum fiducia ditissimae, regulas ab episcopo traditas ad amussim sectantes, orationi instantes, virtutes omnes summo studio invicem aemulantes, caritatis operibus, potissimum infirmorum curae, pauperum auxilio, orphanorum educationi atque popularibus scholis impigram ac sollicitam operam dabant. Immo, auctore praefato sacerdote Wittayer, Famula Dei, deposito timore ne primarius Congregationis finis commutaretur, scholas superioris quoque ordinis in commodum puellarum aperiendas curavit.

Novensilis religiosa familia interim diffundi propagarique coepta est, et quidem plus quam ipsa fundatrix, humilitate qua erat, cogitare ausa esset. Novae enim, postulantibus episcopis, domus constitutae sunt in aliis quoque Germaniae dioecesibus, immo extra patriae fines, in Hollandia, in Anglia, in Bohemia, in Foederatis Americae Septentrionalis Civitatibus, ubique Sororibus in scholis paroecialibus, in nosocomiis, in asylis pro senibus et derelictis magno cum Ecclesiae et civilis societatis profectu operantibus. Quin etiam, anno 1866, dum Borussiam inter et Austriam inserviret pugna, atque anno 1870, ingravescente inter Galliam et Borussiam bello, Sorores suas Famula Dei non dubitavit ad vulneratos et aegrotos in acie succurrendos mittere.

Cum Institutum veluti semen evangelicum in arborem succrevisset, Servae Dei praecipua fuit cura spiritum communitatis inter sodales excolere ac fovere. Eapropter domos continenter invisebat, ut verbo et exemplo actuosum excitaret amorem ad Instituti fines pertingendos. Sedulam de cetero adhibuit semper curam, ut Sorores et idoneam adipiscerentur institutionem et peritiam professionalem, civicum sensum atque illas virtutes quae ad sociales consuetudines pertinerent, et in primis ut in religionis vitae semita se continerent. Quem in finem

eis praesto erat coetibus dominicis, collocutionibus, contionibus, epistolis, annuis spiritualibus exercitationibus, ac potissimum vivis exemplis. Peculiari quoque amore, prudentia et firmitate consulebat Sororibus admittendis aut dimittendis; sategit quoque cooperatrices et adsistentes pro Instituti Curia necnon antistitas singulis moderandis domibus idoneas formare.

Porro, caelesti super novam Congregationem benedictioni, qua et sodalium et fundationum numerus augebatur feliciter, gravissima, quae eamdem tentaret, probatio non defuit. Suborta namque contra Ecclesiam ordinesque religiosos insectatione, quam vulgo appellabant ***Kulturlcampf,*** multae domus et scholae suppressae sunt; prohibitus novarum postulantium ingressus ; ritus vestitionis religiosae sublatus. Tunc Sorores multae finibus suis emigrare sunt coactae. Ea tempestate fortitudo, magnanimitas, firma spes et in Deo confidentia Servae Dei mirum eluxerunt in modum. Maria Catharina spirituales suas filias ubicumque prosequebatur ad eas in servitio Dei et proximorum confirmandas easque cohortandas ut, in tanto rerum discrimine, sese veras Pauperes Iesu Christi Ancillas ostenderent.

Die 1 mensis Iunii a. 1870 laetum ex Urbe prevenit nuntium ***Decretum*** exiisse ***approbationis,*** quo Congregatio Pauperum Ancillarum Iesu Christi, ab episcopo Limburgensi iampridem amplissimis verbis Summo Pontifici commendata, iuris fiebat pontificii. Anno denique 1890, die 24 mensis Maii, eiusdem Instituti Constitutiones definitivam Apostolicae Sedis approbationem, ineffabili Conditricis gaudio, nactae sunt. Ipsius autem Instituti generalis antistita electa fuerat Famula Dei in primo Capitulo generali anno 1871 celebrato; quo deinceps in munere quinquies fuit confirmata, quamvis non semel eo se abdicare voluit, eoque ad obitum usque functa est.

Ineunte tandem anno 1898, Instituti sodalibus in principe domo Dernbachensi congregatis ut spiritualibus vacarent exercitationibus, Serva Dei allocutiones ad Sorores habuit. At, praeter omnium exspectationem, levis, quo correpta est, morbus raptim adeo factus est letalis, ut mane diei 2 Februarii, prope octogenaria, extremis sacramentis munita, piissime obdormiret in Domino. Religiosae totusque pagus venerabundi eidem parentarunt.

Huius Ancillae Iesu Christi, quae neque generis amplitudine, neque divitiarum vel scientiae pondere, neque ulla alia terrena commendabatur ope, profundam in primis animi humilitatem, ex qua ceterae virtutes progigni solent, atque incensam caritatem, cuius aestum nulla

potuit restinguere calamitas, nullum fastigium comprimere, nulla extenuare iniuria, demiramur. Exsultans ut gigas ad currendam viam suam (cfr. ***Ps.*** 18, 6), ceterarum quoque virtutum christianarum et religiosarum insignia praebuit specimina fortisque mulieris laudem sibi promeruit. Moriens Ecclesiae Christi reliquit duo ferme milia Pauperum Ancillarum in ducentis circiter domibus Instituti a se conditi, aegrotis, orphanis, pauperibus, pueris puellisque et senibus pro amore Dei servientium. Eximiam quoque famam sanctitatis, qua vivens inclaruerat, post se reliquit, quae in dies clarior percrebuit eamque Deus supernis signis visus est confirmare.

Hinc factum est, ut tandem ad canonicas inquisitiones super Famulae Dei fama sanctitatis episcopali auctoritate in Curia Limburgensi deventum sit, atque per rogatorias litteras in Curiis ecclesiasticis Berolinensi, Vayne Castrensi ac Bellevillensi, ab anno 1928 ad annum 1935. Quibus processibus Romam transmissis riteque examinatis, Pius Papa XII commissionem introductionis Causae die 3 Februarii a. 1946 propria signavit manu. Instructus est deinde ab anno 1948 ad annum: 1951 in Curia Limburgensi processus apostolicus super virtutibus in specie Servae Dei, cuius iuridica vis a S. Rituum Congregatione die 18 Aprilis a. 1966 agnita est.

Servatis itaque omnibus de iure servandis, instituta est apud eandem S. Rituum Congregationem disceptatio super virtutibus theologalibus et cardinalibus ceterisque eisdem adnexis Servae Dei Mariae* Catharinae Kasper, in Coetu, quem appellabant, antepraeparatorio, die 3 Maii a. 1966 habito, coram Rev.mo Cardinali Benedicto Aloisi? Masella, Causae Ponente seu Relatore. Deinde, praemissa peculiari Inquisitione super quibusdam animadversionibus in Servae Dei vitam ex officio concinnata ab Officio Historico S. huius Congregationis anno* 1972 publici iuris facta, celebratus est die 9 Aprilis 1974 Congressus* Peculiaris apud eandem S. Congregationem pro Causis Sanctorum, im quo Praelati Officiales Patresque Consultores iterum super dubio disceptarunt num Serva Dei heroum in modum virtutes omnes exercuerit. Coetus demum Plenarius Patrum Cardinalium in Vaticanis Aedibus die 4 mensis Iunii anni huius 1974 habitus est, in quo, Rev.mo* Cardinali Silvio Oddi Causae Relatore, omnibus perspectis et perpensis, cunctis suffragiis censuerunt Servam Dei heroicas coluisse omnes christianas et religiosas virtutes.

Facta postmodum, die 15 mensis Iulii hoc anno, Summo Pontifici Paulo VI per subscriptum Cardinalem de praemissis omnibus rela-

tione, eadem Sanctitas Sua sententiam affirmantem Coetus Plenarii Cardinalium ratam habens, mandavit ut decretum super eadem re appararetur.

Quod cum factum esset, hodierno die Beatissimus Pater ad se accitis Rev.mis Cardinalibus infrascripto, huius Congregationis Praefecto, et Silvio Oddi, Causae Ponente seu Relatore, meque a secretis, aliisque vocari solitis, eisdem adstantibus edixit : ***Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, earumque adnexis, in gradu heroico Servae Dei Mariae Catharinae Kasper, Fundatricis Instituti Pauperum Ancillarum Iesu Christi, in casu et ad effectum de quo agitur.***

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum inseri mandavit.

Datum Romae, die 4 Octobris a. D. 1974.

ALOISIUS Card. RAIMONDI, ***Praefectus***

L. **83** S.

83 Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., ***a Secretis***

V

NEAPOLITANA

Beatificationis et canonizationis Ven. Servi Dei Caietani Errico, fundatoris Congregationis SS. Cordium Iesu et Mariae.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine, earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

Ignis perpetuus qui numquam deficit (Lev. 6, 5-6). Quam praeclaram ex sacris Biblis depromptam sententiam Servus Dei Caietanus Errico, archidioecesis Neapolitanae presbyter, cum propriae sacerdotali vitae tum religiosae a se conditae Congregationi ceu praelucentem praestitit facem.

Secundiliani in Neapolitano suburbio, die 20 mensis Octobris anno 1791, Servus Dei in lucem editus est, parentes nactus Paschalem et Mariam Marseglia, re familiari tenues at pietate conspicuos, eodemque nativitatis die Oaietani Oosmae Damiani impositis nominibus, baptismi aqua regeneratus. Quem trium annorum infantem missionarius quidam e SS. Redemptoris Congregatione cum olim adspexisset, sacerdotem futurum sanctitate insignem necnon divini verbi praeconem eximium, uti memoriae traditum est, praenunciavit. Re quidem vera, septennis pietate maturus ad sacram Synaxim admissus, ubi primum puer adolevit, magis magisque in dies electionis signa ostendere visus est ; nam et in religionis exercitiis assidue versari et cotidie in ecclesia, ut Missae sacrificio ministraret sacramque aedem cum altaribus mundaret et exornaret, diutius manere assuevit. In litterarum vero studiis prosequendis quod alterum ferme est ac praecipuum puerorum munus, haud minora portendit, diligentia atque ingenii alacritate aequales antecellens.

Anno autem aetatis decimoquarto, sacro iam Chrismate roboratus, de religiosa capessenda vita serio cogitare coepit, et inter Franciscales Capuccinos primum, dein in Congregationem SS. Redemptoris cooptari postulavit. At pii cuiusdam sacerdotis suasione permotus, clericale tirocinium inivit, eo dumtaxat consilio ut, ad sacerdotium cum pervenisset, sacris obeundis ministeriis in patrio oppido finitimisque locis praeprimis sese addicere posset. Dum autem sacris persequendis studiis naviter incumberet, parocho in catechetica impertienda instructione adiutricem conferebat operam puerosque in praeceptis Domini erudire atque ad sacram mensam rite disponere satagebat.

Ad sacerdotalem ordinem die 23 Septembris a. 1815 promotus, divinae gloriae totum se devovit operibus, de propria sanctificatione deque spirituali proximorum salute imprimis sollicitus. Nihil profecto mirum quod piissimus Secundiliani parochus, ob infirmam senectutem ad sacri ministerii munera invalidum se inveniens, eidem Caietano sacris vix initiato parochialem curam fere totam commisit. Itaque sacerdotalis vitae primitias et progressus per annos fere viginti in patrio oppido, ad civium suorum servitium atque utilitatem, naviter impendit, senem parochum in animarum cura adiuvans et supplens atque in catechismi apostolatu, sacramentorum administratione verbique Dei praedicatione, maxime in missionibus popularibus, strenue assidueque adlaborans.

Quanta autem fuerit populorum affluentia, ex finitimis quoque op-

pidis ad eum accurrentium, exinde deducitur quod integros fere dies, post absolutas in scholis praelectiones, in sacris audiendis confessionibus plerumque impendebat, immo et ad multam noctem tempus protrahere saepius cogebatur, pauperes simul et divites, nobiles ac rudes pari humanitate ac benignitate excipiens, nulla facta personarum acceptione, pauperibus vero et agricolis suaviorem sese praebens; quos omnes salutaribus refovebat adhortationibus et consiliis, pios ad sanctiorem vitae rationem inducere, errantes ad Deum reducere, suavitate potius quam severitate, satagens. Eius autem ad populum sermocinatio, non humanae eloquentiae aut ornatu indulgens, sed facilis ac simplex et cuivis vel rudi intellegentiae accommodata, tam fervens et efficax erat, ut audientes ad animi compunctionem morumque emendationem permoveret.

Sollertissima item eius fuit cura, ut praecipua pietatis exercitia, ut ***Viae Crucis,*** quae dicitur, et marialis Rosarii, inter christifideles instauraret impensiusque promoveret. Nec apostolica Servi Dei actuositas natalis oppidi saeptis circumscripta mansit, quin etiam ad finitimas civitates et per totum ferme Neapolitanum Regnum late extenderetur. Nec silentio praetereundum est Dei Famulum singulis hebdomadis Neapolim adire consuevisse, ut et per monasteria sacris virginibus perfectioris vitae documenta praeberet et per urbis nosocomia aegrotantibus christianae caritatis officia persolveret.

Ut autem incoepta opera confirmarentur atque uberiores afferrent fructus, Presbyterorum coetum auspiciis et titulo sacratissimorum Iesu et Mariae Cordium anno 1853 instituit, qui quidem votis obstricti in id sua conferrent studia ac labores ut, in parochorum auxilium, pueros adultosque christiana doctrina imbuerent, christifideles in praeceptis Domini instruerent atque firmarent, sacris praesertim missionibus aeternae animarum saluti operose prospicerent. Eandem Congregationem Presbyterorum a Pio Papa IX anno 1846 adprobatam aptisque legibus communitam idem Servus Dei moderatoris generalis munere, sodalium obsecundans voluntati, per annos fere viginti quinque, quoad vixit, sollerti cura gubernavit ac per Neapolitanum Regnum dilatavit, regularis observantiae perfectum sese praebens exemplum, quin tamen sacri ministerii opera umquam inter mitteret. Eidem Instituto apostolicum praestitit finem ut sodales scilicet, omni qua possent opera ac studio, flagrantissimam Iesu et Mariae Cordium caritatem hominibus patefacerent eorumque animos eadem caritate incenderent. Adiutores quoque laicos sibi adscivit, qui suavissimum hunc cultum, ad hominum

reparandis offensas atque ad divinam promerendam clementiam, promoveant.

Servus Dei Oaietanus Errico fere septuagenarii, die 29 Octobris anno 1860, in patrio oppido obdormivit in Domino, sanctitatis famam post se relinquens. Quae cum perseverarci, factum est ut anno 1866, sex ab eius obitu vix transactis annis, processus ordinarius super eadem fama sanctitatis vitae, virtutum et miraculorum in genere in Neapolitana Curia instructus fuerit.

Profecto in huius Servi Dei vita, tot cumulata meritis, praeclarae enituerunt virtutes, supra communem vel piorum christifidelium modum exercitae : alacris in primis et actuosa fides, flagrans in Deum caritas et ferventissima pietas praesertim eucharistica et marialis, profunda item humilitas cum sincero paupertatis et abnegationis spiritu, singularis quoque in agendis prudentia, invicta in perferendis adversis patientia et constantia. At praecipuam Servi Dei laudem in impensissimo apostolatu sacerdotali, cum flagrantissimo divinae gloriae et animarum salutis zelo, repositam esse conspicimus, quo quidem cunctis Ecclesiae administris, quorum proprium est animas Christo lucrifacere, praefulgidum exstitit exemplum.

Introducta Causa beatificationis die 18 Decembris a. 1884, apostolicus processus super virtutibus in specie Servi Dei adornatus est a. 1896 eadem in Curia Neapolitana, de cuius iuridica vi editum est decretum die 11 Decembris insequentis anni 1897. Subinde disceptari coeptum est apud S. Rituum Congregationem super dubio num virtutes heroum in modum Servus Dei coluisset, et quidem in congregationibus antepraeparatoria die 22 Decembris anno 1908, praeparatoria die 4 Aprilis a. 1911 et generali coram S. Pio Papa X die 28 Novembris eodem anno 1911 celebratis.

Novis tandem peractis studiis, tum ad pecularia quaedam vitae adiuncta plenius investiganda tum ad eiusdem virtutes clariore collustrandas luce, nuperrime apud hanc S. Congregationem pro Causis Sanctorum denuo super iisdem virtutibus est disceptatum, videlicet in Congressu Peculiari die 29 Ianuarii huius vertentis anni 1974 et iterum in Congregatione Plenaria Patrum Cardinalium apud Vaticanas aedes die 23 Aprilis hoc eodem anno habita, Rev.mo Cardinali Ephraem Forni Causae Ponente seu Relatore, omnesque affirmative responderunt, Famulum videlicet Dei Caietanum Errico christianas virtutes heroum in modum exercuisse.

Summus autem Pontifex Paulus VI, cui praedicta omnia die 18

subsequentis mensis Maii per Rev.mum Cardinalem Aloisium Raimondi, huius Congregationis Praefectum, relata sunt, sententiam Patrum Cardinalium ratam habens, decretum conscribi mandavit super Servi Dei heroicis virtutibus.

Hoc denique die idem Summus Ecclesiae Pontifex, accitis cardinalibus infrascripto Praefecto et Ephraem Forni, Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque vocari solitis, iisque adstantibus edixit : ***Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia earumque adnexis in gradu heroico Venerabilis Servi Dei Caietani Errico, in casu et ad effectum de quo agitur.***

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum inseri mandavit.

Datum Romae, die 4 Octobris a. D. 1974.

ALOISIUS Card. RAIMONDI, ***Praefectus***

L. 88 S.

83 Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., ***a Secretis***

VI

YENCHOWFUEN. seu BAUZANEN.-BRIXINEN.

Beatificationis et canonizationis Ven. Servi Dei Iosephi Freinademetz, sacerdotis missionalis Societatis Verbi Divini.

SUPER DUBIO

An et de quo miraculo constet in casu et ad effectum de quo agitur.

Ingens opus missionale nostra quoque aetate faciendum, ob numerum qui in dies augetur populorum antiquis traditionibus tum ad religionem tum ad culturam pertinentibus in determinatos coetus coalescentem, maximopere cordi est Ecclesiae. « Ecclesia, ut omnibus mysterium salutis vitamque a Deo allatam offerre possit, sese omnibus his coetibus inserere debet eodem motu, quo ipse Christus incarnatione sua se obstrinxit certis socialibus et culturalibus conditionibus hominum cum quibus conversatus est)) (CONC. VAT. II, Decr. de activ. mission. Eccl., ***Ad Gentes,*** n. 10).

Quo apostolico ductus spiritu, Christi caritate permotus, Venerabilis Servus Dei Iosephus Freinademetz totam vitam missionalem inter

Sinenses ita direxit et ordinavit, nt vestitu, moribus ac mentis habitu Sinensis inter Sinenses fuerit. Sic praesens effectus in Sinensi populo christianae vitae exemplo ac testimonio verbi in virtute Spiritus Sancti christianis ac paganis Christi bonus odor (cf. ***2 Cor.*** 2, 1) factus est.

Natus in oppido cui vernacula lingua est nomen ***Badiae,*** Brixinensis dioecesis intra fines, die 15 mensis Aprilis anno 1852, septem super viginti annos apostolico ministerio in Shantung Meridionali functus, nihil de se curans, gravi affectus morbo, quem infirmis assistens contraxerat, die 28 Ianuarii anno 1908 mortem obiit.

Ipsum attigisse heroicum virtutum gradum Summus Pontifex Paulus VI die 16 mensis Martii a. 1970 declaravit; ita factum est ut via ad miracula, quae eo deprecatore divinitus patrata dicerentur, iure ad eiusdem solemnem beatificationem requisita, patefieret. Ex tribus autem sanationibus, quae miraculi speciem prae se ferre videbantur, quae huic Sacro Foro ad cognoscendum propositae sunt a Causae actoribus, una tantum ad propitiam canonicam prosecutionem pervenit, cum, alias duas sanationes quod attinet, documenta quaedam clinicae artis haud reperiri potuissent, unde Medicum huius sacri fori Consilium iudicium ferre valeret num reapse de sanationibus ageretur praeter rerum ordinem obtentis. Tertia itaque restabat iudicio subicienda mira, quae asserebeatur, sanatio. Quae puero Henrico Mutschlechner, quartum aetatis agenti annum, in loco quem vocant ***Brunico,*** intra dioeceseos fines Bauzanensis-Brixinensis posito, obtigit. Qui puer, certa imminente morte, Venerabilis Iosephi Freinademetz patrocinio a parentibus enixe implorato, nocturnis horis inter diem 17 et diem 18 mensis Aprilis anno 1943 perfecte sanatus est ab empyemate pleurico metapneumonico sinistro.

Hac super sanatione instructus est in praefata Curia episcopali Bauzanen.-Brixinen. processus apostolicus a die 28 Maii ad diem 26 Novembris a. 1971, de cuius legitima forma ac validitate Sacra haec Congregatio die 3 Martii a. 1972 constare edixit.

Subinde Consilium Medicum huius ipsius Congregationis sanationis indolem et adiuncta scientifico et diligenti studio inquisivit die 6 Decembris 1972 atque unanimi sententia declaravit eandem sanationem praeter naturae vires aut medicae artis remedia evenisse.

Quibus peractis, quaestio iudicio ipsius S. Congregationis pro causis Sanctorum subiecta est et quidem primum in Congressu Peculiari, habito die 30 mensis Aprilis 1974, quem eodem anno secuta est, die 25 mensis Iunii, Congregatio Plenaria in Vaticanis Aedibus adunata, in

qua Rev.mus Cardinalis Agnellus Rossi, Causae Ponens seu Relator, sequens dubium proposuit disceptandum: ***«An et de quo miraculo constet, in casu et ad effectum de quo agitur*** » deque eo rettulit. Et omnes, qui convenerant, Patres Cardinales affirmativum suffragium ^dederunt.

Facta demum de praedictis omnibus Summo Pontifici Paulo VI die 15 mensis Iulii a. 1974 per subscriptum Cardinalem relatione, Summus idem Pontifex sententiam Patrum Cardinalium ratam habens, mandavit ut decretum super eadem mira sanatione appararetur, facta •quoque benigna dispensatione super praescripto canonis 2117 C.I.C.

Quod cum factum esset, Beatissimus Pater, hodierno die, accitis Cardinalibus infrascripto Praefecto atque supradicto Ponente Causae meque Antistite a Secretis ceterisque vocari solitis, iisque adstantibus praesens confirmavit et promulgavit decretum, edicens : ***Constare de uno miraculo, Venerabili Servo Dei Iosepho Freinademetz intercedente, a Deo patrato, scilicet de instantánea, perfecta ac firma sanatione pueri Henrici Mutschlechner ab empyemate metapneumonico cum gangraena polmonari.***

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 4 Octobris a. D. 1974.

ALOISIUS Card. RAIMONDI, ***Praefectus***

L. * S.

83 Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., ***a Secretis***

VII

ARMACHANA

Canonizationis Beati Oliverii Plunkett, Martyris, Archiepiscopi Armachani.

SUPER DUBIO

An et de quo miraculo, post indultam ab Apostolica Sede venerationem, constet in casu et ad effectum de quo agitur.

Oliverius Plunkett nobili genere in Hibernia natus die 1 mensis Novembris anno 1625, adolescens Romam profectus et in Ludovisianum Hibernorum collegium exceptus, vitae integritate morumque innocentia

valde praestitit. Sacerdotio auctus anno 1654, cum saeviente catholicorum Cromwelliana vexatione in patriam remeare non posset, Romam per quindecim annos sacerdotalia ministeria magna sibi parta laude obivit. Armachanus archiepiscopus a Clemente Papa IX, anno 1669, renuntiatus, in Hiberniam regressus est, ubi singulari diligentia eximioque zelo ecclesiasticam disciplinam restituere intrepidus sategit. Quo in munere odium sibi concitavit, et falso crimine coniurationis in regem ab iniquissimis hominibus impeti tus est. Londinum contra fas regnique Hiberniae consuetudines ductus, et corruptorum et fraudulentorum testimonio damnatus, die 1 Iulii anno 1681, cruentissima morte martyrii palmam adeptus est. Quem Benedictus XV die 23 mense Maio anno 1920 martyrum catalogo ritu solemni accensuit.

Cum autem Beati gloria novorum prodigiorum fama et impensiore fidelium cultu in dies amplificaretur, Causa eius canonizationis die 27 Iulii anno 1951, probante Pio Papa XII, fuit resumpta.

E variis miris, quae ferebantur, sanationibus a Deo patratis invocato Beati Oliverii Plunkett nomine, unam selegerunt Causae actores eamque Apostolicae Sedis iudicio proposuerunt, ut eidem Beato sanctorum decernerentur honores.

Quod mirum respicit dominam Ioannam Marchese nuptam Martiriggiano, Neapoli commorantem, quadragesimum quartum aetatis annum agentem. Ipsa namque, iamiam tertium editura partum, gravissima abdominali syndrome correpta, matutinis horis diei 31 Martii anno 1958 ad valetudinarium deducta est, cui nomen vulgo « Clinica Mediterranea », Religiosis Hibernis, quae anglico sermone vocantur ***Medical Missionaries o f Mary*** commissum. Peracta ibi horis vespertinis caesarea sectione, illico medici infaustam omnino quoad vitam ediderunt prognosim ob gravissime laesam visicae parietem, fere quidem absumptae et ad informem massam redactae, frustra ac sine ulla spe tentata aliqua visicae sutura; atque instare aegrotae obitum praenuntiarunt. Quod ut averteretur, chirurgus ipse, Sorores infirmariae atque familiares et amici aegrotae fervidis precibus Beati Oliverii Plunkett patrocinium implorare coeperunt, nec incassum. Nocte enim inter diem 31 Martii et diem 1 Aprilis talis effecta est rerum mutatio, ut postridie mane recuperatae valetudinis signa et indicia animadverterint soror infirmaría primum et deinde a curatione medici, atque una voce miraculum conclamaverint.

Qua super sanatione apostolicus in Curia Neapolitana processus instructus est a die 27 Iunii a. 1969 ad diem 26 Iunii a. 1972 ; quem rite

valideque confectum fuisse haec S. Congregatio die 12 Ianuarii a. 1973 pronuntiavit.

Plenissimis probationibus testatum est supra dictam sanationem naturae vires excessisse; concordes enim fuerunt hac super re tam testium excussorum depositiones, quam medicorum a curatione et ab inspectione declarationes ; simulque de eiusdem sanationis praeternaturali indole affirmativum fuit peritorum ex officio iudicium, necnon unanime huius Congregationis Consilii Medici suffragium.

Quibus peractis, quaestio subiecta est theologorum iudicio, et primum quidem in Congressu Peculiari huius S. Congregationis pro Causis Sanctorum die 10 mensis Iulii volventis anni ; ac postea, die 19 Novembris hoc eodem anno, in Coetu Plenario Patrum Cardinalium ad Vaticanas Aedes celebrato, in quo E.mus Cardinalis Humbertus Mozzoni, Causae Ponens seu Relator, dubium disceptandum posuit : ***An et de quo miraculo, post indultam eidem Beato ab Apostolica Sede venerationem, constet in casu et ad effectum de quo agitur.*** Et, qui aderant, Patres Cardinales affirmando responderunt.

De praefatis omnibus facta Summo Pontifici Paulo VI per subscriptum Cardinalem relatione, in Audientia diei 5 Decembris anni huius, Sanctitas Sua affirmativam Sacrae Congregationis sententiam ratam habuit et confirmavit iussitque decretum ad hoc rite concinnari; concessa insimul benigna dispensatione super praescripto canonis 2138 § 1 C.I.C., ita ut ad sollemnem Beati Oliverii Plunkett canonizationem uno dumtaxat miraculo procedi valeat.

Hoc denique die, Beatissimus Pater ad se advocatis Cardinalibus infrascripto Praefecto et Humberto Mozzoni, Causae ponente, meque Antistite a secretis ceterisque de more convocandis, iisque adstantibus praesens Decretum promulgavit, nimirum : ***Constare de uno miraculo, a Deo patrato, Beato Oliverio Plunkett, Martyre, Archiepiscopo Armachano, intercedente, scilicet: de instantánea, perfecta constantique sanatione dominae Ioannae Marchese Martiriggiano a fractura vesicae, inadequate reparatae, in subiecto statu « shoch » letali affecto ob gravem anaemiam posthaemorrhagicam.***

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 9 Decembris a. D. 1974.

ALOISIUS Card. RAIMONDI, ***Praefectus***

L. © S.

© Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., ***a Secretis***

VIII

BALTIMOREN.

Canonizationis Beatae Elisabeth Annae Bayley vid. Seton, fundatricis Congregationis Sororum a Caritate S. Ioseph in America.

SUPER DUBIO

An et de quo miraculo, post indultam eidem Beatae ab Apostolica Sede venerationem, constet in casu et ad effectum de quo agitur.

Christus Dominus ***in corpore suo, scilicet Ecclesia, dona ministrationum iugiter disponit, quibus Ipsius virtute nobis invicem ad salutem servitia praestamus, ut veritatem facientes in caritate, crescamus in illum per omnia, qui est Caput nostrum*** (cf. ***Eph.*** 4, 11-16).

Su blinda haec Concilii Vaticani II (Const. dogm. ***Lumen gentium,*** 7) verba nobis animo volventibus, sua sponte nobilissima occurrit imago Beatae Elisabeth Annae Bayley viduae Seton, quae origine primus Americae Septentrionalis, ab Ecclesia recognitus, sanctitatis flos nuncupari potest. Ipsa enim, veritatis lucem plenius assecuta, iugiter in Dei cognitione et amore, per omnes vitae suae semitas, proficere adnisa est, atque multiformi caritatis officio proximos iuvare ac sublevare satagens, ad augmentum corporis Christi, quod est Ecclesia, plurimum contulit.

Ipsa Neo-Eboraci, die 28 Augusti anno 1774 in lucem edita, anglicano ritu baptizata fuit. In christiana pietate enutrita bonisque artibus et litteris convenienter instructa, vicesimum cum attingeret annum, matrimonium iniit cum Villelmo Magee Seton, ex eoque quinque progenitos filios pia mater peramanter fovit christianisque moribus imbuit. Marito autem anno 1803 vita functo, cum animum ad catholicam religionem pressius considerandam convertisset, die 14 mensis Martii a. 1805 in Ecclesiae catholicae gremium recepta est. Baltimoram deinde profecta, de suis filiis aeque sollicita, puellis in catholico collegio instituendis necnon pauperibus pueris alendis sollertem impendit curam. Cum vero quaedam puellae in ministerio sociae, perfectionis viam aggredi cupientes, eidem adhaesissent, die 1 Iunii a. 1809 religiosis votis nuncupatis coram Baltimorensi Antistite, ***Congregationis Sororum a Caritate S. Ioseph*** fundamenta iecit, quam sancti Vincentii de Paul

spiritu informatami voluit, atque Moderatricis generalis munere, ad vitae usque exitum, suavi caritate ac prudentia gubernavit.

Famula Dei, quae sponsa et mater exstitit admirabilis fulgidumque religiosae vitae exemplar, ***omne opus bonum subsecuta*** (cf. ***1 Tim.*** 4, 10), migravit ad Dominum die 4 Ianuarii a. 1821, aetatis circiter quadragesimo septimo. Eam virtutibus mentisque insignem necnon miraculis claram Ioannes Papa XXIII, die 17 Martii a. 1963, inter Beatos Caelites sollemni ritu adnumeravit.

Cum vero post beatificationem de novis signis eadem Beata intercedente a Deo patratis invalesceret fama, multis sacrorum Antistitibus una cum causae actoribus instantibus, Paulus Papa VI, die 27 Ianuarii a. 1966 ut canonizationis causa resumeretur, indulsit.

Ad impetrandam itaque Beatae Elisabeth Annae Bayley viduae Seton canonizationem, actores huic sacro foro ad cognoscendum proposuerunt sanationem domini Caroli Kalin, sexagesimum primum aetatis annum agentis lutheranamque fidem profitentis. Ipse enim die 9 Octobris a. 1963 gravissimo morbo est correptus et in nosocomium deductus est; ibi medici a curatione certiores facti sunt agi de meningo-encephalitide acutissima et in forma comatosa atque probabiliter naturae viralis morbillosae. Ingravescente morbo, mortem iamiam instare extra remedii spem edixere periti medici. Aegroti coniux, Sorores infirmariae aliaeque religiosae enixas ad intercessionem Beatae Elisabeth Annae obtinendam preces fundere coeperunt. Et ecce, improviso, primo mane diei 11 Octobris infirmus convaluit. Unde familiares, medentes et quotquot morbi naturam et gravitatem acceperant, miraculum conclamarunt ; bini deinde ab inspectione periti perfectam sanationem comprobarunt. Periti quoque ex officio una cum nostro Collegio Medico praeter naturae vires eiusmodi sanationem contigisse affirmarunt.

Super hac sanatione processus apostolica auctoritate in Curia archiepiscopali Neo-Eboracensi anno 1966 instructus est, de cuius iuridica forma et vi Sacra haec Congregatio pro Causis Sanctorum die 10 Februarii a. 1972 constare declaravit. Praehabito postea, die 13 Decembris a. 1973, apud Medicum Consilium huius sacri fori accuratissimo examine circa ipsius sanationis indolem et adiuncta, suffragatio primum in Congressu Peculiari diei 8 Octobris anni huius vertentis facta est. Deinde in Congregatione Plenaria in Vaticanis Aedibus habita die 3 Decembris mensis, Patres Cardinales, referente Rev.mo Cardinali

Aloisio Traglia, proposito dubio num de miraculo constaret, affirmativum singuli dederunt suffragium.

De hisce autem omnibus peractis certior factus ab infrascripto Cardinali Praefecto in Audientia eidem concessa die 5 Decembris huius anni, Beatissimus Pater Paulus VI sententiam S. Congregationis pro Causis Sanctorum ratam habens, mandavit ut decretum super eadem mira sanatione concinnaretur, facta insimul benigna dispensatione super praescripto canonis 2138 Codicis Iuris Canonici, ita ut ad sollemnem eiusdem Beatae Elisabeth Annae Bayley Vid. Seton canonizationem uno tantum miraculo rite agnito et approbato deveniri queat.

Hodierno tandem die idem Summus Pontifex, accitis Cardinalibus infrascripto Praefecto atque Aloisio Traglia, Causae Ponente, meque Antistite a secretis ceterisque vocari solitis, iisque adstantibus, praesens Decretum confirmavit et promulgavit, edicens : ***Constare de uno miraculo, Beata Elisabeth Anna Bayley Vidua Seton intercedente, a Deo patrato, nimirum de instantánea, perfecta ac constanti sanatione domini Caroli Kalin a meningo-encephalitide acutissima in subiecto ad comam pervento et secundaria bacteriohaemia staphilococcica affecto.***

Quod Decretum publici iuris fieri et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 9 Decembris a. D. 1974.

ALOISIUS Card. RAIMONDI, ***Praefectus***

L. © S.

© Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., ***a Secretis***

SACRA CONGREGATIO PRO INSTITUTIONE CATHOLICA

I

DECRETUM

Facultati Sacrae Theologiae Cracoviensi (Krakow) titulus « Pontificius » confertur.

Sacra Congregatio pro Institutione Catholica, prae oculis historia habita inclytae Facultatis Theologicae Cracoviensis, quae, ab Hedvige Regina a. D. MCCCXCVII condita canoniceque a Bonifatio Pp. IX consti-

tuta, per ultra DL annos in celeberrima Cracoviae Jagellonensi studiorum Universitate ad ecclesiasticarum scientiarum in primis Sacrae Theologiae progressum indesinenter operam navavit ; scientifica didacticaque attentis eiusdem Facultatis ordinatione electoque Professorum coetu scite adlaborante necnon scientificis inquisitionibus ab ipsis publici iuris factis; petitionem Caroli S. R. E. Cardinalis Wojtyla, Archiepiscopi Cracoviensis Facultatisque Magni Cancellarii, benigne excipiens ; potestate ab Augusto Pontifice Paulo div. Prov. Pp. VI sibi facta ; ut Apostolicae Sedis existimationis dilectionisque peculiare signum promat, Facultatem Theologicam Cracoviensem titulo Pontificio exornatam hoc Decreto ***constituit declaratque,*** omnibus ipsi agnitis tributisque officiis iuribus ac honoribus huic titulo de more adnexis; integris equidem manentibus Facultatis iuribus ad laudatam Universitatem quod attinet.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis, d. u m. iunii, in sollemnitate Pentecostis, a. D. MCMLXXXIV.

GABRIEL MARIA Card. GARRONE, ***Praefectus***

L. 83 S.

83 Iosephus Schroffer, Archiep. tit. Volturnen., ***a Secretis***

II

DECRETUM

Titulus « Pontificius » Facultati Theologicae Vratislaviensi (Wroclaw) conceditur.

Sacra Congregatio pro Institutione Catholica, prae oculis historia habita inclytae Facultatis Theologicae Vratislaviensis quae, in Vratislaviensi studiorum Universitate a. D. MDCCII constituta, ad scientiarum ecclesiasticarum in primis Sacrae Theologiae progressum admodum contulit; didactica scientificaque attenta eiusdem Facultatis ordinatione, quae, calamitosis postremi belli casibus superatis, in pristinum feliciter restituta est, electo Professorum coetu scite adlaborante optimisque scientificis inquisitionibus publici iuris factis; petitionem piae memoriae Boleslai S.R.E. Cardinalis Kominek, Archiepiscopi Vratislaviensis Facultatisque Magni Cancellarii, benigne suscipiens; potestate ab Augusto Pontifice Paulo div. Prov. Pp. VI sibi facta; ut Sedis Apostolicae existimationis dilectionisque peculiare signum promat, Facultatem Theologicam Vratislaviensem titulo Pontificio exornatam hoc Decreto ***constituit declaratque,*** omnibus ipsi agnitis tributisque iuribus officiis ac honoribus huic titulo de more adnexis ; integris equi-

dem manentibus Facultatis iuribus ad laudatem Universitatem quod attinet.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis, d. II m. iunii, in sollemnitate Pentecostis, a. D. MCMLXXIV.

GABRIEL MARIA Card. GARRONE, *Praefectus*

L. 93 S.

83 Iosephus Schroffer, Archiep. tit. Volturnen., *a Secretis*

III

DECRETUM

Canonice erigitur Facultas Theologica in Seminario Metropolitano Posnaniensi (Poznan) et titulo « Pontificio » decoratur.

Posnaniensis urbs merito incunabula catholicae fidei in Polonia haberi potest : in ipsa enim anno Domini CMLXVI primus Poloniae princeps baptismali unda est lustratus, in ipsa post paucos inde elapsos annos prima prae ceteris Poloniae urbibus erecta est dioecesis, in ipsius denique cathedrali ecclesia priscorum — ut fertur — Poloniae regum exuviae custodiuntur.

Mhil itaque mirum si inclyta hac in sede Ioannes Lubranski episcopus saeculo xvi ineunte Athenaeum, Academiam Lubranscianam nuncupatum, erexerit, ut iuvenes in studia tum humaniora tum philosophico-theologica naviter incumberent. Anno Domini MDLXIV, secundo a promulgato Decreto Concilii Tridentini de Reformatione (can. XVIII, de seminariis in dioecesibus condendis; cf. ***Ench. Cleric.*** nn. 97-103), Maius Posnaniense Seminarium constitutum est eidemque statim Academiae adnexum; quod volventibus saeculis tamquam pupilla oculi ab Archiepiscopis Posnaniensibus semper habitum est atque ita auctum ut, in adiunctis praesertim secundioribus, vere fax ignisque ardens in patria regione exstiterit, ad sacrarum disciplinarum intelligentiam ac amorem indefesse diffundendos.

Civili libertate a Polonica Gente fauste recuperata, Archiepiscopi Posnanienses de Facultate Theologica erigenda Sanctam Sedem iterate rogaverunt ; quod vero gravibus ex causis ad effectum adduci nunquam potuit. At terrificis postremi belli casibus superatis Seminarioque ex novo constituto, Sacra Congregatio pro Institutione Catholica, petitionem Exc.mi Archiepiscopi Metropolitae Posnaniensis benevole excipiens, litteris diei xxin m. iulii a. D. MCMLXIX in Posnaniensi Seminario Maiori Institutum Theologicum condidit, iure pollens, ad quin-

quennium et ad experimentum, Sacrae Theologiae Baccalaureatus ac Licentiae gradus conferendi.

Quibus nunc feliciter persolutis, attentis imprimis florentibus ecclesiasticis studiis quibus eiusdem Archidioecesis sacra iuventa iamdudum in theologica doctrina instituebatur, electis professoribus strenue adlaborantibus ad sacras disciplinas uberius pleniusque edocendas excolendas atque illustrandas, prae oculis habita favorabili Conferentiae Episcopalis Poloniae sententia, Sacrum Dicasterium pro Institutione Catholica, laudati Praesulis precibus libenter annuens, rem totam pro munere Augusto Pontifici Paulo div. Prov. Pp. VI diiudicandam detulit. Quo benigne paterneque adprobante ac instante, Sacra eadem Congregatio, in Dei Omnipotentis gloriam ac Ecclesiae in primis Polonicae decus ac incrementum, Facultatem Sacrae Theologiae in Seminario Metropolitano Posnaniensi hoc Decreto ***erigit erectamque declarat,*** iure in perpetuum ditatam gradus academicos conferendi Baccalaureatus seu Magisterii, Licentiae, Doctoratus; omnibus ipsi agnitis tributisque officiis iuribus privilegiis atque honoribus quibus Facultates a Sede Apostolica erectae merito fruuntur.

Sacra praeterea Congregatio Archiepiscopum Posnaniensem pro tempore, Ordinarium loci, Facultatis Magnum Cancellarium ***constituit renuntiatque,*** qui fidei orthodoxiam morumque disciplinam tutetur, docentibusque quibuslibet missionem canonicam conferat revocetque omnia nitendo ut Facultas continuo augeatur, cum ceterisque Theologicis Facultatibus Conferentia Episcopali Nationali moderante volenter cooperetur, ad Ecclesiae Patriaeque Reipublicae bonum augescendum.

Sacrum insuper Dicasterium, ut peculiarem Sedis Apostolicae dilectionem patefaciat, Posnaniensem Facultatem titulo Pontificio ***condecorat,*** eidem Facultati praestituens ut iuxta Documentum « Normae quaedam » inscriptum (20.V.1968) aliasque Sanctae Sedis academicas leges ad amussim ordinetur regaturque, necnon secundum peculiaria Facultatis Statuta ab eadem Sacra Congregatione hac ipsa die adprobata ; servatis ceteris de iure servandis, iis quoque quae a Commissione Episcopatus Polonici de studiis superioribus promovendis manata sunt vel manabuntur; contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus S. Congregationis, die II m. iunii, in sollemnitate Pentecostis, a. D. MCMLXXIV.

GABRIEL MARIA Card. GARRONE, ***Praefectus***

L. 83 S.

83 Iosephus Schroffer, Archiep. tit. Volturnen., ***a Secretis***

ACTA COMMISSIONUM

PONTIFICIA COMMISSIO BIBLICA

Ratio periclitandae doctrinae

NORMAE PRAEVIAE

1. Ad baccalaureatum admittuntur sive clerici sive laici, qui aut gradum baccalaureatus in theologia vel aequivalentem gradum iam adepti sunt, aut testimonium exhibent ex quo constat illos aequivalentem studiorum cyclum (quinque scilicet annorum, quorum saltem tres in theologia) cum fructu perfecisse. Quae tamen omnes condiciones in singulis casibus Commissionis iudicio subicientur.

2. Candidatis ad quemvis ex tribus gradibus admittendis, duplex praesto erit examinatorum sessio : aestiva, mense maio, et autumnalis, mense octobri. Epistulae mittantur ad PCB secretariam, Piazza dei S. Uffizio 11, Roma.

3. Ad diversos gradus, praevium examen habetur de aliquibus linguis non-biblicis, scilicet latina, anglica, gallica et germanica, et quidem hac ratione. Ad baccalaureatum : de latina et de una e tribus aliis ab ipso candidato eligenda ; ad licentiam : de alia iterum a candidato selecta ; ad lauream : de tertia.

Esperimenta illa fiunt scripto. Textum aliquem, ab examinatore electum, candidatus etiam ope dictionarii vertet in illam quam maluerit ex sequentibus linguis : latina, anglica, gallica, germanica, hispanica, italica.

4. Quoad (infra describenda) experimenta de ipsa re biblica : oraliter fiunt, exceptis (cum dissertationibus) iis ad baccalaureatum sub II et III positis, quae scripto fieri poterunt si candidatus, iustas rationes afferens, id maluerit.

Examina oralia fiunt sive latine, sive quavis alia lingua a candidato proposita obtento tamen praevio examinatorum vel PCB secretarii consensu.

In experimentis ad baccalaureatum quae forte scripto fiant (II et III), in dissertationibus et in lectione publica, uti licet una ex sex linguis supra (sub 3) enumeratis.

EXAMINA

AD BACCALAUREATUM

I. *De philologia biblica*

1. De lingua hebraica
Gen., 2-3; 20-22
Deut., 5-6
II Sam., 1012
Is., 6-12; 40; 66
Ier., 7; 14
Ezech., 34; 37
Ps. 1-8
Eccl., 3; 5

2. De lingua aramaico-biblica

Esdr., 4
Dan., 6

3. De lingua graeca

Mt., 5-7
Me, 5-7
Lc, 1-2; 22-24
Io., 1-5
Act., 17
Gal. tota
Col. tota
Tit. tota
Hebr., 5-7
Iac, 2
lud. tota
Apoc, 1-2

Pro Ps. 1-8 et Lc, 22-24 candidatus etiam de critica textuali interrogabitur.

II. *De historia biblica*

Pro quaestionibus selectis quae sequuntur, sufficiet cognitio generalis, ita tamen ut clare appareat positio eventuum et personarum in mundo ambiente.

1. Abraham, Moyses, Exodus, David, Salomon, Schisma decem tribuum, Restauratio post exsilium, Diasporae exordium, Dominatio romana in Iudaea.

2. Imago ministerii Christi, cum variis religionibus iudaicis collata (cum opere Baptistae, cum pharisaismo, cum pietate qumranica, etc.). Ecclesia hierosolymitana. Itinera S. Pauli.

III. *De introductione generali*

1. De S. Scripturae inspiratione et veritate.

2. De methodis exegeseos hodiernae, ratione etiam habita horum documentorum : « Divino afflante », « Dei Verbum », Commissionis biblicae Epistula de Pentateucho (1948) et eiusdem Commissionis Instructio de historica evangeliorum veritate (1964).

AD LICENTIAM

I. De historia biblica

De una ex historiae quaestionibus supra enumeratis (ad baccalaureatum, II), a candidato selecta et fusius exponenda.

II. De introductione generali

1. De quibusdam institutis Hebraeorum, i.e. de festis, de sacerdotio, de regimine regali.

2. De praecipuis documentis, effossionibus et inventionibus Sacras Litteras illustrantibus.

3. De scholis exegeticis Alexandrina et Antiochena, necnon de operibus exegeticis S. Hieronymi.

4. De scholis hodiernis (Formgeschichte, etc.) et de methodologia adhibenda.

III. De introductione speciali

Relate ad sequentes libros : de fontibus, de historia traditionis, de libri redactione, de tenore theologico, de recentioribus inquisitionibus.

1. Pentateuchus, Isaias, Ieremias, Daniel, Ecclesiasticus.

2. Quattuor Evangelia, Actus Apostolorum, Epistula ad Romanos.

IV. De theologia et anthropologia biblica

De uno ex sequentibus argumentis, ad nutum candidati :

1. De regno Dei in Vetere Testamento et in praedicatione Iesu.

2. De Messia in Vetere et in Novo Testamento.

3. De Spiritu Dei in Vetere et in Novo Testamento.

4. De populo Dei (theologice) in Vetere Testamento, et de Ecclesia secundum S. Paulum.

5. De homine, i.e. de eius origine, natura, fine ultimo, ad mentem utriusque Testamenti.

V. Dissertatio ex improviso conscribenda (datur spatium circiter 6 horarum), quae erit expositio philologica (additis opportunis commentariis e critica textuali), litteraria et doctrinalis unius sectionis (ab examinatoribus seligendae) ex sequentibus textibus :

Gen., 12-25
Is., 28-32; 49-55
Ps. 1-10
Prov., 8-9
Mt., 5-10 (synopsi adducta)
Io., 6 ; 13-17
I Cor., 12-15
Eph., 1, 1-4, 16

VI. Dissertatio in antecessum facta de aliquo themate biblico (prius rite approbato), circiter 50 paginarum (in dactylographia).

AD LAUREAM

I. De linguis orientalibus

De una (ad libitum) ex sequentibus linguis : accadica, aegyptiaca (vetere), aethiopica, arabica, aramaica extrabiblica, armenica, coptica, geórgica, sumerica, syriaca, ugaritica.

II. De exegesi

De exegesi unius ex sequentibus S. Scripturae partibus a candidato antea deligendae atque ab examinatoribus pressius determinandae :
Exodus
Iudices et Ruth
I et II Samuel
I et II Regum
Paralipomena, Esdras et Nehemias
Iob
Psalmi
Proverbia
Ecclesiastes, Canticum
Sapientia, Ecclesiasticus
Libri Maccabaeorum
Prophetae minores
Matthaeus
Actus Apostolorum
Ep. ad Rom., Epp. I et II ad Thess.
Ep. ad Gal., Epp. captivitatis
Epp. pastorales, Ep. ad Hebraeos
Epp. catholicae

III. De introductione generali

1. De historia canonis utriusque Testamenti.
2. De origine et auctoritate textus massoretici.
3. De versione septuagintavirali deque aliis Vulgata antiquioribus in crisi textuum adhibendis.
4. De Vulgatae historia et usu ab origine usque ad nostra tempora (summatim).

IV. Lectio publica de aliqua quaestione una ante hora candidato designata, ex libris Veteris vel Novi Testamenti ab ipso antea propositis.

V. Amplior dissertatio circa thema aliquod biblicum, ab ipso candidato de Commissionis assensu eligendum.

VI. Dissertationis ab examinatoribus impugnandae defensio.

VII. Dissertationis editio (saltem ex parte : ad minimum 48 paginae in-8°).

Haec nova Ratio periclitandae doctrinae candidatorum ad academicos gradus in Sacra Scriptura abrogat Rationem, quae inde a die 12 Ianuarii 1911 hucusque vigebat.

Candidatis autem, qui ante huius renovatae Rationis promulgationem examina iuxta anteriorem Rationem praeparare iam inceperint, licet ex duabus Rationibus unam ad libitum eligere.

Hanc renovatam Rationem periclitandae doctrinae Summus Pontifex Paulus, div. Prov. Pp. VI, in Audientia concessa infrascripto Praesidi Pontificiae Commissionis Biblicae die 6 m. decembris 1974, adprobavit atque evulgari iussit.

Datum Romae, die 7 decembris 1974 in Festo Sancti Ambrosii, Episcopi et Ecclesiae Doctoris.

FRANCISCUS Card. SEPER, ***Praeses***

L. 83 S.

83 Albertus Descamps, Episc. tit. Tuneten., ***a Secretis***

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

Citatio edictalis

MARIANOPOLITANA

Nullitatis matrimonii (Marceau - Broumpton)

Cum ignoretur locus actualis commorationis dominae Gertrudis Broumpton, conventae in causa de qua supra, eamdem citamus ad comparendum, aut per se aut per procuratorem legitime constitutum, coram Tribunali S. Romanae Rotae « Piazza della Cancelleria, 1 - Roma », in diem 18 aprilis 1975, hora undecima pro concordatione vel subsignatione sequentis dubii :

An constet de matrimonii nullitate, in casu.

Ordinarii locorum, Parochi, et fideles, qui notitiam habuerint actualis commorationis praedictae dominae Gertrudis Broumpton, curare debent ut ipsa de hac edictali citatione rite moneatur. *

Franciscus Bruno, ***Ponens***

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 24 mensis februarii a. 1975.

Raphael Funghini, ***Notarius***

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M.me Gertrude Broumpton, défenderesse en cette cause, nous la citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria) le 18 avril 1975, a 11 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté:

Gonste-t-il de la nullité du mariage, dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence de ladite Gertrude Broumpton, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Giovedì, 23 Gennaio 1975, il Santo Padre Paolo VI ha ricevuto in solenne Udienza, per la presentazione delle Lettere Credenziali, Sua Eccellenza la Signorina BERNADETTE OLOWO, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario di Uganda.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Breve Apostolico il Santo Padre Paolo VI ha nominato :

8 febbraio 1975. S. E. Mons. Barbarito Luigi, Arcivescovo tit. di Fiorentino, ***Pro-Nunzio Apostolico in Senegal e Niger, e Delegato Apostolico nel Malí, nella Mauritania e in Guinea-Bissau.***

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha nominato :

1 febbraio 1975. S. E. il Sig. Cardinale de Fürstenberg Massimiliano, ***Membro del Supremo Tribunale della Segnatura Apostolica.***

20 » » S. E. Mons. Castillo Lara Rosalio José, Vescovo tit. di Precausa, ***Segretario della Pontificia Commissione per la Revisione del Codice di Diritto Canonico.***

» » » Il Rev. Mons. Cardoso de Carvalho Manuel, Rettore del Pontifìcio Collegio Portoghese, ***Membro del Comitato Centrale per l'Anno Santo.***

NECROLOGIO

10 gennaio 1975. Mons. Ryan Patrick Finbar, Arcivescovo tit. di Villamagna di Tripolitania.

11 » » E.mo Signor Cardinale Paul Pierre Meouchi, Patriarca di Antiochia dei Maroniti.

13 » » Mons. Rovigatti Luigi, Arcivescovo tit. di Acquaviva, Vicegerente di Roma.

16 » » Mons. Tort Roger, Vescovo di Montauban.

23 » » Mons. Campos Francisco Helio, Vescovo di Viana.

24 » » Mons. de Oliveira Pena Rodolfo Das Merces, già Vescovo di Valença.

26 » » Mons. Bazin Victor, già Arcivescovo di Rangoon.

29 » » Mons. Johnson Martin Michael, già Arcivescovo di Vancouver.

» » Mons. Maranta Edgard Aristide, Arcivescovo tit. di Castro.

30 » » Mons. Gad Giacinto, Vescovo tit. di Grazianopoli, Esarca Apostolico per i cattolici di rito bizantino residenti in Grecia.

An. et vol. LXVII 31 Martii 1975 N. 3

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico — Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA PAULI PP. VI

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

CASTRENSIS

Nova Provincia Ecclesiastica conditur in Antillis, nomine « Castriensis ».

PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quoniam voluntas Dei sancta fuit, ut Ecclesiae Universae ad gubernacula sederemus, ut multitudinem electorum ad aeternas luminis oras opitulante Christo, duceremus, nihil sane aut agere, aut curare, aut animis insinuare omittimus, quod tum Ecclesiae, tum etiam fidelibus utilitates pariat : si enim me amas, ait Christus, adorandus Dei Filius, Simoni Petro ad lacum Tiberiadis (cfr. ***Io.*** 21, 15-17), pasce agnos, pasce oves meas. Quam ob rem, cum Venerabiles Fratres Nostri S. R. E. Cardinales Sacrae Congregationi pro Gentium Evangelizatione praepositi, bene fieri censuerint, si detractis nonnullis territoriis a metropolitana Sede Portus Hispaniae, nova Provincia ecclesiastica in Insulis Windward et Leeward conderetur, Nos, audito Venerabili Fratre Aloisio Barbari to, Archiepiscopo titulo Florentinensi eodemque in Antillis Apostolico Delegato, reque magna consideratione reputata, res ita disponimus, ut quae dioecesis Castriensis cognominabatur, eadem ad gradum Ecclesiae metropolitanae evehatur, cum omnibus iuribus harum Sedium propriis; atque praeterea, ut eadem una cum dioecesibus S. Ioannis, Rosensi, ac S. Georgii in formam novae Provinciae ecclesiasticae redi-

gatur, cuius sit caput, sumpto Castriensi nomine. Qua re etiam id efficitur, ut Provincia ecclesiastica Portus Hispaniae, e qua dioeceses illae separatae sunt, his tantum coalescat Ecclesiis : Gulielmopolitana, Pontipolitana-Regalitana, Paramaribensi, et Georgiopolitana, praeter ipsam metropolitanam. Quae vero per has Litteras Nostras statuimus, Venerabilis Frater Aloisius Barbarito ad exitum deducenda curabit, vel alius ab eo delegatus; re vero acta, documenta exarentur, quorum fide digna exempla ad Sacram Congregationem pro Gentium Evangelizatione cito mittantur. Contrariis nihil obstantibus. Ad Sedem autem cuius meminimus Castriensem vacantem per abdicationem Venerabilis Fratris Caroli Gachet, promovemus Archiepiscopum Metropolitam Venerabilem Fratrum Patricium Webster, adhuc Episcopum S. Georgii, a quo vinculo liberamus, factis nempe iuribus iustis, impositis oneribus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die duodevicesimo mensis Novembris, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo quarto, Pontificatus Nostri decimo secundo.

IOANNES Card. VILLOT
Secretarius Status

AGNELLUS Card. Rossi
S. Congr. pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide Praefectus

Iosephus Del Ton, ***Proton. Apost.***

Ioannes Coppa, ***Proton. Apost. s.n.***

Loco £B Plumbi

In Secret. Status tao., n. 211805.

II

CATARMANIENSIS

In Insulis Philippinis nova dioecesis constituitur « Catarmaniensis » nomine.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quae ampliores exspectantur pro christianis fidelibus spiritales utilitates, causa fuerunt praecipua cur votis et precibus accedendum esse censuerimus Venerabilium Fratrum Godefridi Pedernal, Episcopi Boronganensis, et Cypriani Urgel, Episcopi Calbayogani. Ab Apostolica enim Sede, post auditam Conferentiam Episcopalem Insularum Philippinarum, petierunt, ut quadam ex eorum territorio dioecesium parte separata alia conderetur episcopalis Sedes. De sententia igitur sive Venerabilis Fratris Carmeli Rocco, Archiepiscopi titulo Iustinianopolitani in Galatia et olim in Insulis Philippinis Apostolici Nuntii, sive

Sacrae Congregationis pro Episcopis, apostolica potestate Nostra sequentia decernimus et iubemus. A dioecesibus Boronganensi et Calbayogana territorium separamus totius civilis provinciae Vulgo Nortbern Samar appellatae eaque novam dioecesim condimus ***Gatarmaniensem*** appellandam iisdemque terminandam finibus ac provincia illa terminatur. Constitutae dioecesis sedes in urbe vulgo Catarman ponatur, episcopalis vero cathedra in templo Deo dicato in honorem Annuntiationis B. M. V., quod ad cathedralis gradum attollimus, iustis cum iuribus. Episcopo autem, praeterquam quod iura damus, congrua etiam imponimus officia. Mensam episcopalem efficient Curiae emolumenta, a fidelibus sponte oblata pecunia atque bonorum pars, ad C. I. C. canonem 1500 statuenda. Catarmaniensem dioecesim suffraganeam facimus metropolitanae Sedi Caebuanae, eius vero Episcopum eiusdem Metropolitae. Mandamus praeterea ut, quoadusque Canonicorum collegium condatur, per alias nempe sub plumbo Litteras, consultores dioecesani deligantur, ad normam iuris; ut, ad Seminarii exstructionem quod attinet alumnorumque educationem, serventur praescripta iuris communis prae oculis habitis normis Decreti Concilii Vaticani II « Optatam totius » peculiaribusque regulis Sacrae Congregationis pro Institutione Catholica; ut, his Litteris ad effectum adductis, sacerdotes dioecesi illi censeantur adscripti, in cuius territorio beneficium vel officium habeant; ceteri autem sacerdotes, clerici Seminariique tirones ei, in qua legitime degant. Quod insuper attinet ad dioecesis regimen, Vicarii Capitularis electionem, fidelium iura et onera aliaque id genus, sacri canones ad amussim serventur. Quae denique documenta novam dioecesi quoquo modo respiciant, in eius Curiam transferantur, in tabulario religiose custodienda. Haec quae iussimus ad effectum adducat Venerabilis Frater Bruno Torpigliani, Archiepiscopus tit. Mallianensis, Nuntius Apostolicus in Insulis Philippinis, vel ab eo delegatus sacerdos, suetaque documenta exaret, ad S. Congregationem pro Episcopis mittenda. Contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die quinto mensis Decembris, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo quarto, Pontificatus Nostri duodecimo.

IOANNES Card. VILLOT
Secretarius Status

SEBASTIANUS Card. BAGGIO
S. Congr. pro Episcopis Praefectus

Iosephus Del Ton, ***Proton. Apost.***

Eugenius Sevi, ***Proton. Apost.***

Loco £ß Plumbi

In Secret. Status tab., n. 271985.

III

SUDANIENSIS

In Sudania Hierarchia Ecclesiastica constituitur.

PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Cum in Sudania catholicae res, etsi inter graves a sacris Pastoribus et clero et fidelibus ipsis fortiter toleratas ob christianum nomen aerumnas, auctae magnis sint incrementis, bene Nos fieri censuimus, si in eodem Africae territorio, Nobis dilectissimo, Hierarchia Ecclesiastica constitueretur : optima enim spe confisi sumus, fore ut vel ampliores in posterum colligi possint pastoralium laborum fructus. Enixis ideo precibus accedentes Venerabilis Fratris Ubaldi Calabresi, Archiepiscopi titulo Fundani et in Sudania Apostolici Pro-Nuntii, atque audita sententia Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione, apostolica potestate Nostra sequentia decernimus : Hierarchiam Ecclesiasticam in Sudania condimus, in duas Provincias Ecclesiasticas dispositam, quarum prior metropolitana sede Khartumensi constituetur, quae antea Vicariatus Apostolicus erat, atque dioecesi Elobeidensi tamquam suffraganea, item antea Vicariatu Apostolico. Alteram vero Provinciam constituent metropolitana Ecclesia Jubaensis atque suffraganeae dioeceses Rumbekensis, Vavensis, Malakalensis et Tomboraënsis, quae vel Vicariatus Apostolici vel Praefecturae hucusque fuerant. Harum Sedium, quae Sacrae Congregationi pro Gentium Evangelizatione obnoxiae esse pergent, hi qui sequuntur sacri Ordinarii erunt, hac ipsa die in sacro Consistorio, ad Aedes Vaticanas habito, sollemniter renuntiat. : archidioecesis Khartumensis, cuius sedes cathedralis in templo Sancto Matthaeo Apostolo dicato erit, Venerabilis Frater Augustinus Baroni, titulo Ecclesiae Baleciensis solutus; archidioecesis Jubaensis, cuius sedes cathedralis in templo Sanctae Teresiae a Iesu Infante erit, Venerabilis Frater Irenaeus Wien Dud, titulo Ecclesiae Barcusenae solutus. Ceterarum dioecesium hi erunt Episcopi : Malakalensis, Pius Yukwan Deng, cuius magisterii cathedra in templo Christi Regis sit; Tombaraënsis, Iosephus Gasi, cuius magisterii cathedra sit templum Mariae Auxiliatricis ; Vavensis, Gabriel Zubeir, cuius magisterii cathe-

dra templum sit B. M. V. Auxilii Christianorum; Rumbekensis, cuius sedes cathedralis sit templum Sacrae Familiae, idem Gabriel Zubeir, ut Administrator Apostolicus ad nutum Sanctae Sedis ; Elobeidensis, cuius cathedralis sedes sit templum B. M. V. Reginae Mgritiae, Paulinus Lukudu, tamquam Administrator Apostolicus « ad nutum Sanctae Sedis », sine tamen charactere episcopali. Apostolicas has Litteras ad effectum adducat Venerabilis Frater Ubaldus Calabresi, quem diximus, vel ab eo delegatus sacerdos, qui congrua effecti negotii documenta ad Sacram Congregationem pro Gentium Evangelizatione mittat, de more signata sigilloque impressa. Hanc vero Constitutionem Apostolicam sive nunc sive in posterum ratam esse volumus, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die xn mensis Decembris, anno Domini MCMLXXIV, Pontificatus Nostri duodecimo.

IOANNES Card. VILLOT
Secretarius Status

AGNELLUS Card. Rossi
S. Congr. pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide Praefectus

Iosephus Del Ton, ***Proton. Apost.***

Ioannes Coppa, ***Proton. Apost. s.n.***

Loco SB Plumbi

In Secret. Status tab., n. 276806.

IV

BUCARAMANGUENSIS

In Columbiana Republica nova Provincia ecclesiastica constituitur « Bucaramanguensis » nomine.

PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Qui Divino Consilio et voluntate in beatissimi Petri locum succèssimus christianae familiae patres atque pastores, ad principis Apostolorum exemplum et similitudinem operam, industriam, mentem denique omnem in bonum Ecclesiae conferimus : ubi enim par munus et oûicium, ibi idem studium quantum maxime potest, collocari oportere atque figi

nemo non videt. Quam ob rem, cum Venerabiles Fratres Episcopi Columbianae Rei publicae id ab hac Apostolica Sede postulaverint, ut nova in ea natione provincia Ecclesiastica conderetur, Nos re bene reputata, atque sententia audita Venerabilis Fratris Angeli Palmas, Archiepiscopi Sedis titulo Vibianensis, eiusdemque in Columbia Apostolici Nuntii, talia statuimus. Detractis ab Ecclesiis Neopampilonensi atque Tunquensi dioecesibus Bucaramanguensi, Barrancabermejensi, Suceur sensi atque S. Aegidii, novam Provinciam ecclesiasticam constituimus, ***Bucaramanguensem*** cognominandam, cuius Ecclesia princeps, seu metropolitana, erit eadem Sedes Bucaramanguensis, cum iuribus debitis honoribus iustis. Primum autem huius Ecclesiae Archiepiscopum Metropolitam nominamus Venerabilem Fratrem Hectorem Rueda Hernández, ad hunc diem Episcopum Bucaramanguensem, cui omnia bona a Deo optimo maximo paterne ominamur, certa spe fore ut qui semper munus episcopale cum dignitate tuitus est, etiam in posterum diligentissime agat. Quae vero iussimus Venerabilis Frater Angelus Palmas, cuius mentionem fecimus, ad exitum deducet, vel quem ipse legaverit. Re vero acta, documenta exarari curabit, atque sinceris exemplis ad Sacram Congregationem pro Episcopis cito mittet. Ceterum hae Litterae Nostrae ratae atque firmae habeantur, sive nunc sive in posterum, contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die quartodecimo mensis Decembris, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo quarto, Pontificatus Nostri decimo secundo.

IOANNES Card. VILLOT
Secretarius Status

SEBASTIANUS Card. B AGGIO
S. Congr. pro Episcopis Praefectus

© Iosephus Rossi, Ep. tit. Palmyrenus, ***Proton. Apost. Decanus***

Iosephus Del Ton, ***Proton. Apost.***

Loco £g Plumbi

In Secret. Status tab., n. 278807.

V

IBAGUENSIS

In Columbia nova provincia ecclesiastica conditur, « Ibaguensis » appellanda.

PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quamquam Ecclesiarum progressus et incrementum in sacrorum Praesulum diligentia, labore, virtute, prudentia potissimum sita sunt, neminem tamen fugit aptam singularum dioecesium dispositionem et ordinationem haud parum ad earum prosperitatem conferre. Nam si fines iusti, collectus populus, opportuna et commoda loca, dubium non est, quin sacri Pastores facilius ingentissima munera sua cum populi Dei commodo et beneficio tueantur. Quam ob rem, cum Episcopi Columbiani id huic Apostolicae Sedi proposuerint, ut, divisis Ecclesiis Bogotensi atque Ibaguensi, nova Provincia ecclesiastica conderetur, atque Sedes Ibaguensis ad dignitatem metropolitanae Ecclesiae eveheretur, Nos re bene reputata, quam libenter in eam sententiam discedimus. Placet ergo, post Venerabilem Fratrem Angelum Palmas, Archiepiscopum titulo Vibianensem et in Columbia Apostolicum Nuntium, rogatum, quid sentiret, negotium hoc ita expedire, ut detractis dioecesibus Ibaguensi et Espinalensi a Sede metropolitana Bogotensi, Garzonensi vero et Neivensi ab Ecclesia Popayanensi, nova ex his omnibus Provincia ecclesiastica constituatur ***Ibaguensis*** nomine, cuius Sedes princeps erit Ibaguensis, quam per has Litteras ad dignitatem Ecclesiae metropolitanae tollimus, factis nempe iuribus talium Ecclesiarum propriis. Praeterea Venerabilem Fratrem Iosephum Ioachimum Flores Hernández, Episcopum Ibaguensem, dignitate archiepiscopali insignimus atque gradu Metropolitae Ibaguensis, cum iuribus debitis, oneribus iustis. Ceterum, quae iussimus, Venerabilis Frater Angelus Palmas ad exitum deducet, vel quem ipse delegaverit, factis necessariis facultatibus. Ad hoc, documenta exarentur, quorum sincera exempla ad Sacram Congregationem pro Episcopis cito mittantur. Quae vero per has Apostolicas Litteras man-

davimus, rata erunt, suosque effectus promereant sive nunc sive in posterum.

Datum Romae, apud S. Petrum, die decimo quarto mensis Decembris, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo quarto, Pontificatus Nostri decimo secundo.

IOANNES Card. VILLOT
Secretarius Status

SEBASTIANUS Card. BAGGIO
S. Congr. pro Episcopis Praefectus

B Iosephus Rossi, Ep. tit. Palmyrenus, ***Proton. Apost. Decanus***

Iosephus Del Ton, ***Proton. Apost.***

Loco £8 Plumbi

in Secret. Status tab., n. 27S806.

VI

EOMBLONIENSIS

Quibusdam detractis territoriis ab Ecclesiis Capicensi et Calapanensi, nova dioecesis conditur, nomine « Rombloniensis ».

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Christi Ecclesia cum sit « columna et fundamentum veritatis » ***(1 Tim.*** 3, 14), qua universi per terrarum orbem homines collustrari debeant, omnibus modis curandum Nobis est, ut per novas etiam dioeceses conditas propius lux supernae veritatis cunctis praeferatur. Libenter igitur precibus accedendum esse putavimus Venerabilis Fratris Antonii Frondosa, Episcopi Capicensis, qui, audita Conferentia Episcopali Insularum Philippinarum, ut quibusdam Ecclesiae suae terris alia conderetur dioecesis petiit. De consilio ideo sive Venerabilis Fratris Carmeli Rocco, Archiepiscopi titulo Iustinianopolitani in Galatia et tunc temporis in Insulis Philippinis Apostolici Nuntii, sive Sacrae Congregationis pro Episcopis, sequentia decernimus. A dioecesi Capicensi territorium separamus civilis provinciae vulgo Romblon eoque novam dioecesim condimus, ***Bombloniensem*** appellandam, cui praeterea insulam vulgo Maestre de Campo perpetuo iungimus, a Vicariatu Apostolico Calapanensi separatam, ita ut novae Sedis fines iidem sint atque illi, quibus provincia,

quam diximus, limitabatur. Episcopi domicilium in urbe ((Romblon)) ponimus, eiusque magisterii cathedra in templo ibidem exstante, Deo dicato in honorem Sancti Ioseph, B. M. V. Sponsi, quod tamquam cathedrale habebitur, iustis cum iuribus. Episcopo autem, praeterquam quod iura damus, congrua etiam officia imponimus. Mensam episcopalem efficient Curiae bona, a fidelibus sponte oblatae pecuniae et cetera bona, quae constitutae dioecesi obvenient, ad normam Can. 1500 C. I. C. Eam praeterea dioecesim suffraganeam facimus metropolitanae Sedi Iarensi, eiusdem vero Episcopum iurisdictioni Metropolitae subdimus. Consultores dioecesani praeterea deligantur, usque dum Canonicorum collegium per alias sub plumbo Litteras condatur. Ad Seminarium quod attinet, eiusque alumnorum educationem, serventur praescripta iuris communis, normae Decreti Concilii Vaticani II « Optatam totius » et peculiares Sacrae Congregationis pro Institutione Catholica regulae. Dioecesis Rombloniensis cum rite fuerit constituta, sacerdotes eidem censeantur adscripti, in cuius territorio legitimum beneficium vel officium habeant; ceteri vero sacerdotes, clerici Seminariique tirones ei, in qua legitime degant. Omnia denique documenta ad novam dioecesim spectantia ab episcopali Curia Capicensi ad Rombloniensem transferantur, in tabulario religiose custodienda. Haec quae mandavimus ad effectum adducat Venerabilis Frater Bruno Torpigliani, Archiepiscopus titulo Mallianensis et in Insulis Philippinis Apostolicus Nuntius, vel ab eo delegatus sacerdos, qui sueta documenta exaret ad Sacramque Congregationem pro Episcopis mittat. Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die undevicesimo mensis Decembris, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo quarto, Pontificatus Nostri duodecimo.

IOANNES Card. VILLOT
Secretarius Status

SEBASTIANUS Card. BAGGIO
S. Congr. pro Episcopis Praefectus

£B Iosephus Rossi, Ep. tit. Palmyrenus, ***Proton. Apost. Decanus***

Iosephus Del Ton, ***Proton. Apost.***

Loco £8 **Plumbi**

In Secret. Status tab., n. 272965.

VII

PHANTHIËTENSIS

Quibusdam territoriis detractis a dioecesi Nhatrangensi nova conditur, nomine « Phanthiêtensis ».

P A U L U S E P I S C O P U S
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Arcano Dei consilio et voluntate Ecclesiae sanctae praepositi, quam adquisivit Christus sanguine suo ***(Act.*** 20, 28), industriam Nostram omnem, et diligentiam, et curam in eo sane ponimus, ut eius utilitatibus et •commodis inserviamus. Movent enim magnopere Nos et urgent non solum divini Redemptoris verba, Petro facta : « Pasce agnos meos ... pasce oves meas » ***(Io.*** 21, 15-17) sed etiam ipsius Magistri exemplum sanctorumque Apostolorum pro grege specimina virtutum, quorum in lumine, ut maxime possumus, ambulare contendimus. Quam ob rem, cum Venerabiles Fratres Nostri S. R. E. Cardinales Sacrae Congregationi pro Gentium Evangelizatione praepositi, audito Venerabili Fratre Henrico Lemaître, Archiepiscopo titulo Tungrensi, atque in Vietnamensi Re publica Apostolico Delegato, itemque Ordinariis quorum interesset, bene fieri censuerint, si detractis nonnullis territoriis a dioecesi Nhatrangensi, alia conderetur, Nos, re iusta consideratione reputata, haec decernimus atque iubemus. A dioecesi Nhatrangensi partem detrahimus ad meridiem vergentem, provincias complectentem Binh-Tuy et Binh-Thûan, quibus novam dioecesim constituimus, ab urbe territorii principe ***Phanthiêtensem*** appellandam, eandemque metropolitanae Sedi Saigonensi tamquam suffraganeae! subiciendam. Huius Ecclesiae caput urbs Phan-Thiêt erit, in eaque Episcopus commorabitur, cathedra in templo principe collocata in eadem civitate, cum iuribus debitis. Cetera, quae ad mensam episcopalem attinent, ad regimen atque administrationem, ad electionem, Sede vacante Vicarii Capitularis, alia huiusmodi, iure Canonico temperetur. Ad Canonicorum Collegium vero quod pertinet, si in praesentia condi non possit, eius loco Consultores dioecesani eligantur, Episcopum ope consilio iuvari. Ceterum, quae iussimus, Venerabilis Frater Henricus Lemaître ad exitum deduci faciet, vel quem ipse delegaverit,

factis necessariis facultatibus. Hae vero Litterae sive nunc sive in posterum vim habeant, contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die tricesimo mensis Ianuarii, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo quinto, Pontificatus Nostri duodecimo.

IOANNES Card. VILLOT
Secretarius Status

AGNELLUS Card. Rossi
S. Congr. pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide Praefectus

Iosephus Del Ton, ***Proton. Apost.***

Ioannes Coppa, ***Proton. Apost. s.n.***

Loco £g Plumbi

In Secret. Status tab., n. 275881.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Sacra aedes Nativitati B. M. **V. dicata in pago Siluva, in archidioecesi Kaunensi, in Lituania, ad gradum Basilicae Minoris evehitur.**

PAULUS PP. VI

Eclatez de joie, chères Soeurs de l'Assomption, et suivez avec une ardeur juvénile les traces de votre Mère ! Et vous toutes qui constituez le monde féminin, soyez fières et rendez grâces au Seigneur : la sainteté, cherchée dans tous les états de vie, est la promotion la plus originale et la plus retentissante à laquelle les femmes peuvent aspirer et accéder ! Quant à vous, Maîtresses foncièrement dévoués à l'Enseignement Catholique, renouvelez encore votre confiance dans les possibilités étonnantes des communautés éducatives authentiquement chrétiennes ! Et Nous nous tournons avec prédilection vers les jeunes si nombreux en cette assemblée : vous êtes en recherche du sens de votre vie, en recherche d'un alliance personnelle avec le Dieu de Jésus-Christ. Pourquoi ne pas prêter une oreille attentive au Seigneur qui appelle des ouvriers radicalement consacrés aux immenses besoins de l'Evangélisation?

Cette cérémonie sera-t-elle sans lendemain? Non ! Tous, nous retournerons à nos tâches exigeantes, en emportant la nostalgie à la fois très humble et très ardente de la sainteté! Nous aimerons davantage contempler les merveilles de la grâce divine dans la vie des saints, à la manière dont nos chers Fils de France peuvent admirer le flamboiement du soleil dans les célèbres vitraux de Bourges, de Chartres et de Paris ! Avec Notre Bénédiction Apostolique.

V

Ad Excellentissimum Virum Mohamed el Shafei Abdel Hamid, Reipublicae Arabicae Aegyptianae cum auctoritate Legatum, qui Summo Pontifici Litteras commissi muneris fidem facientes tradidit. *

Monsieur V Ambassadeur,

Nous remercions Votre Excellence des paroles confiantes qu'Elle vient de Nous exprimer, en Nous remettant ses Lettres de créance. Nous ne doutons pas en effet que votre mission d'Ambassadeur ne contribue activement à resserrer les liens entre le Saint-Siège et votre pays, et Nous vous souhaitons de tout cœur la bienvenue. Notre pensée se tourne vers le Président Mohamed An war El Sadat, auquel vous voudrez bien exprimer nos vœux déférents.

En vous accueillant ici, Monsieur l'Ambassadeur, c'est aussi tout le peuple de la République Arabe d'Egypte que Nous regardons avec sympathie et dont Nous écoutons les aspirations à une paix juste et durable. Nous avons souffert, Nous souffrons des difficultés qui se sont accumulées dans le Moyen-Orient depuis tant d'années, avec leur cortège de peines et de violences. Peut-être la voie est-elle ouverte aujourd'hui à un dépassement raisonnable des conflits? Avec vous, Nous guettons sans cesse l'aurore de la paix, qui apporterait à ces régions le bonheur et la prospérité.

Nous souhaitons aussi au peuple égyptien d'épanouir les valeurs culturelles et spirituelles qui font la gloire de sa très longue histoire. Votre Excellence sait à quel point nos Fils catholiques sont prêts à poursuivre leur collaboration en ce domaine, avec les moyens dont ils disposent, heureux d'apporter leur contribution spécifique au bien de tout le pays.

Et de même que la Saint-Siège souhaite que l'Egypte puisse résoudre heureusement ses problèmes, de même il demeure soucieux de voir s'instaurer entre toutes les nations un climat de détente, de dialogue et, disons-le, de coopération, dans la recherche du vrai progrès de l'humanité, qui a tant de questions capitales à régler pour son développement. Tant que la paix demeurera précaire dans ce bassin méditerranéen qui a été depuis si longtemps un creuset de civilisation et de vita-

*** Die 13 mensis februarii a. 1975.**

lité religieuse, elle demeurera précaire pour le monde entier. Mais si elle parvient à s'établir, ce sera une change pour tous. Qui ne le désirerait? Pour notre part, Nous ne négligerons aucun effort pour y contribuer.

Nous prions le Dieu Tout-Puissant d'exaucer notre prière et nos vœux, et de répandre sur votre pays et ses dirigeants ses fécondes bénédictions.

VI

Ad universos clericos, religiosos, laicos homines opus in Curia Romana facientes qui in Basilica Petriana congressi sunt ut Iubilaeum Sacrum coniuncte et familiariter celebrarent. *

Fratelli! e Membri e Collaboratori della Curia Romana!

Ciascuno lo vede, ciascuno lo sente : questo è un momento singolare, un momento bello. È ben raro che noi ci troviamo così riuniti, anche se sempre siamo uniti per un comune servizio. Oggi in una comune preghiera, in un comune atto penitenziale, in unica celebrazione eucaristica. Merita questo momento d'essere fissato nella memoria di ciascuno di noi. Merita che noi tutti gli riconosciamo il suo pieno significato, anche se questo oltrepassa la capacità espressiva della nostra parola.

Pensiamo al luogo. Qui ora tutto ci parla, ed oggi con una voce che, anche se a noi ben nota, non può lasciarci indifferenti, o solo attenti alla maestà dell'incomparabile edificio. Qui è la tomba dell'apostolo Pietro, colui che il Signore volle fondamento e centro della sua Chiesa. Qui la successione del ministero universale e pastorale di lui attrae e fissa il nostro pensiero per la sua realtà storica, qualunque sia la fisionomia umana in cui essa si rispecchia ; umile e misera, oggi, essa è vivente. Qui l'unità della fede e della comunione ecclesiale hanno un loro privilegiato domicilio sensibile, e sembrano in esso riposare ed esprimersi nello spazio architettonico aperto alla moltitudine dei fedeli, invitandoli ad una corale professione d'unanimità e di fratellanza. Qui finalmente la mole e la bellezza del monumentale trofeo, edificato sul sepolcro del primo Vescovo e Martire di questa Chiesa romana, sembrano innalzarsi perennemente in uno sforzo temerario di sfida ai secoli,

*** Die 22 mensis februarii a. 1975.**

mentre, a ben comprendere, altro non vogliono che lanciare nella storia un ponte dall'avvento primo di Cristo sulla terra verso l'altro suo avvento alla fine del mondo.

Ma noi, anche in questo quadro sacro e stupendo, in cui si respira il mistero del tempo, restiamo ora raccolti sopra noi stessile interroghiamo le nostre coscienze : chi siamo noi? e perché siamo qui?

Noi siamo la Curia Romana, l'organo centrale e complesso dei dicasteri, dei tribunali e degli uffici, che coadiuvano il pastorale governo generale della Chiesa cattolica; e tanto basta per generare in noi tutti non già un senso di superiorità e di orgoglio nei confronti del Collegio Episcopale e della grande famiglia del Popolo di Dio, al quale noi pure apparteniamo, quanto piuttosto la coscienza d'una assai grave e delicata funzione, che comporta responsabilità e fatiche tanto maggiori quanto più prossima è la sua derivazione dalle esigenze costituzionali del ministero apostolico, e quanto più fraterno e rivolto al bene totale della Chiesa ne vuole essere il suo provvido esercizio. Questo siamo. Ma la definizione di Curia Romana, in virtù della nostra personale ed associata presenza, assurge ora a quella di Sede Apostolica,[1] e conferisce a questa cerimonia giubilare un carattere di particolare importanza.

Ora questa nostra coscienza, che vogliamo chiarissima non soltanto nella sua definizione canonica, ma anche nel suo contenuto morale e spirituale, impone a ciascuno di noi un atto penitenziale conforme alla disciplina propria del giubileo, atto che possiamo chiamare di autocritica per verificare, nel segreto dei nostri cuori, se il nostro comportamento corrisponde all'ufficio che ci è affidato. Ci stimola a questo interiore confronto innanzi tutto la coerenza della nostra vita ecclesiale, e poi l'analisi, che tanto la Chiesa, quanto la società fanno sul nostro conto, con esigenza spesso non obiettiva e tanto più severa quanto più rappresentativa è questa nostra posizione, dalla quale dovrebbe sempre irradiare un'esemplarità ideale. Da chi porta il nome cristiano oggi più che mai molto si pretende, e tanto più se a tal nome si aggiunge l'appartenenza ad un ambiente di Chiesa, qual è la Sede Apostolica ; e quanto ancora maggiore è l'esigenza dell'occhio altrui di riscontrare armonia, specialmente a Roma, fra il carattere sacerdotale o episcopale, di cui noi fossimo insigniti, e lo stile, sotto ogni aspetto, della nostra vita, la fedeltà ai nostri doveri religiosi, lo zelo del nostro mini-

[1] Cfr. can. 7 e 242.

stero. Non è meraviglia : fu dapprima così, — e in quale, misura ! —, per nostro Signore, che fin dagli albori della sua infanzia fu definito dalla profezia di Simeone a segno di contraddizione » ;[2] e quanto ciò si spiega per noi, che uomini quali siamo, eredi, sì, d'una lunga e gloriosa storia, ma in molti punti censurabile, e per di più imperfetti e peccatori noi stessi, non possiamo certo crederci invulnerabili alle contestazioni e alle polemiche della cronaca e della storia.

Due sentimenti spirituali perciò daranno senso e valore alla nostra celebrazione giubilare : un sentimento di sincera umiltà, che vuol dire verità su noi stessi, dichiarandoci per primi bisognosi della misericordia di Dio e di quell'indulgenza, che la Chiesa, facendoci credito sui meriti di Cristo Salvatore e Mediatore, e colmando i nostri debiti col tesoro della comunione dei Santi, concede in questo provvidenziale Giubileo. Umiltà, che tanto più deve riempire la nostra umana coscienza, e quella che le si associa della Curia romana, quanto più grandi, gelose e divine sono le potestà, che il Datore delle chiavi pone nelle nostre mani, umili e tremanti, di pastori, di ministri, di servi del suo Regno. Umiltà, che, mentre ci fa obbligo d'implorare perdono per noi stessi, ci fa solleciti a concederlo a quanti degnamente ne accolgano il dono felice; e umiltà, che, mentre ispira il dialogo con i nostri Fratelli tuttora da noi separati, sorregge la nostra speranza d'una piena comunione nell'unico ovile di Cristo.

E l'altro sentimento? oh ! Fratelli, il sentimento adeguato ad una circostanza come questa non può essere che la sommità della nostra vita spirituale, non può essere che l'esultanza interiore per una celebrazione straordinaria, come questa lo è, dell'amore-carità di Dio verso di noi ! Nessuno dica che questa è pietà consueta, è verità antica, sempre ripetuta e quindi punto originale, fino ad acquistare semplice sapore devozionale che ne diluisce la capacità di suscitare meraviglia ed entusiasmi, come oggi noi vorremmo sperimentare vigorosamente. No : l'amore-carità, la dilezione di Dio verso di noi è il punto focale della rivelazione, cioè del sistema ontologico e teologico della nostra religione ; esso è il cuore della nostra fede : ***credidimus caritati,*** noi abbiamo conosciuto e creduto all'amore-carità che Dio ha per noi ;[3] e questa è sempre una scoperta originale per il nostro pensiero in cerca del vertice della verità : Dio ci ha amato ! è qui la sorgente inesau-

[2] ***Le. 2,*** 34.
[3] ***1 Io.*** 4, 16.

ribile della nostra emotività spirituale, ed è qui l'esigenza più impegnativa della nostra risposta alla vocazione cristiana; è di qui che nasce l'impulso più forte e più diretto al compimento del sommo mandato evangelico dell'amore : amore al Dio che ci ha amati fino a darci come vittima e salvatore, come maestro e come fratello il Figlio suo,[4] e amore nostro, scintilla al confronto del sole e dal sole accesa e river berata, amore nostro, diciamo a Dio e di riflesso al prossimo, dichiarato degno d'essere amato come Cristo lo amò.[5]

La nostra religione, il nostro rapporto con Dio è questo, l'amore ; un amore in cui Dio ha preso per primo l'iniziativa ; ***prior dilexit nos.***[6]

Noi dobbiamo ritrovare noi stessi nell'espressione di questi sentimenti fondamentali, oggi, mentre quanti hanno avuto la fortuna di partecipare al ritiro quaresimale di questi giorni ne concludono qui, con i componenti della Curia Romana, l'intensità spirituale compiendo tutti insieme la cerimonia prescritta per la celebrazione del Giubileo.

Sì, noi diciamo a Gesù Cristo, nostro Signore, noi abbiamo voluto accedere a questa tomba apostolica varcando le soglie aperte della Porta Santa, simbolo di una misericordia di cui intimamente sentiamo bisogno. Successori ed eredi del Pescatore di Galilea, vorremmo ripetere le sue spontanee e impetuose parole davanti al prodigio della pesca miracolosa, segno profetico della fecondità della missione apostolica ed ecclesiale : « Allontanati da me, Signore, perché sono uomo peccatore ! ».[7] Noi sentiamo fino alla confusione la sproporzione fra la nostra vocazione e la missione nostra, entrambe immeritate, sublimi, tremende, ineffabili, divine, e l'esiguità della nostra persona, sia singola, che collettiva. Anzi, dobbiamo forse dire, con il Centurione del Vangelo, l'indegnità: Signore, io non sono degno!...,[8] sentendo l'imputazione oggi tanto diffusa e talvolta perfino aggressiva, dei motivi dell'avversione antipapale ed antiromana. Signore, noi qui non vogliamo né giustificarci né difenderci; solo ne faremo argomento di riflessione; e conforteremo i fratelli fedeli e noi stessi con le parole ancora dell'Apostolo Pietro : ((Signore, a chi andremo noi? Tu solo hai parole di vita eterna !» ;[9] e invocheremo sopra di noi la ricchezza della tua inesauri-

[4] ***Io.*** **3, 16.**

[5] ***Io.*** **13, 34; 15, 12.**

[6] ***1 Io.*** **4, 10, 19;** ***Rom.*** **5, 10.**

[7] **Lo. 5, 8.**

[8] ***Mt.*** **8, 8.**

[9] ***Io.*** **6, 69.**

bile misericordia con l'affermazione che Tu stesso, o Cristo, ci infondi nel fragile cuore, ma ora reso pietra indefettibile : « Signore, Tu sai ogni cosa ; Tu sai che io Ti amo ! ».[10] E una sola ambizione noi avremo, quella di meritare alle nostre persone, al nostro ufficio apostolico, a questa Chiesa Romana, il titolo, l'elogio stupendo del celebre martire Ignazio Teoforo d'Antiochia, d'essere cioè ***digna Deo digna decentia, digna beatitudine, digna laude, digne ordinata, digne casta et praesidens in caritate, prokatheméne tés ágapes,*** presidente della carità.[11] Questo, o Signore.

VII

E.mis Patribus et Exc.mis Praesulibus e Consilio Secretariae generalis Synodi Episcoporum, qui conventui Romae habito interfuerunt. *

Libentissimo sane animo salutamus vos, Venerabiles Fratres, qui electi a postremo coetu Synodi Episcoporum ut efficeretis novum Consilium Secretariae Generalis eiusdem Synodi, primum hisce diebus convenistis, ut negotia ad Synodum pertinentia simul tractaretis.

Dum adhuc grata fruimur recordatione recentiorum Synodalium sessionum, conspectus vester qui post paucos menses Nobis hodie iterum praebetur, non solum in mentem revocat admirandum spectaculum ecclesialis caritatis atque communionis, quod eo tempore experti sumus, verum etiam testimonium alacris operae et pastoralis sapientiae, quod vos et ceteri Synodi Patres Nobiscum fraterna consuetudine coniuncti exhibuistis. Admodum igitur gaudemus et gratias agimus maximas de praesentia vestra, quae novi vestri Consilii laudandam navitatem etiam palam testatur. Probe, enim novimus vobis haud levia incommoda suscipienda fuisse, ut cotidiana munera intermitteretis et adiutricem praestaretis operam Secretario Generali Synodi, sicut postulat officium vobis demandatum.

Peculiari modo vobis curae fuit elapsis diebus, ut diligenter expenderetur et apta ratione ordinaretur amplissima materiae moles, quam tertius coetus generalis Synodi Episcoporum Nobis suppeditavit, quaeque in argumento de evangelizatione versatur, latissimo sane atque implicato, sed maximi momenti ad vitam Ecclesiae : in hoc enim opere

[10] *Io.* **21, 17.**

[11] **Pref. della lettera ai Romani.**

*** Die 8 mensis martii a. 1975.**

munus Ecclesiae proprium definitur atque continetur. Ad rem quod attinet, vos certiores facere cupimus Nos magni aestimare fructus laborum vestrorum. Ex his, enim, melius perspicere poterimus, quae Fratres Nostri in Episcopatu pro bono totius Ecclesiae suaserunt, ut opus evangelizationis in mundo huius temporis novam impulsionem reciperet.

Praeterea in id etiam studia vestra hisce diebus contulistis, ut viae ac rationes excuterentur, quibus methodus in Synodo servanda expeditior et efficacior evadere posset. Hac super re Nobis sane erit cognoscere quae a vobis, pro vestra prudentia atque rerum usu, proponantur atque consulantur. Interea persuasum vobis sit, Nos consilia, animadversiones et suasiones vestras accurate ponderaturos esse ac nihil missum facturos, ut huiusmodi ecclesiale institutum, hoc est Synodus Episcoporum, futuro tempore effectus consequatur, ut confidimus, etiam salubriores ; qua in re rationem habebimus sive novarum necessitatum, sive, ut par est, normarum quibus Synodus constituta est per Nostras Litteras motu proprio datas, a verbis incipientes « Apostolica Sollicitudo)).*

Hac mente ducti, flagrantia vota facimus, Venerabiles Fratres, ut munus vobis concreditum cum peritia, navitate, evangelico spiritu obire valeatis. Semper vos erigit conscientia magnae utilitatis, quam vestris laboribus sanctissimae fidei causae offertis. Ac dum Patrem luminum, a quo omne donum perfectum descendit,[2] impense deprecamur, ut vobis propitius adsit, vos dirigat et munerum suorum copia impleat, Apostolicam Benedictionem omnibus peramanter impertimus.

VIII

Membris Consilii a studiis pro Pace. *

Chers Frères et chers Fils du Comité d'Etudes pour la Paix,

Nous sommes heureux de dialoguer avec vous tous, durant quelques instants, à l'occasion de la cinquième réunion de votre Comité, pour vous dire le prix que Nous attachons à votre travail, à votre service. Car il s'agit d'un service très apprécié, particulièrement par le Saint-Siège,

[1] ***A.A.S.*** **57 (1965) pp. 775-780.**

[2] **Cfr. *lac. 1,* 17.**

*** Die 22 mensis martii a. 1975.**

auquel vous apportez, à l'intérieur de la Commission Justice et Paix, vos informations, vos réflexions et votre concours actif pour l'application de ses directives. Nous suivons également avec plaisir le service que vous voulez contribuer à rendre à l'humanité elle-même, dont vous scrutez avec attention les misères et les espoirs sur le difficile chemin de la vie fraternelle.

Le service de la paix est bien la tâche spécifique, la raison d'être de votre Comité, qui s'inscrit dans la mission d'ensemble et dans la structure de la Commission Pontificale ((Iustitia et Pax », dont il est un organe interne et technique de consultation pour ce qui touche à la paix et à la Communauté internationale.

Vous savez combien Nous tient à cœur la cause de la paix, avec quelle sollicitude Nous accueillons tout ce qui peut la favoriser, avec quelle douleur Nous observons les multiples conflits qui se déroulent actuellement dans le monde. H y a tout d'abord le drame angoissant que vivent ces jours-ci les populations du Viêt-nam, où la lutte s'est rallumée avec intensité au mépris des accords conclus; il y a la situation au Cambodge, qui n'est pas moins dramatique ; il y a aussi la lutte armée qui sévit en Ethiopie, et les tensions qui maintiennent les populations de Chypre dans la division ; sans parler du climat d'anxiété qui pèse encore sur l'état de trêve au Moyen-Orient. Et comment ne pas évoquer les craintes suscitées par la situation qui se développe au Portugal? De plus, au moment où la communauté internationale et chaque peuple auraient besoin de renforcer le sentiment de leur unité au service de la paix, Nous voyons naître et se développer des tensions dangereuses en différents pays tandis que la production et le commerce des armements continuent à croître, à alimenter les conflits et à multiplier les risques de guerre.

Pour lutter contre l'idéologie qui inspire ces antagonismes au mépris de la justice et des légitimes aspirations de ceux qui en sont victimes, le service de la paix exige un renouvellement des mentalités et un processus permanent de réconciliation. Cet impératif moral et spirituel, qui caractérise la vie de l'Eglise, spécialement durant cette Année Sainte, appelle à son tour une œuvre immense d'éveil et d'éducation, pour que le peuple de Dieu donne sa contribution positive et spécifique à l'édification d'un monde plus juste et pacifique.

Dans cette animation, Nous voudrions souligner le concours que votre Comité a apporté à l'approfondissement et à la préparation concrète des thèmes de la Journée Mondiale de la Paix, dont Nous avons voulu

faire un ((temps fort » privilégié dans la pédagogie continue et dans le programme d'ensemble d'une Pastorale de la Paix.

Il s'agit là d'une œuvre délicate, qui exige à la fois audace et humilité. D'une part, il faut témoigner hardiment de l'Evangile d'amour, de justice, de paix, de réconciliation, à la façon de Jésus et des prophètes, rejoignant ainsi le meilleur des aspirations humaines et préparant la cité de demain; mais il faut en même temps que ce message rejoigne aujourd'hui ce monde concret, dans toute la complexité des droits en cause et des tensions réelles, sans se substituer à la responsabilité de ceux qui, légitimement, doivent peser sur le terrain tous les éléments de la situation et les conséquences de leurs décisions techniques. Nous retrouvons là, pour les chrétiens et pour vous spécialement, comme pour Nous-même, le rôle de serviteurs, qui, avec la lumière et le levain de l'Evangile, contribuent à éclairer et à soulever la marche des hommes sur les sentiers de la paix.

En vous renouvelant nos encouragements pour se service, Nous prions le Seigneur de faire fructifier votre méritant labeur, avec notre Bénédiction Apostolique.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO PRO DOCTRINA FIDEI

DECLARATIO

de duobus operibus Professoris Ioannis Küng

Sacra Congregatio pro Doctrina Fidei, munus suum doctrinam fidei et morum in universa Ecclesia promovendi ac tutandi adimplens, examini subiecit duo opera Professoris Ioannis Küng, ***Die Kirche*** et ***Unfehlbar? Eine Anfrage,*** quae in pluribus linguis publici iuris facta sunt. Duabus distinctis litteris diebus 6 maii 1971 et 12 iulii 1971 datis, Congregatio Auctori notas fecit difficultates quas in opinionibus eius invenit ipsumque rogavit ut scripto ostenderet quomodo hae opiniones doctrinae catholicae non contradicant. Litteris die 4 iulii 1973 datis Congregatio Professori Küng ulteriorem obtulit possibilitatem mentem suam explicandi mediante colloquio. Litteris suis diei 4 septembris 1974 Prof. Küng tandem hanc possibilitatem praetermisit. Responsis autem suis non probavit opiniones quasdam de Ecclesia doctrinae catholicae non contradicere sed eas, etiam postquam Declaratio « Mysterium Ecclesiae » apparuerat, retinere pergebat.

Quapropter, ne dubium remaneat de doctrina quam Ecclesia Catholica tenet neve fides christifidelium quocumque modo obnubiletur, haec Sacra Congregatio doctrinam Magisterii Ecclesiae in Declaratione <(Mysterium Ecclesiae)) explicatam in mentem revocans, declarat :

In supradictis duobus operibus Prof. Ioannis Küng continentur nonnullae opiniones quae, diverso gradu, doctrinae Ecclesiae Catholicae, ab omnibus fidelibus tenendae, opponuntur. Sequentia solummodo, utpote maioris momenti, notantur abstrahendo nunc a iudicio de quibusdam aliis opinionibus quas Prof. Küng defendit.

Opinio quae ipsum dogma fidei de infallibilitate in Ecclesia saltem in dubium ponit vel reducit ad quandam fundamentalem Ecclesiae indefectibilitatem in veritate, cum possibilitate errandi in sententiis quas Ecclesiae Magisterium definitive tenendas docet, contradicit doctrinae a Concilio Vaticano I definitae et a Concilio Vaticano II confirmatae.

Alius error qui doctrinam Prof. Küng graviter afficit, respicit eius opinionem de Magisterio Ecclesiae. Etenim ipse non adhibet genuinum conceptum Magisterii authentici secundum quem Episcopi in Ecclesia

sunt « doctores authentici seu auctoritate Christi praediti, qui populo sibi commisso fidem credendam et moribus applicandam praedicant»; [1] nam « munus authentice interpretandi verbum Dei scriptum vel traditum ***soli*** vivo Ecclesiae Magisterio concreditum est ». [2]

Opinio item quae a Prof. Küng iam in libro « Die Kirche » suggeritur et secundum quam Eucharistia saltem in casibus necessitatis valide confici potest a baptizatis ordine sacerdotii carentibus componi nequit cum doctrina Conciliorum Lateranensis IV et Vaticani II.

Attamen, non obstante gravitate harum opinionum, cum ipse litteris die 4 sept. 1974 datis minime excludat se posse post congruum profundioris studii tempus opiniones proprias in harmoniam cum doctrina Magisterii authentici Ecclesiae adducere, haec Sacra Congregatio, de mandato Summi Pontificis Pauli VI, pro nunc Professorem Ioannem Küng monet ne tales opiniones docere pergat eique in memoriam revocat auctoritatem ecclesiasticam ipsi concredidisse licentiam docendi s. theologiam in spiritu doctrinae Ecclesiae non autem opiniones quae hanc doctrinam evertunt vel in dubium vocant.

Episcopi autem in Germania et in aliis locis ubi peculiaris necessitas id requirat, praesertim ubi supra dictae opiniones in facultatibus theologicis, in seminariis aliisque catholicae vel sacerdotalis institutionis domibus sustinentur, rogantur ut fideles de doctrina Ecclesiae, de Declaratione ((Mysterium Ecclesiae » necnon de praesenti hac declaratione apto modo edocendos curent.

Sacerdotes, evangelii praecones, catholicae doctrinae magistri et catechistae ex munere suo tenentur Ecclesiae doctrinam de hisce quaestionibus fideliter profiteri et aliis exponere.

Theologi in fine iterum rogantur ut mysterium Ecclesiae ceteraque fidei mysteria in oboeditione fidei et ad veram Ecclesiae aedificationem perscrutentur et illustrent.

Hanc declarationem, qua actio Sacrae Congregationis pro Doctrina Fidei in hac re pro nunc absolvitur, Paulus Pp. VI, in audientia infrascripto Praefecto eiusdem Congregationis die 14 mensis februarii 1975 concessa, adprobavit et publici iuris fieri iussit.

Datum Romae, ex aedibus S. Congr. pro Doctrina Fidei, die 15 mensis februarii a. D. MCMLXXV.

FRANCISCUS Card. SEPER, ***Praefectus***

L. **œ S.**

S Fr. Hieronymus Hamer, Archiep. tit Lorensis, ***a Secretis***

[1] **Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 25.**

[2] **Const. dogm. de Divina Revelatione *Dei Verbum,* n. 10.**

SACRA CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

i

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Paulus Divina Providentia Pp. VI, successivis decretis Sacrae Congregationis pro Episcopis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

die 29 Ianuarii 1975. — Titulari episcopali Ecclesiae Araditanae R. D. Bernardum F. Pappin, Vicarium Generalem Sanctae Mariae Ormensis, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Alexandri Carter, Episcopi Sanctae Mariae Ormensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Garbensi R. D. Gerardum Dionne, curionem ad B. M. V. Septem Dolorum in dioecesi Edmundstonensi, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Alexandri Carter, Episcopi Sanctae Mariae Ormensis.

die IS Februarii. — Metropolitanae Ecclesiae Seattlensi Exc. P. D. Raimundum G. Hunthausen, hactenus Episcopum Helenensem.

—- Titulari episcopali Ecclesiae Thiavensi R. D. Dermot Patricium 0'Mahony, presbyterum archidioecesis Dublinensis, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Dermot I. Ryan, Archiepiscopi Dublinensis.

die 15 Februarii. — Cathedrali Ecclesiae Sancti Iacobi Veraguënsis R. D. Iosephum Dimas Cedeño Delgado, e clero archidioecesis Panamensis, sub-secretarium Conferentiae Episcopalis Panamensis.

die 2/i Februarii. — Titulari episcopali Ecclesiae Turrensi R. D. Alfredum Disandro, rectorem seminarii maioris cordubensis, quem deputavit Auxiliarem E.mi P. D. Radulfi Francisci S. R. E. Cardinalis Primatesta, Archiepiscopi Cordubensis.

II

TLAXCALENSIS

DECRETUM

De Ecclesiae Cathedralis translatione

Maiori Christifidelium spirituali bono apprime studens, Exc.mus P. D. Aloisius Munive Escobar, Episcopus Tlaxcalensis, vota quoque cleri sodaliumque Ordinis Fratrum Minorum exprimens, ab Apostolica Sede enixe rogavit ut Cathedralis Ecclesiae cum adnexis praerogativis titulus, quo modo paroeciale templum, necessitatibus iam impar, Deo in honorem S. Iosephi Sponsi B. M. V. dicatum in urbe Tlaxcala exstans gaudet, perinsigni templo Deo in honorem B. M. Virginis in caelum Assumptae, a populis nuncupato « Iglesia Franciscana », dicato, in eadem urbe sito, transferatur atque attribuatur.

Sacra Congregatio pro Episcopis, praehabito favorabili voto Exc.mi P. D. Marii Pii Gaspari, Archiepiscopi titularis Numidensis, in Mexicana Republica Delegati Apostolici, rata petitam translationem aeternae animarum saluti cessuram, vigore specialium facultatum sibi a Summo Pontifice Paulo, Divina Providentia Pp. VI tributarum, oblatis precibus annuendum censuit.

Quapropter, suppleto, quatenus opus sit, interesse habentium vel habere praesumentium consensu, praesenti Decreto, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent, titulum Cathedralis Ecclesiae Tlaxcalensis transfert a memorato templo S. Iosephi Sponsi B. M. V. ad templum, vulgo Iglesia Franciscana, B. M. Virginis in caelum Assumptae cum omnibus honoribus, iuribus et privilegiis quibus ceterae Ecclesiae Cathedrales potiuntur.

Ad haec perficienda Sacra Congregatio pro Episcopis praefatum Ecx.mum P. D. Marium Pium Gaspari deputat, necessarias et opportunas eidem tribuens facultates, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad eandem Sacram Congregationem, cum primum fas erit, authenticum exemplar actus peractae exsecutionis remittendi.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Episcopis, die 5 mensis martii anno 1975.

SEBASTIANUS Card. BAGGIO, ***Praefectus***

L. © S.

® Ernestus Civardi, Archiep. tit. Serdicen., ***a Secretis***

SACRA CONGREGATIO PRO GENTIUM EVANGELIZATIONE SEU DE PROPAGANDA FIDE

i

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Paulus Divina Providentia Pp. VI, successivis decretis Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

die 29 Iunii 197Jf. — Titulari, pro hac vice, Archiepiscopali Ecclesiae Minorensi praefecit R. P. D. Nicolaum Rotunno, Antistitem Urbanum, quem nominavit Nuntium Apostolicum in Rebuspublicis Burundensi et Ruandensi.

die 18 Novembris. — Cathedrali Ecclesiae Tamalensi Exc. P. D. Petrum Poreku Dery, hactenus Episcopum Vaènsem.

— Cathedrali Ecclesiae Basakusuensi R. P. Ignatium Kwa Nzambi Matondo, e Congregatione Immaculati Cordis Mariae, curionem Sancti Alfonsi paroeciae in urbe Kinshasana.

— Cathedrali Ecclesiae Livingstonensi R. P. D. Hadrianum Munghandu, sacerdotem e clero Lusakensi, olim eiusdem archidioecesis Vicarium Generalem.

— Cathedrali Ecclesiae Vaënsi R. D. Gregorium Eebolawola Kpiebaya, Instituti Pastoralis ac Socialis dioecesani moderatorem.

die *14* ***Decembris.*** — Cathedrali Ecclesiae Hvaliensi Exc. P. D. Matthaeum Kia Yen-Wen, hactenus Episcopum Kiayensem.

die 19 Decembris. — Cathedrali Ecclesiae Munduensi Iosephum Mariam Regis Belzile, Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum sodalem, Cathechistarum institutionis directorem.

— Cathedrali Ecclesiae Sancti Ludovici Senegalensis R. P. Petrum Sagna, Congregationis S. Spiritus socium, Seminarii minoris Baniulensis dioecesis rectorem.

die 30 Ianuarii 1915. — Cathedrali Ecclesiae Bogorensi R. P. D. Ignatium Harsono, eiusdem dioeceseos Vicarium Generalem.

— Cathedrali Ecclesiae Dalatensi R. P. Bartholomaeum Nguyên Son

Lâm, presbyterum a S. Sulpitio Societatis, maioris Seminarii archidioecesis Huéensis rectorem.

— Cathedrali Ecclesiae Phanthietensi, noviter erectae, R. D. Paulum Nguyên Van Hòa, e clero Banmethuotensis dioecesis.

— Cathedrali Ecclesiae Shinyangaënsi R. D. Castorem Sekwa, sacerdotem nativum, rectorem Seminarii maioris regionalis de Kipalapala.

II

NOMINATIONES

Decretis ut infra datis, Sacra Congregatio pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide ad suum beneplacitum renunciavit :

die 12 Decembris 197/f. — Exc. P. D. Gabrielem Zubeir, Episcopum Vavensem, ***Administratorem Apostolicum dioecesis Rumbekensis.***

— R. P. Paulinum Lukudu, e Congregatione Filiorum S. Cordis Iesu, ***Administratorem Apostolicum Elobeidensis dioeceseos.***

die 80 Ianuarii 1975. — Exc. P. D. Petrum Chung Wan Ting, Episcopum titularem Acellensem, hucusque Vicarium Apostolicum Kotakinabaluensem, ***Vicariatus Kuchingensis Vicarium Apostolicum.***

die 6 Februarii. — Exc. P. D. Aloisium Barbarito, Archiepiscopum titularem Florentinum, Pro Nuntium Apostolicum in Senegal, Niger, et in Volta Superiore, ***Delegatum Apostolicum in Mali, Mauretania et Guinea-B issagensi.***

die 11 Februarii. — R. P. Christianum Ioannem van Weegberg, Missionarium a S. Familia Congregationis, ***Administratorem Apostolicum « sede vacante et ad nutum Sanctae Sedis » dioecesis Samarindacnsis.***

III

GUINEAE LUSITANAE

(GUINEAE BISSAGENSIS)

DECRETUM

De nominis mutatione

Per Decretum Sacrae Congregationis pro Negotiis Ecclesiasticis Extraordinariis, die 31 mensis Aprilis anno Domini 1955 datum ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent, Summus Pontifex Pius Pp. XII felicis recordationis — ad tutius aptiusque Ecclesiae Sanctae

bono consulendum — Praefectura Apostolica Guineae Lusitanae erigere dignavit.

Nunc autem, ob mutatas ibi condiciones, Sacro Consilio Christiano Nomini Propagando — cuius iurisdictioni deinceps ipsa circumscriptio missionaria obnoxia est — opportunum visum est ut illius Praefecturae Apostolicae denominatio canonica ita permutaretur ut Guineae-Bissagensis, vulgo autem Guinea-Bissau vocaretur, iuxta nomen civitatis ubi Ordinarius loci residet.

Itaque, Sacrum hoc Dicasterium, re mature perpensa, vigore facultatum sibi a Sanctissimo Domino Nostro Paulo Divina Providentia Pp. VI concessarum, praesenti Decreto, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae fuerint, dictam nominis mutationem ratam habuit et publici iuris fieri iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, die prima mensis Ianuarii anno Domini 1975.

© D. S. LOURDUSAMY, ***a Secretis***

L. © S.

T. Scalzotto, ***off. m.***

SACRA CONGREGATIO PRO CAUSIS SANCTORUM

I

MASSILIEN.

Beatificationis et canonizationis Ven. Servi Dei Caroli Iosephi Eugenii de Mazenod, Episcopi Massiliensis, fundatoris Congregationis Missionariorum Oblatorum B. M. V. Immaculatae.

SUPER DUBIO

An et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum de quo agitur.

Hoc in Ecclesiae more positum est, ut ad Beatorum Caelitum honores decernendos iis Servis Dei, qui christianas virtutes heroum in modum exercuerint, hominum testimonio suffragium quoque ipsius Dei

accedere debeat per miracula quidem, intercedentibus iisdem Dei famulis, manifestum.

Iamvero, Servum Dei Carolum Iosephum Eugenium de Mazenod, Episcopum Massiliensem atque fundatorem Congregationis Missionariorum Oblatorum B. M. Virginis Immaculatae, ad virtutum pervenisse fastigium Summus Pontifex Paulus VI die 19 mensis Novembris anno 1970 proclamavit. Divina quoque nunc superadditur voluntas, quae per miracula, actionem Ecclesiae Venerabilem hunc Servum Dei honoribus Beatorum Caelitum honestare cupientis, confirmat.

Duae, quae precibus et meritis praedicti Venerabilis patratae sunt a Deo sanationes atque ab actoribus huic sacro foro exhibitae ad beatificationem obtinendam, contigerunt — idque meminisse placet — intra fines Canadensis Missionis magis septentrionalis Instituto, quod Venerabilis de Mazenod condidit, concreditae.

Quarum sanationum prior obtigit puero novem annorum, Davidi Courteoreille, genere Indo ex tribu quam vulgo vocant ***Cris,*** in Canadensi Provincia Alberta. Is enim mense Martio anni 1929 gravi phtysicae indolis correptus est contagione, quae, utpote peculiaris Indorum eiusdem regionis morbus, in cerebri aliisque insidebat glandulis. Ea autem inflammatio adeo ingravescit, ut Kalendis Maiis in nosocomium a S. Teresia missionis ***Fort Vermillon*** receptus fuerit. Cum pueri vires defecissent in dies nullaque sanationis spes superfuisset, infausta prorsus quoad vitam edita a medico prognosi, die 5 eiusdem mensis Maii preces coeptae sunt fundi novendiales a cuncta misisonali communi tate, ut Deus per Venerabilis Caroli de Mazenod, cuius imago lectulo aegroti imposita fuit, puerum optatae restitueret sanitati. Vespere autem diei 9 Maii infirmus ad ultima venit iamque in eo erat ut animum ageret. At summo mane diei insequentis ex improviso expergefactus, se plene sanatum persensit. Accitus dein medicus cuncta morbi symptomata evanuisse repperit et testatus est. Quam sanationem eiusque perseverantiam a curatione medicus, periti ab inspectione et qui vota redegerunt ex officio quaesiti praeter naturae vires evenisse unanimi voce asseverarunt.

Altera mira sanatione fruitus est infans quatuordecim mensium, Rolandus Rodier, natus in loco quem vulgo appelant ***Rull,*** ad ripam numinis Ottaviensis coram omonyma urbe sito. Is namque, die 28 mensis Iunii anno 1947, malo fato praeceps in terram decidit ita quidem, ut una cum calvae fracturae aliisque laesionibus cum cerebrali commotione oculorum lumina amiserit. Mox ad valetudinarium urbis ***Bull*** deductus

est, ubi post dies aliquot pathologica phaenomena graviora extinguuntur quidem, perseverante caecitate. Iamvero progrediente salutis restitutione, die 11 mensis Augusti eodem anno 1917 infans e nosocomio est dimissus, licet videndi potentiam non recuperaverit. Porro, die 17 eiusdem mensis, mater, magna in Deiparam Virginem fiducia suffulta, filiolum caecum ad sanctuarium ducit mariale vulgo ***Notre-Dame du Cap,*** sodalibus Congregationis Missionariorum Oblatorum B. M. V. Immaculatae concreditum, ut ferventiores funderet preces ad filioli visum impetrandum. Sanctuarii autem rector piam afflictamque matrem ut Venerabilis quoque de Mazenod, oblata imagine, intercessionem implorar et, adhortatus est. Quod quidem domum reversa libenter et fiducialiter fecit, applicita filioli oculis Venerabilis imagine. Neque incassum; nam ipse e caelo precibus annuit. Insequenti namque die 18 mensis Augusti, hora circiter tertia post meridiem, caecus Rolandus Kodier ex inopinato visum recepit. Ultra naturae vires et leges hanc contigisse sanationem eiusque perseverantiam cum a curatione medicus, tum periti ab inspectione et ex officio delecti testesque excussi aperte fassi sunt.

Super priore sanatione apud Curiam Vicariatus Apostolici Grouardensis anno 1938, super altera in Curia archiepiscopali Ottaviensi anno 1949 apostolici processus instructi sunt; quorum iuridica vis die 23 Decembris a. 1970 ab hac Sacra Congregatione agnita est. Collegium autem Medicum huius ipsius Congregationis utriusque sanationis indolem et adiuncta scientifico ac diligenti studio inquisivit atque utramque praeter naturae vires evenisse die 12 Aprilis a. 1972 edixit.

Quibus peractis, quaestio subiecta est iudicio huius Sacrae pro Causis Sanctorum Congregationis, et quidem primum Consultorum in Congressu Peculiari, die 29 mensis Ianuarii anno hoc 1974 habito, deinde in Congregatione Plenaria Patrum Cardinalium, die 12 Martii eodem anno in Vaticanis Aedibus celebrata, in qua, referente Rev.mo Cardinali Ephraem Forni, Causae Ponente, disceptatum est super dubio: ***An et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum de quo agitur.*** Et qui convenerant Patres Cardinales affirmativum suffragium dederunt.

Facta demum de praedictis omnibus Summo Pontifici die 18 Maii a. 1974 per subscriptum Cardinalem Praefectum relatione, Sanctitas Sua sententiam Patrum Cardinalium ratam habens, mandavit ut super binis miris sanationibus decretum appararetur.

Quod cum factum esset, hodierno die Beatissimus Pater infrascriptum Cardinalem Praefectum necnon Cardinalem Ephraem Forni, Causae Relatorem meque Antistitem a secretis Congregationis atque

reliquos vocari solitos ad se accivit, iisque adstantibus praesens confirmavit et promulgavit decretum, edicens : ***Constare de duobus miraculis, Venerabili Servo Dei Carolo Iosepho Eugenio de Mazenod intercedente, a Deo patratis, scilicet de instantánea perfectaque sanatione cum pueri Davidis Courteoreille a lymphoadenite laterocervicali bilaterali indolis phtysicae cum gravi statu séptico atque haemorrhagiis membranularum, tum infantis Rolandi Rodier a plena caecitate bilaterali, consequenti ex trauma cranii cum fractura temporali-parietali-occipitali sinistra, propagata ad cranii basim, cum cerebri commotione et haemorrhagia intracranica.***

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 9 Decembris a. D. 1974.

ALOISIUS Card. RAIMONDI, ***Praefectus***

L. © S.

& Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., ***a Secretis***

II

MATRITEN.

Canonizationis Beatae Vincentiae Mariae Lopez Vicuña, fundatricis Instituti Religiosarum Mariae Immaculatae pro puellis famulatui addictis.

SUPER DUBIO

An et de quo miraculo, post indultam eidem Beatae ab Apostolica Sede venerationem, constet in casu et ad effectum de quo agitur.

Beatorum Caelitum ordinibus sollemni ritu in Petriana Basilica Vaticana, die 17 Februarii Anno Sacro 1950, adscripta fuit Venerabilis Serva Dei Vincentia Maria Lopez Vicuña, Instituti Religiosarum Mariae Immaculatae pro puellis famulatui domestico addictis fundatrix. Exinde sanctitatis eius famam in dies crescentem Deus amplius visus est confirmare gratiis iteratisque favoribus, ni forte signis, miraculorum speciem praeseferentes, eadem Beata intercedente. Quae omnia divinam voluntatem Beatam ipsam ad summos altarium honores evehendi visa sunt connotare. Quapropter, die 14 mensis Martii anno 1952, Pio Papa XII probante, Causa canonizationis eiusdem Beatae resumpta est,

binasque actores sacro huic foro miras sanationes ad cognoscendum proposuerunt.

Atvero, unius et alterius sanationum disceptatio non eundem sortita est exitum. Siquidem super altera earum tam Medicum Consilium huius Congregationis quam Officiales Praelati Patresque Consultores sive suspensiva sive negativa semel et iterum suffragia ediderunt. Eapropter ipsimet Causae actores ab ulteriore defensione sponte destiterunt.

Prior vero sanatio, quae certis argumentis plenisque probationibus mirum evenisse in modum constat, haec est : puerulus Genesius Muñoz Jiménez, Matritensis domicilio, vix quatuor annos natus, circa medium mensem Aprilem anno 1951 tonsyllite acuta laborare coepit, quae mox in infectivum degenera vit rheumatismum, accedentibus quoque gravibus nephritici morbi symptomatibus. Syndrome autem rapido cursu in peius vertente, die 25 eiusdem mensis, infirmus ad nosocomium a Puero Iesu nuncupatum, Matriti, deductus est. Curis omnibus sollicite assidueque adhibitis nihil profitentibus, post triduum, nempe die 28 Aprilis circa horam nonam ante meridiem, in gravissimo cornate urhaemico aegrotus versabatur, adeo ut lethalis prognosis a duobus medicis edita sit, deque eorum consilio puerulus ad familiarem larem reductus est, ut ibidem animum ageret. Verumtamen in revertendo ad paternam domum, aegrotuli amita reliquiam Beatae Vincentiae Mariae fidenter ipsi apposuit et caelestem opem pro sanatione imploravit. Brevi post, pueri condiciones inopinato in melius verti coeptae sunt. Nocturnis deinde horis comperta sunt prima resolutionis renalis signa una cum sensorii, quem dicunt, recuperatione. Postridie circa horam nonam medicus a cura statum comatis urhaemici una cum cardiocirculatoria insufficientia omnino evanuisse comperuit.

Super eiusmodi mira, quae asserebatur, sanatione adornatus est apostolica auctoritate processus in Curia episcopali Matritensi anno 1953, de cuius legitima validitate exiit decretum die 15 Octobris a. 1954. Omnes testes excussi, medici a curatione tres, periti physici ab inspectione duo, duoque periti ex officio deputati necnon Collegium medicum huius Sacrae Congregationis eandem sanationem eiusque perseverantiam ultra naturae vires contigisse professi sunt.

Quibus praehabitis, theologorum examini eadem sanatio subiecta fuit primum in Congregatione, quam vocabant, praeparatoria tunc S. Rituum Congregationis die 27 mensis Iunii a. 1961 celebrata; deinde, in Congressu Peculiari nunc S. Congregationis pro Causis Sanctorum die 10 mensis Iulii a. 1974 habita; et tandem, die 19 Novembris eodem

anno, in Congregatione Plenaria in Vaticanis Aedibus coadunata, relatore Rev.mo Cardinali Arturo Tabera Araoz.

De affirmativis cunctis responsionibus ad dubium num de miraculo constitisset, certior factus die 5 eiusdem superioris mensis Novembris per infrascriptum Cardinalem Praefectum, Summus Pontifex Paulus VI, sententiam Patrum Cardinalium ratam habens, mandavit ut Decretum super mira eadem sanatione exararetur ; concessa insimul benigna dispensatione super praescripto canonis 2138 & 1 C.I.C., ita ut ad sollemnem eiusdem Beatae canonizationem uno tantum miraculo procedi possit.

Quod cum rite factum esset, hodierno die, ad se accitis Cardinalibus infrascripto Praefecto et Arturo Tabera Araoz, Causae ponente seu relatore, meque a secretis, ceterisque de more vocandis, iisque adstantibus, decretoriam pronuntiavit sententiam : ***Constare de uno miraculo, intercedente Beata Vincentia Maria Lopez Vicuña, a Deo patrato, scilicet de instantánea perfectaque sanatione pueri Genesii Muñoz Jiménez a cornate urhaemico cum insufficientia cardiovasculari lethali, ob nephritem acutam diffusam.***

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum inseri mandavit.

Datum Romae, de 9 Decembris a. D. 1974.

ALOISIUS Card. RAIMONDI, ***Praefectus***

L. SB S.

& Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., ***a Secretis***

III

ROMANA SEU SALISBURGEN.

Beatificationis et canonizationis Ven. Servae Dei Mariae Teresiae Ledóchowska, fundatricis Sodalitii S. Petri Claver.

SUPER DUBIO

An et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum de quo agitur.

Constare de virtutibus Venerabilis Servae Dei Mariae Teresiae Ledóchowska, fundatricis Sodalitii S. Petri Claver, tam theologalibus, scilicet fide, spe et caritate, quam cardinalibus, videlicet prudentia,

iustitia, fortitudine et temperantia, iisque adnexis, in gradu heroico exercitis, Paulus Papa VI fel. regn. die 16 Martii a. 1970 solemniter declaravit. Hinc huius Causae sollertes actores manus admoverunt ut, ad iuris normam, duas prodigiosas sanationes seligerent ex iis quae, eadem Venerabili Serva Dei intercedente, a Deo patratae ferebantur, easque huic Foro proponerent ad ipsius Venerabilis solemnem beatificationem consequendam.

Prior sanatio contigit dominae Iudith De Rivo, matri familias quadraginta et duos annos natae. Ipsa namque die 26 mensis Septembris a. 1930, deambulans per Viam Appiam, prope locum Tres Tabernas, vulgo ***Cisterna,*** ut viro domum re vertenti occurreret, malo fato iactata est violenter in terram a birota automataria. Deducta in nosocomium Veliternum, tum chirurgorum inspectione tum radiographico examine peractis, fractura pelvis una cum aliis contusionibus reperta est. Gravi vitae discrimine feliciter superato, aegrotae praescripta est summa pelvis immobilitas, edita sexaginta dierum prognosi ad sanationem a fractura forte obtinendam. Sed, e contra, post mensem, die nempe 26 Octobris, aegrota e lecto surgit et, mirantibus astantibus, per valetudinarii aulas graditur. Con valuit etenim plene ope intercessionis Venerabilis Mariae Teresiae Ledóchowska, cuius patrocinium fervidis precibus invocaverat. Eiusmodi sanationem praeter naturae vires evenisse cum medentes tum ex officio periti et testes fassi sunt.

Altera mira sanatio adulescentulam respicit Vincentiam Mazzeotti, decimum septimum aetatis annum agentem. Ipsa enim mense Iunio anni 1936 in femore sinistro noxio Phlegmone affecta est, qui quamlibet artus mobilitatem impediebat. Diebus autem quarta et quinta Iulii infirmitatis cursus ita progressus est, ut medici nihil aliud ad valetudinem recuperandam agendum esse censerent, nisi chirurgica incisione phlegmonem resecare; iamque omnia parata erant ad incisionem peragendam. Atvero nocturnis horis inter diem quintam et sextam eiusdem mensis, implorata Venerabilis nostrae intercessione, extemplo et absque ullo humanae scientiae remedio iuvenis infirma vires perfecte recuperava et exinde nulla amplius molestia affecta est ex femore. Ultra naturae leges sanationem hanc contigisse medens chirurgus, periti ex officio deputati testesque excussi professi sunt.

In ecclesiasticis Curiis Albanensi (aa. 1929-1934) et Vicariatus Urbis (aa. 1947-49) super priore, et Consentina (anno 1948) super altera sanatione instructi sunt processus canonici, de quorum iuridica vi decretum Apostolicae Sedis die 1 Iulii a. 1951 exiit.

Die 20 Decembris a. 1972 Consilii Medicii huius Sacrae Congregationis celebrata est sessio, in qua diligenter de binis sanationibus est disceptatum ac proclamatum easdem medica scientia haud posse explicari.

Postmodum res tota theologorum studio et iudicio de more fuit subiecta, sive pro priore iudicio Officialium Praelatorum Patrumque Consultorum in Congressu Peculiari diei 29 Octobris hoc anno 1971, sive pro altero iudicio in Congregatione Plenaria Patrum Cardinalium, die 19 subsequentis mensis Novembris in Vaticanis aedibus habita, in qua referente Rev.mo Cardinali Pericle Felici, Causae Ponente, disceptatum est super dubio : ***An et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum de quo agitur.*** Et qui convenerant Patres Cardinales adfirmando responderunt.

Quibus de rebus facta, die **5** mensis Decembris, Summo Pontifici Paulo VI per subscriptum Cardinalem Praefectum relatione, Beatissimus idem Pater, sententiam Sacrae Congregationis ratam habens, mandavit ut super iisdem miris sanationibus Decretum concinnaretur.

Quod cum factum esset, Summus Pontifex hodierno die subscriptum Cardinalem necnon Rev.mum Cardinalem Periclem Felici, Causae Relatorem, meque Antistitem a secretis S. Congregationis ceterosque de more vocandos ad se accivit, et iisdem adstantibus edixit: ***Constare de duobus miraculis, Venerabili Serva Dei Maria Teresia Ledóchowsha intercedente, a Deo patratis, videlicet de instantánea perfectaque sanatione tum dominae Iudithae De Rivo a fractura pelvica, tum dominulae Vincentiae Mazzeotti a phlegmone profundo femoris sinistri.***

Hoc autem Decretum in vulgus edi et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 9 Decembris a. D. 1974.

ALOISIUS Card. RAIMONDI, ***Praefectus***

L. m **s.**

© Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., ***a Secretis***

IV

MEDIOLANEN.

Beatificationis et canonizationis Servi Dei Andreae Caroli Ferrari, S. R. E. Cardinalis et Archiepiscopi Mediolanensis.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

Servus Dei Andreas Carolus Ferrari, ob quintum expletum lustrum ex quo, annos natus quadraginta, die 29 iunii 1890 ad divini ministerii summam Romae evectus erat, in litteris ad Mediolanenses datis fatebatur : ((Cum sacro chrismate in episcopum unctus sum, bina requisita verba coram Deo et Ecclesia ultro protuli : ***Volo*** et ***Credo,*** quae ceterum amoris fideique declarationem repetunt, quam Petrus apostolus in Dominum Iesum fuit obtestatus : ***Tu es Christus filius Dei vivi, Tu scis quia amo te (Mt.,*** 16, 16; ***Io.,*** 21, 15-17). Fidem ergo et caritatem ab episcopo prae aliis colendam, quo vel melius in filiis suis excolere queat ».

Quod verbi Dei et auditoris et f actoris testimonium (cf. ***I ac,*** 1, 22), prophetico fidelium sacerdotii munere innixum (cf. ***Lumen gentium,*** 12), quodque per sacrorum administros, potissimum vero episcopos, plenius est exprimendum, Andreas Ferrari Patre de caelis coram et hominibus reddere ceperat baptismatis gratia fultus, in paroecia ***Pratopiano*** dioecesis Parmensis suscepti die 14 augusti 1850, postero quam in vico ***Lalatta*** tenui loco natus est. Idque pariter testimonium maturius confirmavit cum presbyteratus ordine, die 13 decembris 1873, Parmae adauctus est.

Fidelitatem igitur et dilectionem in Christum profiteri libenter perrexit diuturno quo tempore (1877-1890), maioris seminarii rectorem ac theologiae magistrum agens, futuros animarum pastores pie docteque instituendos Eidem adducebat. Fidem itemque amorem Christi sponsae dono et servitio dedit multimodis in Parmensi Ecclesia fructus muneribus, quae inter provicarii generalis officio.

In episcoporum collegium a Leone XIII adlectus, quemadmodum

sacerdotii plenitudinem est consecutus, ita et apostolicum provexit ac perfecit ministerium, quod brevi mensium spatio (1874-1875) in paroeciis ***Mariano di S. Lazzaro*** et ***Fornovo*** vix erat expertus. Nitentem ideo praedicatoris formam expressit sive Guastallae (1890-1891) sive Comi (1891-1894), cuius amplam dioecesim visitavit et rexit eo studio et opere quod signum patefleret paternae caritatis.

Quapropter Leo XIII, qui antistitem sibi consentaneum ac diebus parem Servum Dei habebat, tertio ac superius illi apostolatus concredidit provinciam ; et anno 1894, Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalem titulo Sanctae Anastasiae creatum, ad Mediolanensem archidioecesim evexit. Novensilis tunc totius Longobardiae praesul metropolitanus, in venerandi decessoris Caroli Borromeo mores se formavit, cuius et nomen sibi imposuit et praesentiam instauravit laeto fidentique animo et voce a fidelibus salutatam.

Congruit idcirco ut, in eius laudem, comparationis verbis utamur quibus Sanctus Ambrosius, antistitum Mediolanensium princeps, Anisio Thessalonicensi episcopo gratulabatur, in demortui Acholii locum suffecto : « Tenemus ergo te sanctae memoriae Acholii dudum discipulum, nunc successorem, haeredemque eius vel honoris vel gratiae. Magnum meritum, frater. Gaudeo tibi, ne uno quidem momento de successore tanti dubitatum viri. Et magnum onus, frater, tanti nominis pondus subiisse, tantae librae, tantique examinis. Quaeritur in te Acholius : et sicut erat in affectu tuo, ita in officiis desideratur illius virtutis, illius disciplinae effigies, illius fortitudo animi in tam senili corpore ... Huius igitur successorem te Dominus non solum honore, sed etiam moribus probet, et summa fundere dignetur gratia, ut ad te quoque populi concurrant ... et sit pax inter te et populum, et testamentum pacis custodias » ***(PL*** 16, 1000-1001).

Interea, magno iam in re pastorali usu peritus, facilius commodiusque recentis aetatis quaestiones perscrutari et expedire potuit, apto historiae sensu cum convenienti terrestrium rerum intellegentia, quovis humanos eventus, divina providentia duce, meliorem in partem interpretatus. Multa itaque facere multum illius interfuit : agricolis et opificibus auxiliari, patria emigrantes tueri, adolescentes vel in catholica studiorum universitate litteris et moribus imbuere, de socialibus et politicis negotiis, per mulieres etiam provehendis, christifidelibus suadere. Facta est eapropter Mediolanensis dioecesis, quam suum florum feracem dictitabat hortum, latus Evangelii satori campus, cuius est Ecclesiam in mundo praesentem manifestare, quae cum ipso ad Deum

versus incedit et progreditur, quippe quod hominum consortioni fermento sit in Dei populum immutandae (cf. ***Gaudium et spes,*** 4-10).

Nam consuluit Ecclesiae renovationi ac progressioni librato necessitudinum intuitu, quia et ipse vir erat inconcussae sensus fidei simul ac erga nova bonaque incepta sincerae voluntatis, traditionis amanter tenax necnon studiosus sciscitandi et reperiendi, nullo vitali deminuto fonte, alios modos aliasve rationes vigesimo saeculo tunc oborto congruentes.

Ast, ante omnia pontifex in iis quae sunt ad Deum pro hominibus constitutus (cf. ***Hebr.,*** 5, 1), recte sibi persuasum habuit pro Christo legatione fungi (cf. ***2 Cor.,*** 5, 20), illam fovendo gratiae communionem super qua, fide et caritate, mystici corporis eius exstruitur aedificium. Doctrina christiana et Eucharistia, quae verbum Domini noscuntur et sanguis, instar S. Pii X propositi cuncta in Christo instaurandi (cf. ***Eph.,*** 1, 10), angulari lapidi exstiterunt episcopali Servi Dei officio triginta per annos expleto. Quibuscum suae et populi spiritualis vitae alimoniis, alia bina apostolicae navitati subsidia impiger pastor aeque sociavit : industriam in actione catholica collocandam et consensum erga Ecclesiae magisterium. « S. Ambrosii vocem clamantis ***ubi Petrus, ibi Ecclesia*** — asseruit in epistola superius memorata — constanter hic per me resonantem populus fidelis obaudivit ita ut, quicumque Ambrosianae cathedrae verus discipulus est, nulli Romana cedat oboedientia ».

Quae credendi ac parendi consensio mire clareque eminuit qua tempestate illa haeresum invaluit summa, Modernismi nomine significata (1907-1912). Exploratum cum haberet episcopi esse Evangelium in grege praedicare ac tutari pariterque ex animo discere a supremo Ecclesiae magisterio, utrumque composuit et temperavit debitum obsequio veritatis et animarum cura salutis. Quae vero nactus est praepedimento, non pro doctrinae assertione sed pro exsecutione ad disciplinam pertinentium, probo et humili devicit corde, semper sibi costans et ad ignoscendum continuo paratus.

Mediolanensis praesul ergo, satis cum perspexisset quonam modo episcopi munus aetate nostra esset fungendum, sedulo effecit quae Concilium Vaticanum II de pastorali antistitum officio ratum est et confirmavit : quare cum singulis eiusdem praescriptis Servi Dei gesta comparari possunt (cf. ***Christus Dominus,*** 12-19). Pro analoga etiam historica et theologica praesensione, Andreas Cardinalis Ferrari cogitate conscius de momento et gravitate cuiusque particularis Ecclesiae, tamquam vitalis cellulae ab universa Ecclesia numquam segregandae,

gnarus videtur praeeursor illius vivificae et actuosae communionis inter S. Petri et aliorum Apostolorum successores cedentis, quam idem Concilium episcoporum collegialem potestatem seu unionem appellavit (cf. ***Lumen gentium*** 22-23).

Ultimum autem manebat eum purificantis doloris signum, qua benignissimus et misericors Pater declararet quantum sibi complacuisset in hoc Servo suo, nec laboribus umquam defatigato nec animo fracto, potius vero oratione indesinenter suffulto et in Deiparam Virginem pietate fidenti, quam praecipue venerabatur apud dilectum sanctuarium de ***Fontanellato*** dictum, et quam sui episcopatus fortitudinem invocare solebat. Acerbissimo cancro in gutture affectus, biennium alacer non destitit a munere docendi, sanctificandi et regendi, suprema qua deditione bonus pastor animam suam tradit pro ovibus suis (cf. ***Io.,*** 10, 11) ; languescentem corpore semetipsum animo sustinens, quemadmodum iracundiae pronum iam moderatus erat. Postquam autem, crudescente morbo, lectulo affixus voceque privatus est, clerum et populum ad se concurrere laetus aspexit, quos beneficiis omne genus, verbo praesertim et scripto, incunctanter auxerat : maxime cum octingentas circiter paroecias, velut apostolicus peregrinus, quater inviserat.

Cuiusmodi sacrificii consummationem Deus acceptavit die 2 februarii 1921, Filii sui in templum oblati memoriae sacro, quem pauperem et mundum corde et ad mortem crucis oboedientem usque, ipsius Servus Andreas Carolus Ferrari imitatus erat.

Super sanctitatis fama abunde patefacta, sive cum Dei Servus in terris degebat sive cum ereptus est, canonico ex more in curiis Mediolanensi et Parmensi fuit inquisitum (1950-1955). Scriptorum acta revisione, a Ioanne XXIII die 15 iunii 1960 confirmata, idem Pontifex die 10 februarii 1963 beatificationis causam rite introducendam decrevit. Binis denuo processibus, de S. Sedis mandato, Mediolani et Parmae constructis (1961-1965), Paulus VI statuit ut insuper appararentur amplum studium historicum et votum ex officio iuridicum-theologicum, quae ad virtutes examinandas conferrent apud S. Congregationem pro Causis Sanctorum. Quod, die 19 novembris 1974, in plenario Patrum Cardinalium coetu effectum est, dubio de heroico virtutum gradu ab Em.mo causae relatore, Sergio Cardinali Pignedoli, de more proposito.

Cum igitur de hac cribrata disceptatione Rev.mus Cardinalis Aloisius Raimondi, ipsius S. C. Praefectus, fuse retulisset, Summus Pontifex Paulus VI hodierna die, 1 februarii 1975, eumdem Rev.mum Praefectum accivit, necnon Rev.mum Cardinalem causae relatorem, meque

infrascriptum a secretis Antistitem ceterosque Praelatos S. C. pro Causis Sanctorum.

Quibus coram, supra dicti plenarii coetus sententiam ratam habens, edixit ***constare de virtutibus theologalibus, fide, spe et caritate, necnon de cardinalibus prudentia, iustitia, fortitudine et temperantia earumque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Andreae Caroli Ferrari, S. R. E. Cardinalis et Archiepiscopi Mediolanensis, in casu et ad effectum de quo agitur.***

Hoc autem decretum promulgari et in acta S. C. pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 1 februarii 1975.

ALOISIUS Card. RAIMONDI, ***Praefectus***

L. © S.

© Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., ***a Secretis***

V

TAURINEN.

Beatificationis et canonizationis Servae Dei Mariae Henricae Dominici, antistitae generalis Instituti Sororum a S. Anna et a Providentia.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

« Superiores, rationem pro animabus sibi commissis reddituri (cf. ***Hebr.*** 13, 17), voluntati Dei in munere explendo dociles, in spiritu servitii pro fratribus auctoritatem exerceant, ita ut caritatem qua Deus illos diligit exprimant » (Decr. ***Perfectae caritatis,*** 14).

Sapientissima haec Concilii Oecumenici Vaticani II monita, ad eos potissimum directa quibus regiminis munus inter fratres commissum est, Serva Dei Maria Henrica Dominici, grave illud officium per septem fere lustra inter consodales Sorores exsolvens, praeclarum in modum, suo tempore, exsecuta est, religiosae vitae fulgidum pariter existens exemplar.

Orta est famula Dei die 10 mensis Octobris anno 1829 in oppido cui vulgo nomen ***Borgo Salsasio,*** Taurinensis archidioeceseos intra

fines, legitimis parentibus Iosepho Dominici et Anna Maria Pipino, atque postridie sacro Baptismate regenerata, Annae Catharinae Mariae nominibus inditis. Quadriennis patre orbata, cura sacerdotis Andreae Pipino, eius avunculi, christiana pietate bonisque moribus informata est litterisque convenienter instructa. Novennis ad sacram synaxim devotissime primum accessit, et undecimo aetatis anno Chrismate fuit Unita. Adolescentiae annos in saeculo innocenter transegit mentemque a iuvenilibus nugis magis in dies avertens, ad Deum unice direxit. Nec eidem ad propriam contendere sanctificationem satis fuit, sed desiderio flagans animas Christo lucrifaciendi, puellas coadunabat ut fidei doctrina easdem imbueret suoque exemplo ad pietatis exercitia alliceret.

Dum autem de vitae statu deligendo, fusis ad Deum precibus, secum deliberasset, mundo valedicere et ad Franciscales Sorores convolare constituit. Verum obsistentibus propinquis, ob eius praesertim intimam valetudinem, propositum differre debuit, donec anno 1850, aetatis vicesimo primo, voti compos facta Institutum Sororum a S. Anna et a Providentia appellatum ingressa est, ab ipsa Instituti fundatrice Iulia Falletti de Barolo peramanter recepta. Exacto itaque probationis tirocinio, Mariae Henricae sumpto nomine, die 26 Iulii a. 1853 religiosa nuncupavit vota. Mox ad Castrifidardi domum in Picenum, Vicariae officium obitura missa est, ibique, novitiarum quoque Magistra designata, religiosam restituit disciplinam alumnasque ad virtutum studium informavit. Anno 1858 ad Taurinensem domum reversa, tironum Magistrae munere sancte perfuncta est, donec anno 1861, trigesimum et tertium annum agens, Antistita Generalis unanimi fere capituli suffragio electa fuit. Quo in officio, quod per triginta tres continuos annos, ad obitum usque gessit, religiosum Institutum, quod teneri ad instar virgulti confovendum suscepit, sapienter moderata est, eidemque novam invexit vitam, regulari disciplina prudenter restaurata, membris et sedibus valde auctis, primisque missionalibus Sororibus ad longinguas Indiae regiones missis, quas anno 1879 materna cum sollicitudine invisit. Tam egregiam autem in eodem firmando et ampliando Instituto impendit operam, ut eiusdem velut altera fundatrix inter consodales consalutaretur.

Praeclaris itaque cumulata meritis, Famula Dei in Taurinensi urbe die 21 Februarii anno 1894, aetatis suae fere sexagesimo quinto, acerbissimis doloribus forti animo toleratis, pie obdormivit in Domino, conspicua sanctitudinis fama circumfusa.

Profecto actuosam Mariae Henricae vitam, novem praesertim lustra

in religioso Instituto transacta, considerantes, egregiis refertam virtutibus undequaque conspicimus, quas testes omnes, quorum haud pauci eximiae sanctitatis viri ac mulieres, ut ecce sanctus Ioannes Bosco et Serva Dei Maria Clotildes a Sabaudia, admirati sunt. Constans enim ac sincerum in universa eius vita enituit studium divinae voluntati in omnibus sese conformandi, magna cum humilitate ac spiritus abnegatione eaque alacritate et perseverantia, quae heroicum virtutis habitum manifesto patefaciunt.

Ferventissima fuit eius in Deum pietas et caritas in proximum qua, omnibus posthabitis vitae commodis, divinae gloriae animarumque saluti unice prospexit. Eius vero caritas peculiarem in modum tunc potissimum eluxit cum, cholerico saeviente morbo a. 1855 in Castrifldardi oppido, infirmos per tres menses veluti pia mater curavit et consolata est. Firma et inconcussa in Deum fiducia innixa, aerumnas, dolores, res adversas et offensiones sustinebat, imo ea propter Deum pati efflagitabat, sese ad hominum reparandas culpas divinae bonitati illatas, expiationis victimam offerens. Eximia quoque prudentia excelluit Dei Famula in diuturno praesertim Instituti regimine, dum firmiorem inducere disciplinam, abusus compescere, Sorores ad perfectam vitae religiosae rationem allicere, nulla facta personarum acceptione, fortiter et suaviter adnisa est.

Quod si presse exquiratur quae fuerit per totum vitae Servae Dei cursum praecipua nota, virtutum eius nempe quasi radix et fons, constansque agendi norma, colligitur eum fuisse ***spiritum fidei,*** quo in omnibus Deum conspicere assuevit omniaque ad Deum dirigere. Quae quidem praeclara vitae praerogativa his ab eadem traditis verbis effertur : ((Deum in Superiorum personis scriptisque regulis videre, eiusque amore prompte oboedire regulasque fideliter servare; Deum in officiis sibi concreditis cernere, eaque ad amussim propter eius amorem adimplere; Deum item in fratribus et sororibus quibuscum conversamur, eosque, qualibet seposita immoderata affectione, propter Deum sancte diligere; Deum pariter agnoscere in salutaribus divinae gratiae incitationibus, iisque prompte et alacriter obsecundare; Deum tandem in vitae aerumnis et infirmitatibus inspicere, easque ob eius dilectionem patienter suscipere ».

Egregiae autem huius mulieris famam sanctitatis, in dies percrebrescentem, Deum caelestibus signis visus est comprobare. Quapropter Causa de Beatorum Caelitum honoribus eidem decernendis agi coepta est. Adornato itaque processu ordinaria auctoritate in Curia archiepi-

scopali Taurinensi annis 1929-1931, Pius Papa XII commissionem introductionis Causae die 4 Aprilis a. 1943 propria manu obsignavit. Instructi sunt deinde annis 1946-1948 apud eandem Curiam Taurinensem et apud Urbis Vicariatum processus apostolici super virtutibus in specie, quorum iuridica vis die 5 Augusti 1951 rite agnita est.

Servatis igitur omnibus de iure servandis, instituta est apud Sacram tunc Rituum Congregationem disceptatio super virtutibus theologalibus et cardinalibus ceterisque eisdem adnexis Servae Dei Mariae Henricae Dominici, in Coetu, quem appellabant, antepraeparatorio diei 13 Maii anno 1958 coram Rev.mo Cardinali Clemente Micara, Causae Ponente seu Relatore; deinde, in Congressu Peculiari die 18 Iunii superioris anni 1974 apud hanc Sacram Congregationem pro Causis Sanctorum ; et tandem, die 7 mensis Ianuarii anni huius 1975, in Coetu Plenario ad Vaticanas Aedes celebrato, in quo, Rev.mo Cardinali Sergio Pignedoli, novissimo Causae Ponente, sequens dubium ad discutiendum est positum : ***An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.*** Et Patres Cardinales, qui convenerant, omnibus perspectis et perpensis, affirmativum dederunt suffragium.

Facta postmodum, die 16 mensis Ianuarii hoc anno, Summo Pontifici Paulo VI per subscriptum Cardinalem Praefectum de praemissis omnibus relatione, eadem Sanctitas Sua sententiam S. Congregationis pro Causis Sanctorum ratam habens, mandavit ut Decretum super Servae Dei virtutibus heroicis appararetur.

Quod cum factum esset, Beatissimus Pater hoc die, accitis Cardinalibus infrascripto atque Sergio Pignedoli, Causae Ponente, meque Antistite a Secretis ceterisque de more vocandis, iisque adstantibus edixit : ***Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia, earumque adnexis, in gradu heroico, Servae Dei Mariae Henricae Dominici, in casu et ad effectum de quo agitur.***

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 1 Februarii a. D. 1975.

ALOISIUS Card. RAIMONDI, ***Praefectus***

L. © S.

© Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., ***a Secretis***

VI

TIRASONEN. SEU PASTOPOLITANA

Beatificationis et canonizationis Servi Dei Ezechielis Moreno Diaz, Ordinis Recollectorum S. Augustini, Episcopi Pastopolitani.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate eunt in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

Episcopi, quos Spiritus Sanctus posuit regere Ecclesiam Dei (cf. ***Act. Apost.*** 20, 28), oportet, Apostolorum Principe docente, ita pascant, qui in ipsis est, gregem Dei, ut forma sint gregis ex animo (cf. ***1 Pt.*** 5, 3). Oportet enim, iuxta sollemnem exhortationis formulam Divi Pauli, episcopum sine crimine esse, hospitalem, benignum, sobrium, iustum, sanctum, continentem, amplectentem eum, qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem, ut potens sit in sana doctrina exhortari et eos qui contradicunt arguere (cf. ***Tit.*** 1, 7-9). Haec sane pulcherrima et ipsis Angelis miranda pastoralis imago numquam ab Ecclesia abfuit, ne luctuosis quidem tempestatibus. Quin etiam plurimi exstiterunt viri episcopali et dignitate et sanctimonia fulgentes, qui Christum Dominum, « pastorem et episcoporum animarum » (cf. ***1 Pt.*** 2, 25), secuti, vere animas suas pro salute ovium sibi commendatarum ultro dederunt.

Hos inter christianae virtutis athletas annumerari potest Servus Dei Ezechiel Moreno Diaz, Episcopus Pastopolitanus, Ordinis Recollectorum Sancti Augustini decus et ornamentum.

Is humili genere natus est in oppido, cui vulgo nomen ***Alfaro,*** intra fines dioeceseos Tirasonensis in Hispania, die 10 mensis Aprilis anno 1848, atque postridie sacro fonte renatus et insequenti anno Chrismatis sacramento linitus est. A prima inde infantia pietatem impense coluit, sive praesertim Missae sacrificio cotidie assistendo, sive beatam Mariam Virginem cotidiana corona precatoria salutando. Decimum sextum aetatis annum agens, Ordinem Recollectorum S. Augustini in Conventu Montis Acuti ingressus est, christianam perfectionem adepturus. Sollemnibus votis nuncupatis atque studiorum curriculo

rite emenso, in Philippinas Insulas anno 1869 missus est, ubi, sacerdotio die 3 Iunii a. 1871 initiatus, non modo qua parochus et concionator apostolico ministerio per fere quindecim annos impigre vocavit, sed etiam variis Recollectorum Ordinis officiis cum laude functus est, nec tempori nec labori parcens, ut omnibus omnia fieret. Anno vero 1885 mense Maio, rector electus Collegii Montis Acuti in Hispania, ibi omnium bonorum operum seipsum praebuit exemplum. Orationi et choro assiduus, intra et extra domum concionator evangelicus, religiosos et laicos piis adhortationibus ad lacrimas usque commovebat. Inde factum est ut, cum de restauranda religiosa Provincia eiusdem Ordinis Recollectorum in Columbia ageretur, in Ezechielis personam oculos Superiores converterint. Quare in Columbianam Rempublicam aliis cum consodalibus anno 1888 se contulit. Bogotensi in urbe suam fixit residentiam, atque per quinquennium munere Prioris Provinciae B. Mariae Virginis de Candelaria functus, apostolicum opus iam in Philippinis Insulis incoeptum insomni navitate est prosecutus.

Ad maiora vocatus, die 25 Augusti a. 1893 Vicarius Apostolicus regionis Casanarensis renuntiatus est atque, episcopali dignitate iam die 1 Maii a. 1894 ornatus, vacantem dioecesim Pastopolitanam mense Iunio anni 1896 tamquam residentialis episcopus ingressus est.

Errores adversum doctrinam et libertatem Ecclesiae, tunc temporis serpentes, nonnulli sese christianos proclamantes magno cum damno fidelium ea in regione audacter provulgabant. Quapropter Dei Famulus, bonus pastor et pervigil, thesaurum fidei atque Ecclesiae libertatem invicta animi fortitudine defendit, errores strenue profligando non solum scriptis, libellis in lucem editis, litteris pastoralibus, oratione atque assidua praedicatione, sed praesertim exemplo vitae suae, ut sibi commissum gregem a periculo amittendi fidem averterei. Ob ipsius indefessam firmitatem in erroribus profligandis persecutiones sustinere non dubitavit; promptus enim erat, ut Bonus Pastor, ad animam suam pro ovibus ponendam.

Romano Pontifici addictissimus, Servus Dei doctrinam super familia et super humana consortione in suis pastoralibus litteris abunde sapientissimis Summorum Pontificum encyclicis et documentis fulcivit.

In multis positus angustiis, Famulus Dei, memor sententiae Ionae profetae in procella et tempestate maris (cf. ***Ion.*** 1, 12), Summum Pontificem Leonem XIII adiit ut, si pro bono esset dioecesis, benigne renunciationem a sede episcopali exciperet. Tunc vero audivit a Christi Vicario et veritatis magistro illud : ***Tórnate a Pasto, giacché di tali vescovi***

abbisogna il mondo. Et noster oboedientissimus episcopales labores non recusavit, sed nsqne ad mortem auxit.

Cum autem in culmine esset sui apostolici operis et a senectute adhuc remotus, implacabili morbo correptus, in Hispaniam reversus, die 19 mensis Augusti anno 1906 piissime abdormivit in Domino.

Post Servi Dei obitum, eius sanctitatis fama, qua vivens ipse inclaruerat, ob plura quoque miracula, quae a Deo, illo deprecante, patrata dicebantur, in dies latius percrebruit. Quapropter Causa de Beatorum Caelitum honoribus eidem decernendis agi coepta est. Instructi sunt igitur ordinarii, qui dicuntur, processus in ecclesiasticis Curiis Tirasonensi, Manilensi, Bogotensi et Pastopolitana, una cum tribus rogatorialibus processibus in dioecesibus Matritensi, Pampilonensi et Seguntina ; qui quidem absoluti, Romam transmissi fuere. Scriptis deinde eidem Servo Dei tributis rite perpensis, Sacra tunc Rituum Congregatio, die 23 Novembris a. 1921, nihil obstare decrevit quominus ad ulteriora procedi posset, atque die 25 Novembris a. 1925 Pius Papa XI commissionem introductionis Causae propria manu subsignavit. Recognita, die 23 Iunii a. 1926, oboedientia Decretis ab Urbano Papa VII super indebito cultu latis, apostolici processus super virtutibus in specie Servi Dei conditi sunt apud Curias Pastopolitanam, Bogotensem, Manilensem et Matritensem, quorum quidem iuridica vis die 26 Iunii a. 1940 agnita fuit.

Servatis itaque omnibus de iure servandis, quadruplex de Servi Dei virtutibus habita est actio. Primo nempe de iisdem disceptatum est in Congregatione, quae dicebatur, antepraeparatoria, die 18 Februarii a. 1947 coram Rev.mo Cardinali Alexandro Verde, Causae Relatore; secundo, die scilicet 5 Aprilis a. 1960, in praeparatorio Coetu, coram Rev.mo Cardinali Caietano Cicognani; tertio deinde, in novo, praeparatorio Coetu die 5 Maii a. 1964 coram Rev.mo Cardinali Arcadio Maria Larraona, novo Causae Ponente seu Relatore; et tandem, in generali Congregatione coram Ss.mo Domino nostro Paulo Papa VI die 19 Ianuarii anni 1965 celebrata. In qua idem Rev.mus Cardinalis Arcadius M. Larraona, Causae Ponens, dubium disceptandum posuit : ***An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.***

Et Rev.mi Cardinales, sacris ritibus tuendis praepositi, Officiales Praelati Patresque Consultores, qui aderant, suam quisque protulere

sententiam. Beatissimus vero Pater haec vota benigne quidem excepit, sed in tanti momenti re suam mentem aperire distulit, supplices interim preces Dei adhibiturus, ut uberiorem luminis copiam impetraret. Suam tandem decretoriam sententiam hoc die edere statuit, postquam, per litteras Secretariae Status diei 30 Decembris anni 1974, mandaverat ut Decretum super eiusdem Servi Dei virtutibus heroicis rite exararetur.

Quam ob rem, accitis infrascripto Cardinali Praefecto necnon Rev.mo Cardinali Arturo Tabera, Causae novissimo Ponente, meque a secretis, ceterisque de more vocandis, iisque adstantibus, sollemniter edixit : ***Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, earumque adnexis, Servi Dei Ezechielis Moreno Diaz, Ordinis Recollectorum S. Augustini, Episcopi Pastopolitani, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.***

Hoc autem Decretum promulgari et in Acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 1 Februarii a. D. 1975.

ALOISIUS Card. RAIMONDI, ***Praefectus***

L. & S.

© Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., ***a Secretis***

VII

VERONEN.

Beatificationis et canonizationis venerabilis Servi Dei Ioannis Henrici Caroli Steeb, Sacerdotis saecularis, fundatoris Instituti Sororum a Misericordia Veronensium.

SUPER DUBIO

An et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum de quo agitur

Veronensis Ecclesia praeterito saeculo, tot impetita acerbitatibus et difficultatibus, glorioso fuit ditata virorum ac mulierum agmine, qui, vitae sanctitate conspicui studioque apostolico incensi operumque fulgore insignes, divini nominis gloriam et honorem animarumque salutem apprime provexerunt. Huiusmodi agmini iure meritoque accensendus est Venerabilis Servus Dei Ioannes Henricus Carolus Steeb, qui Tubingae in Germania, die 18 mensis Decembris anno 1773 natus et iuxta

Liitheranae confessionis ritum baptizatus, plenum veritatis lumen adeptus, Veronae anno 1792, catholicam amplexatus est fidem. Sacerdos deinde factus, effusa in Christum et in proximos caritate enituit posterisque veluti hereditatem Institutum a se conditum, Sororum scilicet a Misericordia nuncupatarum, reliquit. Quem, die 15 Decembris a. 1856 demortuum, sanctitatis fama secuta est. Quapropter, servatis de iure servandis, eum christianas virtutes heroum in modum coluisse Paulus Papa VI die 19 Novembris a. 1970 declaravit. Divina quoque additur voluntas, quae per miracula, actionem Ecclesiae Servum Dei gloria Beatorum Caelitum honestare cupientis confirmare videtur. Quam plurimas etenim gratias — numerantur fere quingentae intra postremos triginta annos —- christifideles se a Deo per eius intercessionem accepisse ferunt. Ex quibus quattuor selegerunt seduli Causae actores, utpote quae miraculi praeseferant notas, et super iisdem canonicas investigationes instrui curaverunt apud Curias ecclesiasticas Romanam, Vincentinam, Patavinam et Faliscodunensem ; at binas tantummodo huic sacro foro ad cognoscendum exhibuerunt, quae uti vera mira, iuridice recognita, per huius Decreti promulgationem ac Summi Pontificis auctoritate, ad beatificationis honores eidem Famulo Dei decernendos, approbantur. Quorum compendiosa haec est historia.

I. Lina Callegaro, anno 1910, cum decimum sextum ageret annum, primis morbi signis temptari coepit, nempe fabricula, frequenti tussi, virium debilitate, fastidio cibi nocturnisque sudoribus. Peracta tunc medica inspectione apud nosocomium phthisicis curandis, comperta est dextera hili adenopathia cum perihili manatione. Insequenti anno in nosocomium loci v. d. ***Montagnana,*** Patavinae intra fines regionis, recepta est, ubi tres circiter permansit annos, brevibus exceptis temporis intervallis, quibus paternam domum repetere ipsi licuit, donec, valetudine sat confirmata, inde mense Iulio a. 1945 dimissa, apud civicum valetudinarium Vicentinum aegrorum ministrae officium suscepit. At vero, non ita multo post, redeunte febri unacum crebris cruentisque tussibus, peracta radiographia exeunte eodem anno 1945, comperta est secreta caverna pulmonaris sub dextero iugulo, nucis quidem instar ; factus est itaque pneumothoracis, quem vocant, usus. Deinde, mense Maio a. 1946, superveniente pleuritica effusione, multiplex eidem facta est medicina in uno alterove nosocomio atque, restituta aliquanta valetudine, ad larem suum mense Iunio a. 1947 denuo reverti sibi licuit. Rebus tamen post aliquot menses in peius Tuentibus, nosocomium quod superius diximus apud ***Montagnana*** in finem vertente anno 1947 ingressa ite-

rum est, ingravescentibus in dies tum ex pulmonibus tum ex abdomine doloribus. Attenta rei gravitate, die 15 Februarii subsequentis anni 1948 preces ad Deum ferventes fundi coeptae sunt ad sanitatem intercedente Venerabili Ioanne Henrico Carolo Steeb redipiscendam. Iamque in vitae discrimine posita, die 20 eiusdem mensis Februarii funebria in eo erant ut appararentur; hinc magis caeleste invocatum patrocinium, neque incassum. Etenim postridie mane aegrota se sanatam persensit, vires resumpsit, et ex tunc nullam valetudinis ex praegresso morbo perturbationem habuit. Duo a curatione medici, non sine magno stupore, eodem die perfectam comperuerunt sanationem a tabe pulmonea et a peritonitide phthisica plastica ; duoque periti ab inspectione post annum aliique duo post viginti annos mirae eiusdem sanationis constantiam et diuturnitatem confirmarunt. Memoria autem tenendum est sanatam se Deo gratam praebentem pro tanto accepto beneficio, Institutum a Servo Dei conditum ingressam esse sumpto ipsius Servi Dei nomine.

II. Altera mira sanatione gavisa est Anna Boccarossa, mulier nubilis, in Pisauriensi regione anno 1920 nata. Ipsa enim, cum esset triginta octo annorum praestaretque auxiliatricem operam apud Dermopathologicum de Urbe Institutum, mense Augusto anni 1956 virium defectionem de repente experta est, quam consecuti sunt dolores noctu diuque ex stomacho affligentes, frequens vomitus, macies, pallor, se enutriendi difficultas. In patrium reversa oppidum, tumor in eius sinistra parte epigastrica inventus est. Facta in nosocomio Fanensi laparatomia, evidens est facta moles quaedam tactu dura, lucida, cum venis circumstantibus alte adhaerens. Qua adhaerescentia innuebatur agi de cancro. Cum ergo illa massa a chirurgo auferri nequiverit, aegrota Romam reversa est atque apud tumorale Institutum a Regina Helena nuncupatum recepta. Variis ibi medicis peractis explorationibus curisque incassum adhibitis, die 31 Ianuarii a. 1957 chirurgicae sectioni fuit subiecta, sed prae neoplasmatis extensione, quae massae evulsionem funditus fieri non sinit, sectio absque exitu fuit et periti physici statuerunt agi de gravi casu clinico, qui telecobaltotherapia, quam vocant, curari haud posset. Posthac misera aegra ex dicto tumorali Instituto dimissa, ineunte mese Martio, gratuito excepta est hospitio apud Villam a S. Margarita, Faliscoduni, sororibus a Misericordia concreditam. Syndrome autem gravi perseverante, infirma fidenter una cum matre sororeque germana atque Religiosis Villae Venerabilis nostri patrocinium efflagitabant ut sanationem impetrarent. Et ecce, quodam mane, medium circa mensem Martium eiusdem anni 1957, aegrota extra omne periculum versabatur, e lecto surgens in ecclesiam et deinde in hortum se contulit: convaluerat omnino. Exinde bona semper valetudine fruita

est. Quam sanationem medentes, periti tam ab inspectione quam ii qui fuerunt ex officio deputati necnon testes auditi praeter naturae vires contigisse professi sunt.

Super utraque sanatione iuridicae conditae sunt investigationes, et quidem super priore in Processu ordinaria auctoritate instructo apud Curiam episcopalem Patavinam a die 15 Decembris a. 1948 ad diem 27 Maii a. 1949, et subsequenti Processiculo potestate apostolica apud eandem Patavinam Curiam a die 6 Novembris ad diem 20 Decembris a. 1971; super altera vero inquisitum est in Processu apostolico apud Curiam Faliscodunensem adornato annis 1971-1972. Quorum Processuum iuridica validitas per Decretum huius Congregationis, die 8 Iunii a. 1973 editum, agnita est.

Servatis igitur de iure servandis atque declarata, in sessione diei 7 Februarii a. 1974, a Consilio Medicorum nostri Fori utriusque sanationis praeternaturali indole et causa, de iisdem sanationibus disceptatum est primum ab Officialibus Praelatis Patribusque Consultoribus in Congressu Peculiari diei 20 Novembris a. 1974, deinde in Congregatione Plenaria Patrum Cardinalium, die 7 Ianuarii anni huius vertentis in Vaticanis aedibus celebrata, ponente seu relatore Causae Rev.mo Cardinali Silvio Oddi. Et qui convenerant Patres Cardinales dubio proposito affirmando responderunt.

Facta postmodum, die 16 eiusdem mensis Ianuarii, per subscriptum Cardinalem Praefectum Summo Pontifici Paulo VI relatione, Sanctitas Sua sententiam Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum ratam habens, mandavit ut Decretum super praedictis miris sanationibus exararetur.

Quod cum factum esset, hodierno die Sanctitas Sua, accitis infrascripto Cardinali Praefecto necnon Rev.mo Cardinali Silvio Oddi, Causae ponente seu relatore, meque Antistite a secretis ceterisque de more convocandis, iis adstantibus edixit : ***Constare de duobus miraculis, Venerabili Servo Dei Ioanne Henrico Carolo Steeb intercedente, a Deo patratis,*** scilicet de primo : ***instantaneae perfectaeque sanationis Linae Callegaro a phthisi pulmonari excavata cum pleuritide parapneumothoracica et a peritonitide phtisica plastica;*** et de altero : ***instantaneae perfectaeque sanationis Annae Boccarossa a carcinomate pancreas.***

Hoc autem Decretum in vulgus edi et in S. Congregationis acta referri mandavit.

Datum Romae, die 1 Februarii a. D. 1975.

ALOISIUS Card. RAIMONDI, ***Praefectus***

L. ffi S.

© Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., ***a Secretis***

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Lunedì, 3 Febbraio 1975, il Santo Padre Paolo VI ha ricevuto in solenne Udienza, per la presentazione delle Lettere Credenziali, Sua Eccellenza il Signor JIRO INAGAWA, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario del Giappone.

Giovedì, 13 Febbraio 1975, il Santo Padre Paolo VI ha ricevuto in solenne Udienza, per la presentazione delle Lettere Credenziali, Sua Eccellenza il Signor MOHAMED EL SHAFEI ABDEL HAMID, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario della Repubblica Araba d'Egitto.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Breve Apostolico il Santo Padre Paolo VI ha nominato:

17 marzo 1975. S. E. Mons. Pedroni Angelo, Arcivescovo tit. di Novica, ***Pro-Nunzio Apostolico nella Repubblica Araba Siriana.***

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha nominato:

26 febbraio 1975. Gli Ecc.mi Monsignori: Majdanski Kazimierz Jan, Vescovo titolare di Zorolo, e Pérez Morales Ramon Ovidio ***j*** Vescovo titolare di Acque Albe di Bizacena, ***Membri del Segretariato per i non credenti.***

» » » S. E. Mons. Jakab Antonio, Vescovo titolare di Astigi, ***Consultore del Segretariato per i non credenti.***

10 marzo » Il Rev.mo Mons. Bovone Alberto, Sottosegretario della Sacra Congregazione per la Dottrina della Fede, ***Membro del Comitato per la Famiglia.***

10 marzo 1975. Il Rev.mo Mons. Tomko Jozef, Sottosegretario della Sacra Congregazione per i Vescovi, *Consultore dei Comitato per la Famiglia.*

» » » Gli Ecc.mi Monsignori: Franic Frane, Arcivescovo di Split-Makarska; Baraniac Antoni, Arcivescovo di Poznan; Nguyen van Binh Paul, Arcivescovo di Saigon; Arinze Francis, Arcivescovo di Onitsha; Stangl Josef, Vescovo di Würzburg; Hickey James Aloysius, Vescovo di Cleveland, *Membri della Saera Congregazione per le Cause dei Santi.*

Con Breve Apostolico il Santo Padre Paolo VI ha nominato:

Assistente al Soglio Pontificio:

4 novembre 1974. Mons. Echeverría Ruiz Bernardino (Guayaquil).

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha nominato:

Protonotari Apostolici soprannumerari:

25 settembre 1974. Mons. Marino Benjamin (Manila).
» » » Mons. Mempin Fernando (Manila).
26 ottobre » Mons. Jácome Angel Humberto (Quito).
» » » Mons. Tapia Gilberto (Quito).
11 novembre » Mons. Marani Marino (Macerata).
6 dicembre » Mons. Kohls Eugene C. (Saint Augustine).

Prelati d'onore di Sua Santità:

15 luglio 1974. Mons. Heinen Wilhelm (Paderborn).
10 settembre » Mons. Me Corristin William Patrick (Camden).
» » » Mons. Robertson Glendon Edward (Camden).
25 » » Mons. Jose Isidro (Manila).
» » » Mons. Mirasol Jose A. (Manila).
» » » Mons. Magtanong Emmanuel (Manila).
» » » Mons. Mendoza Pacifico M. (Manila).
» » » Mons. Pajarillo Pedro (Manila).
» » » Mons. Serrano Victor (Manila).
» » » Mons. Veneración Rosalino (Manila).
21 ottobre » Mons. Bagi Stefano (Esztergom).
26 » » Mons. Garcia Carlos (Quito).
» » » Mons. lánez Francisco (Quito).
» » » Mons. Pérez Angel Gabriel (Quito).
» » » Mons. Porras Carlos (Quito).
29 » » Mons. Coler Emmet J. (Salina).
» » » Mons. Hake James E. (Salina).
» » » Mons. Ladoll Gilbert J. (Salina).

29	ottobre	1974.	Mons. Wasinger Alfred J. (Salina).
30	»	»	Mons. Fee Thomas (Armagh).
»	»	»	Mons. Romero Manuel Ignacio (Máchala).
31	»	»	Mons. Bordagaray Eladio Pietro (Cordoba).
»	»	»	Mons. Rodríguez Alvarez Edmondo (Cordoba).
»	»	»	Mons. Tejerina A. Manuel (Cordoba).
9	novembre	»	Mons. Billote Ciriaco (Lingayen-Dagupan).
»	»	»	Mons. Bitanga Leone (Lingayen-Dagupan).
»	»	»	Mons. Palma Antonio (Lingayen-Dagupan).
»	»	»	Mons. Aldana Antonio (Lingayen-Dagupan).
»	»	»	Mons. Aquilino Oscar (Lingayen-Dagupan).
15	»	»	Mons. Dolch Heinrich Moritz (Paderborn).
»	»	»	Mons. Imbò Ignazio Salvatore (Pozzuoli).
20	»	»	Mons. Koyounian Giovanni (Atene - Patriarcato Armeno Cattolico).
»	»	»	Mons. Pezzini Carlo (Lucca).
23	»	»	Mons. Gentili Cesare (Apuania).
»	»	»	Mons. Humar Casimiro (Gorizia).
29	»	»	Mons. Levi Tommaso (Como).
5	dicembre	»	Mons. Spina Nicola (Ripatransone).
6	»	»	Mons. Conesa Diego (Saint Augustine).
»	»	»	Mons. Crowe William (Saint Augustine).
»	»	»	Mons. Dawson Joseph (Saint Augustine).
»	»	»	Mons. Gallagher James (Saint Augustine).
»	»	»	Mons. Mullins Raymond (Saint Augustine).
»	»	»	Mons. Solana Terrei (Saint Augustine).

Cappellani di Sua Santità:

21	maggio	1974.	Mons. Klein Giuseppe (Essen).
30	»	»	Mons. Halbe Paolo (Essen).
19	agosto	»	Mons. Freudenberg Dietrich (Paderborn).
20	settembre	»	Mons. Canale Arnaldo (Buenos Aires).
22	»	»	Mons. Kay ser Otto Joseph Friedrich (Paderborn).
25	»	»	Mons. Bautista Arsenio (Manila).
»	»	»	Mons. Ditan Celso (Manila).
»	»	»	Mons. Guballa Martin (Manila).
»	»	»	Mons. Lim Patricio (Manila).
»	»	»	Mons. López Clemente (Manila).
»	»	»	Mons. Mercado Bienvenido (Manila).
»	»	»	Mons. Tobias Antonio (Manila).
»	»	»	Mons. Velarde Higinio, Jr. (Manila).
10	ottobre	»	Mons. Grgin Mate (Split).
»	»	»	Mons. Junié Ante (Split).
»	»	»	Mons. Vidovié Mile (Split).
11	»	»	Mons. Hackl Philipp (Wien).
21	»	»	Mons. Krems Gerardo J. (Paderborn).
»	»	»	Mons. Kühne Guglielmo (Paderborn).
»	»	»	Mons. Patt H. Giuseppe (Paderborn).
26	»	»	Mons. Espin Julio (Quito).

26	ottobre	1974.	Mons. Naranjo Gustavo (Quito).
»	»	»	Mons. Saavedra Moisés (Quito).
29	»	»	Mons. Bianchi Virgilio (Como).
»	»		Mons. Taube Iohannes (Paderborn).
30		»	Mons. Leguado Guerrero Mario (Cúcuta).
»	»		Mons. Manickanamparambil George (Ernakulam)
»	»		Mons. Thaliath Giuseppe (Ernakulam).
6	novembre		Mons. Bigi Athos (Reggio Emilia).
9	»	»	Mons. Posch Giuseppe (Graz-Seckau).
15	»	»	Mons. Bini Antonio (Pozzuoli).
»	»	»	Mons. Coppola Raffaello (Pozzuoli).
20			Mons. Bachini Giampiero (Lucca).
»	»		Mons. Mancini Pietro (Lucca).
23	»	»	Mons. Cortesi Egisto (Pescia).
5	dicembre		Mons. Dobberstein Alfons (Paderborn).
»	»	»	Mons. Gruse Kletus (Paderborn).
6		»	Mons. Cosentino Antonio (Catanzaro).
	»	»	Mons. Amos James (Saint Augustine).
»	»	»	Mons. James Joseph (Saint Augustine).
»	»		Mons. Logan Daniel B. (Saint Augustine).
10			Mons. Kramer Giovanni (Aachen).
13		»	Mons. Baldisseri Lorenzo (Pisa).
»	»	»	Mons. Moliner Ingles Ramiro (Zaragoza).
18	»		Mons. Aria Giuseppe (Alba).
»	»	»	Mons. Demaria Vittore (Alba).
10	gennaio	1975.	Mons. Tonucci Giovanni (Fano).
15	»	»	Mons. Mulligan Cirillo Pietro (Kilmore).
17	»	»	Mons. Basanieri Giovanni (Cortona).
»	»	»	Mons. Magi Benedetto (Cortona).
	»		Mons. Ricci Domenico (Cortona).

Gentiluomo di Sua Santità:

17 settembre 1974. Il sig. Donohue Daniel J. (Los Angeles).

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Paolo VI ha conferito:

La Gran Croce dell'Ordine Piano:

21 novembre 1974. Á S. E. Yoshioka Toshio *(Giappone).*

La Gran Croce dell'Ordine di san Silvestro Papa:

13	agosto	1974.	Al sig. Wenzl Ervinio (Linz).
27	settembre	»	Al sig. Maurer Andrea (Sankt Pölten).
14	ottobre	»	Al sig. Previdi Alfonso (Roma).

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha conferito :

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

9	**febbraio**	**1974.**	**Al sig. Seu Tommaso (Oristano).**
20	**aprile**	»	**Al sig. Pieper Joseph (Münster).**
21	**giugno**	»	**Al sig. Cajias Kauffman Huáscar (La Paz).**
15	**novembre**	»	**Al sig. Stingi Giuseppe (Bamberg).**
19	»	»	**Al sig. Crescente Cesare (Padova).**
28	»	»	**Al sig. Calvi Roberto (Milano).**
21	**gennaio**	**1975.**	**Al sig. Sciacca Michele Federico (Genova).**

La Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

9	**febbraio**	**1974.**	**Al sig. Paparello Bruno (Ferrara).**

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

18	**luglio**	**1973.**	**Al sig. Diaz Machicao Porfirio (La Paz).**
»	»		**Al sig. Rojas Tardío Jorge (La Paz).**
	»	»	**Al sig. de Mesa José (La Paz).**
8	**febbraio**	**1974.**	**Al sig. Baitani Paolo (Roma).**
»		»	**Al sig. Guidi Giovanni (Roma).**
»			**Al sig. Tomazzoli Giovanni (Roma).**
25	**marzo**	»	**Al sig. Di Giovanni Raffaele (Sessa Aurunca)**
21	**giugno**	»	**Al sig. Mazloum Iavvdat (Aleppo dei Latini).**
»	»		**Al sig. Megargane Leone (Aleppo dei Latini).**
»		»	**Al sig. Sioufi Giuseppe (Aleppo dei Latini).**
»	»	»	**Al sig. Pereira Fiorilo Juan (Cochabamba).**
»	»	»	**Al sig. Ramírez Velarde José (Cochabamba).**
	»	»	**Al sig. Fabbri Cohn Miguel Angel (La Paz).**
»	»	»	**Al sig. Velasco Medina Hugo (La Paz).**
o	**luglio**	»	**Al sig. Liedermann Helmut (Wien).**
23	**agosto**	»	**Al sig. Aigner Enrico (Aachen).**
»	»	»	**Al sig. Merz Giovanni Pietro (Aachen).**
»	»	»	**Al sig. Osner Carlo (Aachen).**
26	»	»	**Al sig. Ball William B. (Harrisburg).**
25	**settembre**		**Al sig. Fogli Cosroe (Ferrara).**
»	»	»	**Al sig. Rescazzi Alberto (Ferrara).**
»	»	»	**Al sig. Sgarbanti Romeo (Ferrara).**
29	»	»	**Al sig. Barbaro Luigi (Ravenna).**
10	**ottobre**	»	**Al sig. Grassi Angelo (Milano).**
8	**novembre**		**Al sig. Barber Michael J. (Steubenville).**
»	»	»	**Al sig. Hollern James (Steubenville).**
15	»	»	**Al sig. Valdez Alzamora Virgilio (Lima).**
17	»	»	**Al sig. Pezzinga Attilio *(Italia).***
5	**dicembre**	»	**Al sig. Accame Silvio (Roma).**
»	»	»	**Al sig. Petrocchi Massimo (Roma).**
6	»		**Al sig. Cecchele Giovanni (Padova).**

6	**dicembre**	**1974.**	**Al sig. Vignato Francesco (Padova).**
21	»	»	**Al sig. Mariani Vincenzo (Pescara).**
21	**gennaio**	**1975.**	**Al sig. Chang-Shu-Chi *{Cina).***
28	»	»	**Al sig. Lovo Paolo (Padova).**
»	»	»	**Al sig. Mioni Remigio (Padova).**
			Al sig. Rossato Gaetano Valentino (Padova).

27 *Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:*

4	**marzo**	**1974.**	**Al sig. Krusch Felice (Aachen).**
6	**aprile**	»	**Al sig. Adebago Taiwo Eduardo (Ibadan).**
»	»	»	**Al sig. Adedasu Adegbola Michele (Ibadan).**
	»	»	**Al sig. Onoghie Obemeada Giuseppe (Ibadan).**
8	**maggio**	»	**Al sig. Kerssemakers Emilio ('s-Hertogenbosch).**
»	»	»	**Al sig. Bieter Giuseppe ('s-Hertogenbosch).**
»	»	»	**Al sig. Van Iersel Rutger ('s-Hertogenbosch).**
21	»	»	**Al sig. Teigelack Giuseppe (Essen).**
2	**giugno**	»	**Al sig. Warner Enrico (Osnabrück).**
17	**luglio**	»	**Al sig. Nooren Giovanni A. (Breda).**
18	»	»	**Al sig. Villarreal Su&rez José (La Paz).**
»	»		**Al sig. Virreira Guzman Jaime (La Paz).**
26	**agosto**	»	**Al sig. Monse Giorgio (Münster).**
25	**settembre**	»	**Al sig. Diaz Conrado P. (Manila).**
»	»	»	**Al sig. Estrada Aristón (Manila).**
	»	»	**Al sig. Padilla Teodoro, Jr. (Manila).**
	»	»	**Al sig. Palanca Macario G. (Manila).**
»	»	»	**Al sig. Rufino Ernesto (Manila).**
»	»	»	**Al sig. Massarenti Tiberio Secondo (Ravenna).**
8	**ottobre**	»	**Al sig. Anne Giovanni L. M. ('s-Hertogenbosch).**
10		»	**Al sig. Van den Biggelaar Roberto Benedetto (Haarlem).**
»	»	»	**Al sig. Adang Antonio G. V. ('s-Hertogenbosch).**
	»	»	**Al sig. Knegtel Pietro G. ('s-Hertogenbosch).**
»	»	»	**Al sig. Taminiau Antonio ('s-Hertogenbosch).**
17	»		**Al sig. Racineux Jean (Nantes).**
6	**novembre**	»	**Al sig. Loncke Aimé (Brügge).**
»			**Al sig. Bruschini Sauveur (Marseille).**
»	»	»	**Al sig. Van den Broek Pietro (Mechelen-Brussel).**
»			**Al sig. Bolle Alfredo (Tournai).**
8			**Al sig. Brennan Carlo Giuseppe (Dublin).**
»	»		**Al sig. Jennings Patrizio Cristoforo (Dublin).**
»		»	**Al sig. O'Donnell Davy Eugenio (Dublin).**
»	»	»	**Al sig. Walker William (Madison).**
9		»	**Al sig. Calcagnini Giuseppe (Roma).**
20	»	»	**Al sig. Hutscemaekers Adolfo (Roermond).**
23	»	»	**Al sig. Vattovani Francesco (Trieste).**

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Silvestro Papa:

13	agosto	1974.	Al sig. Berlinger Georg (München und Freising).
27	settembre		Al sig. Ludwig Siegfried (Sankt Pölten).
4	novembre	»	Al sig. Lillig Ludwig (München und Freising).
»	»	»	Al sig. Messerschmid Felix (München und Freising).
»		»	Al sig. Nentwig Giorgio (München und Freising).

La Placca dell'Ordine di san Silvestro Papa:

15	luglio	1974.	Al sig. Flores Joseph (Agaña).

La Commenda dell'Ordine di san Silvestro Papa:

18	maggio	1974.	Al sig. Lebens Giuseppe (Roermond).
»	giugno	»	Al sig. Jacquier Francesco (Marseille).
13	agosto		Al sig. Peretti Feiice (Alghero).
»	»	»	Al sig. Daniskas Giovanni (Rotterdam).
5	settembre	»	Al sig. Biaggi Giovanni *(Svizzera).*
26			Al sig. Scarpelli Mario (Firenze).
	»	»	Al sig. Falcone Antonio (Ortona).
»	»	»	Al sig. Telia Rocco (Ortona).
27	»	»	Al sig. Grunzweig Leopoldo (Sankt Pölten).
8	ottobre		Al sig. Oieri Tommaso (Lanciano).
»	»	»	Al sig. Durante Stefano (Lanciano).
11	»	»	Al sig. Mathis Bruno (Wien).
15	»	»	Al sig. Ferrari Silvestro (Cremona).
17		»	Al sig. Basile Claudio (Aquino - Sora - Pontecorvo).
»			Al sig. Sparagana Luigi (Aquino - Sora - Pontecorvo).
		»	Al sig. Bongiorni Piero (Piacenza).
26		»	Al sig. Gautier Pabloa (Santiago de Chile).
»		»	Al sig. Gutiérrez Eyzaguirre Ramón (Santiago de Chile)
»		»	Al sig. Joannon Luis (Santiago de Chile).
	»	»	Al sig. Marquez de la Plata Rodrigo (Santiago de Chile)
29		»	Al sig. Lotterio Angelo (Milano).
		»	Al sig. Benvenuti Michele (San Miniato).
»		»	Al sig. Ercolani Renato (San Miniato).
4	novembre		Al sig. Lillig Ludwig (München und Freising).
9	»	»	Al sig. Surace Giovanni (Roma).
»			Al sig. Knijff Giovanni Francesco (Rotterdam).
23		»	Al sig. Rinaldi Zelino (Colle Val d'Elsa).
			Al sig. Cerina Carlo (Parma).
	»	»	Al sig. De Domenico Antonio (Roma).
		»	Al sig. Raimone Pietro (Roma).
»	»		Al sig. Talamazzi Ugo (Vasto).
30	dicembre	»	Al sig. Belvederesi Edoardo (Roma).
17	gennaio	1975.	Al sig. Garofalo Francesco (Siena).
»	»	»	Al sig. Venturini Mario (Siena).

II Cavalierato dell'Ordine di san Silvestro Papa:

26	febbraio	1972.	Al	sig. Baeckelmans Frans (Antwerpen).
2	aprile	»	Al	sig. Glasson Pierre (Mechelen Brüssel).
»	»	»	Al	sig. Leemans Edward J. (Mechelen Brüssel).
»	»	»	Al	sig. Moullon René (Mechelen Brüssel).
»	»	»	Al	sig. Thalman Louy (Mechelen Brüssel).
20	dicembre	»	Al	sig. Van Gehuchten Paul (Mechelen Brüssel).
8	aprile	1974.	Al	sig. Foluso Oluwanise Giuseppe (Ibadan).
»	»	»	Al	sig. Yemitan Asayi Giovanni (Ibadan).
10	»	»	Al	sig. Sommer Giuseppe (Aachen).
8	maggio	»	Al	sig. Van Lierop Giovanni A. ('s-Hertogenbosch).
21	»	»	Al	sig. Van Eyll Teodoro (Essen).
1	giugno	»	Al	sig. Galea Giuseppe (Malta).
»		»	Al	sig. Mallia Paolo (Malta).
21		»	Al	sig. Balummel Manick Edward (Oochin).
28	»	»	Al	sig. Kurisinkal Burleigh Jacob (Oochin).
»		»	Al	sig. Lenthaparampil Mani Thomas (Oochin).
10	luglio	»	Al	sig. Reilinger Giovanni (Sankt Pölten).
15	»	»	Al	sig. Acosta Calvo Manuel (Agaña).
»	»	»	Al	sig. Camacho Dueñas Judge Cristóbal (Agaña).
»	»	»	Al	sig. Pangelinan Cruz Francisco (Agaña).
	»	»	Al	sig. Pérez Frank D. (Agaña).
»	»	»	Al	sig. Pérez Guerrero Enrique (Agaña).
	»	»	Al	sig. Reyes William S. (Agaña).
	»	»	Al	sig. Lujan San Nicolas Lucas (Agaña).
»	»	»	Al	sig. Sgro Peter (Agaña).
	»	»	Al	sig. Ververgaart Carlo Pietro (Roermond).
»	»	»	Al	sig. Van der Horst Carlo T. B. ('s-Hertogenbosch)
	»	»	Al	sig. Van Grunsven Adriano L. ('s-Hertogenbosch).
»	»	»	Al	sig. Kast Agostino (Spira).
17	»	»	Al	sig. Rinaldi Roberto (Tortona).
22	»		Al	sig. Wallinger Odo (Salzburg).
25	settembre	»	Al	sig. Scaramelli Raul (Ferrara).
	»	»	Al	sig. Tassinari Roberto (Ferrara).
»	»	»	Al	sig. Alcobendas Manuel (Manila).
	»	»	Al	sig. de Guzman Fortunato M. (Manila).
	»	»	Al	sig. Laurei Mariano H. (Manila).
»	»	»	Al	sig. Ortigas Francisco, Jr. (Manila).
»	»	»	Al	sig. Nery Martin S. (Manila).
		»	Al	sig. Sisón Agerico M. (Manila).
8	ottobre	»	Al	sig. Bordallo Alfredo Thomas (Agaña).
	»	»	Al	sig. Houben Giuseppe C. U. (Breda).
»	»	»	Al	sig. Meyer Giovanni J. H. (Utrecht).
10	»	»	Al	sig. Capobianco Giuseppe (Caracas).
»	»	»	Al	sig. Lawrence Simons (Raleigh).
	»	»	Al	sig. Castermans Uberto (Roermond).
»	»	»	Al	sig. Hermans Giovanni J. H. M. (Roermond).
	»		Al	sig. Van der Velden Adriano (Rotterdam).

10	ottobre	1974.	Al sig.	Oxtoby Federico Giuseppe (Salford).
»	»	»	Al sig.	Van Gurp Guglielmo Oristino Giovanni ('s-Hertogenbosch).
»	»		Al sig.	Woerdeman Enrico ('s-Hertogenbosch).
4	novembre		Al sig.	Hipp Nikolaus (München und Freising).
			Al sig.	Dillschneider Alois (Trier).
			Al sig.	Teusch Walter (Trier).
6			Al sig.	Malaspina Giuseppe (Roma).
»			Al sig.	Masselli Pietro (Roma).
»			Al sig.	Basseneur Julien (Tournai).
8			Al sig.	Bonfrate Angelo (Roma).
9			Al sig.	Zuccari Vittorio (Roma).
20			Al sig.	Gullo Giovanni *(Italia)*.
6	dicembre		Al sig.	Stefanizzi Umberto (Roma).
12	»		Al sig.	Kerins James Patrick (Washington).
20	»		Al sig.	De Guchteneer Raoul (Mechelen-Brussel).
»	»		Al sig.	Kivits Maurice (Mechelen-Brussel).

NECROLOGIO

21	gennaio	1975.	Mons.	Berutti Tommaso, Vescovo tit. di Cuse,
5	febbraio	»	Mons.	Maradan Marcel Olivier, già Vescovo di Port Victoria (Seychelles).
	»	»	Mons.	Addazi Giuseppe Maria, Arcivescovo tit. di Risinio.
	)>	»	Mons.	Le Couëdic Julien, già Vescovo di Troyes.
11	»	»	Mons.	Ciuchini Adolfo, già Vescovo di Alghero.
20	»	»	Mons.	Larrañaga Lasa Ignacio Gregorio, Vescovo di Pingliang.
27	»	»	Mons.	Stété Iwannis Georges, Arcivescovo tit. di Bosra.
	»	»	Mons.	van de Kerckhove Camille, Vescovo di Bikoro.
5	marzo	»	Mons.	Piérard Henri Joseph, già Vescovo di Butembo-Beni.
12	»	»	Mons.	Llosa Jean Baptiste Adrien, già Vescovo di Ajaccio.
17	»	»	Mons.	Silva Santiago Alfredo, già Arcivescovo di Concepción *(Cile)*.

An. et vol. LXVII 30 Aprilis 1975 N. 4

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA PAULI PP. VI

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

BALANGENSIS

In Insulis Philippinis nova dioecesis conditur, nomine « Balangensis ».

PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quoniam ad recte universum Christi gregem gubernandum Nobis sunt aptiora in dies incepta suscipienda, sententiam accipiendam esse putavimus Conferentiae Episcopalis Insularum Philippinarum, quae videlicet, de consensu Venerabilis Fratris Aemilii Cinense, Episcopi Sancti Ferdinandi, ab hac Apostolica Sede petiit, ut, quodam ex hac eadem dioecesi territorio separato, nova conderetur ecclesiastica circumscriptio. De consilio igitur sive Venerabilis Fratris Brunonis Torpigliani, Archiepiscopi titulo Mallianensis atque in Insulis Philippinis Apostolici Nuntii, sive Sacrae Congregationis pro Episcopis, sequentia decernimus. A dioecesi Sancti Ferdinandi, quam diximus, territorium separamus civilis provinciae « Bataan » appellatae eoque dioecesim constituimus nomine ***Balangensem,*** cuius fines iidem erunt ac civilis provinciae « Bataan » ; sedes in urbe, quam « Balanga » appellant ; episcopalis magisterii cathedra in templo Deo dicato in honorem Sancti

Ioseph, quod in eadem urbe exstat, congruis eidem tributis iuribus et privilegiis. Episcopis vero, praeterquam iura debita damus, obligationes imponimus eorundem officiorum propria. Conditam praeterea dioecesim suffraganeam facimus metropolitanae Sedi Sancti Ferdinandi; item Episcopum iurisdictioni Metropolitae subdimus. Mensa episcopalis constabit Curiae emolumentis, fidelium sponte oblatis pecuniis atque bonis, quae dioecesi ob venient ad normam canonis 1500 C. I. C. Consultores dioecesani ad normam iuris deligantur, usque dum Canonicorum collegium per alias sub plumbo Litteras non condatur. Ad Seminarium quod attinet, serventur praescripta communis iuris, normae Decreti Concilii Vaticani II ((Optatam totius » ac peculiares Sacrae Congregationis pro Institutione Catholica regulae. De sacerdotibus statuimus, ut, hisce Litteris ad effectum adductis, Ecclesiae illi censeantur addicti, in cuius territorio officium vel beneficium habeant; ceteri vero sacerdotes, clerici Seminariique tirones ei, in qua legitime degant. Denique omnia documenta, quae ad novam dioecesim pertinent, a Curia Sancti Ferdinandi ad Balangensem transferantur, in tabulario custodienda. Haec quae praescripsimus ad effectum adducat Venerabilis Frater Bruno Torpigliani, quem diximus, vel ab eo delegatus sacerdos, suetaque documenta exaranda curet, ad Sacram Congregationem pro Episcopis mittenda, de more signata sigilloque impressa. Has vero Litteras ratas omnino esse volumus, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die septimo decimo mensis Martii, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo quinto, Pontificatus Nostri duodecimo.

IOANNES Card. VILLOT
Secretarius Status

SEBASTIANUS Card. BAGGIO
S. Congr. pro Episcopis Praefectus

Godefridus Mariani, ***Proton. Apost.***

Ioannes Coppa, ***Proton. Apost. s. n.***

Loco SB Plumbi

In Secret. Status tab., n. 277992.

II

SANCTI FERDINANDI

In Insulis Philippinis provincia ecclesiastica « Sancti Ferdinandi » constituitur.

PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Aptam Ecclesiarum seu dioecesium dispositionem maxime ad fidelium utilitatem et bonum conferre nemo est quin videat, cum praesertim de iis agatur, quae nimis pateant territorio. Hac propterea mente ducti, sententiam accipiendam esse putavimus Conferentiae Episcopalis Insularum Philippinarum simulque vota, ut ex ecclesiasticis provinciis Manilensi et Lingayensi-Dagupanensi alia quaedam constitueretur. Explorato igitur quid hoc super negotio sentirent Venerabiles Fratres Archiepiscopi Manilensis et Lingayensis-Dagupanensis, necnon Apostolicus in Insulis Philippinis Nuntius, seu Venerabilis Frater Bruno Torpigliani, Archiepiscopus titulo Mallianensis, ac demum Venerabilis Frater Noster S. R. E. Cardinalis Praefectus Sacrae Congregationis pro Episcopis, sequentia decernimus. Apostolica Nostra potestate dioecesim Sancti Ferdinandi a provincia ecclesiastica Manilensi separamus eamque ad archiepiscopalis et metropolitanae gradum evehimus, iustis tributis privilegiis. Venerabilem autem Fratrem Aemilium Cinense, adhuc Episcopum Sancti Ferdinandi, dignitate Archiepiscopi atque Metropolitae eiusdem Sedis insignimus, iustis cum iuribus. Sic conditam provinciam archidioecesis Sancti Ferdinandi tamquam metropolitana constituet, ac sequentes Ecclesiae tamquam suffraganeae : dioecesis Tarlacensis, a provincia ecclesiastica Lingayensi-Dagupanensi separata ; dioecesis Balangensis, hac ipsa die condita; praelatura Ibana, a provincia ecclesiastica Manilensi separata. Haec omnia ad effectum adducat Venerabilis Frater Bruno Torpigliani, quem diximus, vel ab eo delegatus sacerdos. Qui vero negotium perfecerit, congrua documenta de more exaret eaque ad Sacram Congregationem pro Episcopis mittat, rite

signata sigilloque impressa. Has Litteras sive nunc sive in posterum ratas esse volumus, contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die septimo decimo mensis Martii, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo quinto, Pontificatus Nostri duodecimo.

IOANNES Card. VILLOT
Secretarius Status

SEBASTIANUS Card. BAGGIO
S. Congr. pro Episcopis Praefectus

Godefridus Mariani, ***Proton. Apost.***

Ioannes Coppa, ***Proton. Apost. s. n.***

Loco £g Plumbi

In Secret. Status tab., n. 217992.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Venerabilis Dei famula Maria Eugenia a Iesu, Conditrix Sororum ab Assumptione B. M. V., Beatorum honoribus decoratur.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Arcana verba quae discipulis suis Iesus fecit de seminis virtute, quod ((cecidit in terram bonam et ortum fecit fructum centuplum » ***(Lc.* 8, 8),** ad venerabilem Dei famulam Mariam Eugeniam a Iesu Milleret de Brou referri videntur, Conditricem Instituti Sororum ab Assumptione Beatae Mariae Virginis. Ubi primum, enim, eius in animo, tamquam in fertilissimo agro, supernae veritatis et lucis semina iacta sunt, eadem et germinaverunt uberrime et in laetos creverunt fructus. Haec tamen Ecclesiae alumna tam demisse vitam degit, ut, quo ad graviora et exteriora ineunda incepta incitaretur, eo magis studerei abscondita esse cum Christo in Deo (cfr. ***Gol.*** 3, 3) ; quae pro suo animarum quaerendarum ardore, exiguum putabat universum ipsum mundum, ad eum Christo lucrifaciendum, eadem sibi proposuit praecipue et firmissime, ut per adsiduum vitae silentium perque diu productas ad Augustum

altaris Sacramentum precationes, christianae puellarum educationi operam dare valeret, multiplicem et efficacem. Anna Eugenia Milleret de Brou in Galliae urbe vulgo Metz nata est, anno MDCCCXVII, die xxvi mensis Augusti et die v mensis Octobris baptizata. Parentes eius, qui sive copiis abunde affluebant sive magna utebantur cum rei publicae rectoribus necessitudine, catholicae fidei prorsus neglegentes erant. Haud igitur mirum, quod nulla, nisi humana et civili educatione instituta ea sit. Duodecim tamen cum esset annorum, ad mensam Eucharisticam ex communi consuetudine accessit, qua occasione interiore quadam impulsione mota est, ut sese uni Deo per Iesum Christum dederet sanctaeque Ecclesiae utilitati omnimode consuleret. Post puerilem aetatem, ea quae gravia et aerumnosa mortalis haec vita quandoque destinat hominibus, ipsamet tulit : rerum nempe familiarium eversionem, prolapsam patrem inter et matrem coniugalem consensionem, duorum fratrum ipsiusque matris necopinatum obitum, atque patris a filiis discessus, qui ad alia plerumque intentus erat. Hoc satis longo tempore, parum cum evangelica lege Annae Eugeniae vitae ratio congruit ; potiora enim terrena habebat quam caelestia, inania potius insequebatur quam severa. At christianam propemodum neglectam fidem Lutetiae Parisiorum superna Dei gratia invenit, atque inveniam copiosius in dies aluit, sacrorum Christi administrorum consiliis et incitamentis usa; quos inter ille in primis est recensendus sacer orator idemque celeberrimus, Henricus Dominicus Lacordaire, atque Theodorus Combalot, navus quidem, at parum fortasse, in apostolice operando prudens sacerdos. Ut primum facta est de regno Dei in hominum societatem prolatando et stabiliendo sollicita, tam praeclarum consilium ad effectum adducere constituit per puellarum educationem, nobilioris praesertim coetus, maximopere fore confisa, ut mulierum praecipue opera, humanis simulque religiosis disciplinis excultarum, ad christianae familiae efformationem et ad societatis civilis in Christo renovationem deveniretur. Duos igitur cum esset et viginti annos nata, suadente atque instante Theodoro Combalot, quem diximus, tribusque sibi consociatis mulieribus, Congregationi initium dedit, cuius sodales id sibi proponerent, ut se Deo sacris nuncupatis votis manciparent, utque puellas non solum ad humanas disciplinas, sed ad omnes etiam animi virtutes educarent optimisque imbuerent moribus, cum Evangelii norma omnino congruentibus. Exinde Anna Eugenia religiosum nomen sumpsit Mariam Eugeniam a Iesu. Inceptum opus in multas difficultates occurrit et impeditiones, quas firmissima in Deum fide superare illa valuit. Tantillam tamen huiusmodi

religiosarum mulierum familiam, Beatae Mariae Virgini in caelum Assumptae consecratam, Dei numine ita paulatim augeri laeta conspexit atque magis in dies et annos eiusdem sanctimoniales multiplicari, ut Galliae atque Europae fines Congregatio excesserit. Conditam Congregationem ab Apostolica Sede a. MDCCCLXXXVIII ad tempus, ut dicitur, probatam, Maria Eugenia a Iesu prudenter et sapienter moderata est, ad extremum fere usque vitae limen; ob provectae enim aetatis incommoda, laboris non autem amoris officium relinquere coacta fuit. Aegritudine tandem oppressa, Christo quasi confixa cruci (cf. ***Gal.*** 2, 19), supremum diem obiit, die ix mensis Martii anno MDCCCXCVIII. Quodsi tantae religiosae mulieris animi virtutes paucis perstringere et significare velimus, haec praecipue declaranda esse aestimamus : mira eam erga Deum flagrasse caritate ardentique studio omnimode in Christo fratribus consulere; in rebus adversis patientem fuisse, summe in prosperis providenti Deo gratam ; animo praeterea demissam, eoque magis quo ob inceptuum numerum et gravitatem maiore admiratione afficiebatur et laude; morum denique innocentia et integritate insignem. Adeo autem eius fama sanctitatis magis magisque post piissimam mortem crevit ut de eadem ad Beatorum honores evehenda loqui coeptum sit. Ad hoc igitur, processibus ordinariis constructis, introducta Causa est, die xvn mensis Aprilis, anno MCMXL; atque, post rite institutos apostolicos processus eosque feliciter absolutos, Ioannes XXIII fel. rec. proximus Decessor Noster, plane constare aestimavit de virtutibus theologalibus et cardinalibus a famula Dei Maria Eugenia a Iesu heroum in modum cultis ; quod decreto factum est, die xxv mensis Iunii edito, anno MCMLXI. Exercita deinde est quaestio de duobus miraculis quae, eiusdem famulae Dei patrocinio invocato, superne ferebantur patrata. Nos autem, precibus acceptis ut unum tantum ad eius beatificationem sufficiens esse sineremus, die i mensis Martii, superiore anno, de peculiari miraculo ediximus a Deo patrato, intercedente Maria Eugenia a Iesu. Ad beatificationis vero caeremonias peragendas diem statuimus, quibus Ipsimet in Petriano templo laete praefuimus ; atque inter Missarum sollemnia, quibus ut praesideret Venerabili Fratri Nostro Francisco S. R. E. Cardinali Marty, Archiepiscopo Parisiensi, facultatem permisimus, haec verba protulimus : « Nos, vota fratris nostri Francisci Cardinalis Marty, Archiepiscopi Parisiensis, necnon plurium aliorum fratrum in Episcopatu, multorumque Christifidelium explentes, de Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum consulto, auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus, ut Venerabilis Serva Dei Maria

Eugenia Milleret de Brou Beatae nomine in posterum appelletur, eiusque festum die ipsius natali decima Martii, in locis et modis iure statutis, quotannis celebrari possit ». Apostolicas has Litteras sive nunc sive in posterum ratas esse iubemus vinique suam habere, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die ix mensis Februarii, anno MCMLXXV, Pontificatus Nostri duodecimo.

IOANNES Card. VILLOT, ***Secretarius Status***

Loco £8 **Sigilli**

In Secret. Status tab., n. 278979.

II

Delegatio Apostolica in Antillis constituitur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Quoniam pro universalis Patris et Pastoris officio ea incepta inire studemus, quae ad maiorem usque catholicarum rerum consequendam utilitatem conducant, Nos votis et precibus accedendum esse putavimus Archiepiscoporum et Episcoporum, qui tam naviter tamque diligenter in Antillis operantur. **Ab** Apostolica enim hac Sede postulaverunt, ut iis in regionibus Delegatio Apostolica rite constitueretur. Quapropter, re qua oportebat consideratione reputata, auditaque sententia Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione, Delegationem Apostolicam in Antillis condimus eidemque omnia et singula iura et privilegia deferimus, quae solent huiusmodi Sedis Apostolicae legationibus conferri. Decernimus praeterea, ut constitutae Delegationis Apostolicae sedes in urbe vulgo Port-au-Prince cognominata ponatur. Quae vero per has Litteras statuimus firma esse et fore volumus, vimque suam habeant; contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die xix mensis Martii, anno MCMLXXV, Pontificatus Nostri duodecimo.

IOANNES Card. VILLOT, ***Secretarius Status***

Loco £8 **Sigilli**

In Secret. Status tab., n. 277875.

CONVENTIO

INTER APOSTOLICAM SEDEM ET SARAVICAM CIVITATEM DE SCHOLIS CATHOLICIS

ACCORDO

fra la Santa Sede ed il Saarland circa le scuole private in gestione della Chiesa Cattolica.

La Santa Sede,

rappresentata dal suo Plenipotenziario, Monsignore Corrado Bafile, Arcivescovo titolare di Antiochia di Pisidia, Nunzio Apostolico in Germania,

e

il Saarland,

rappresentato dal Signor Dr. Franz Josef Röder, Presidente dei Ministri,

in considerazione del fatto che in campo scolastico sono state introdotte notevoli modifiche, che toccano le vigenti norme concordatarie,

e guidati dal desiderio di mantenere e promuovere le amichevoli relazioni esistenti tra la Chiesa Cattolica ed il Land,

hanno convenuto sui seguenti articoli:

Articolo **1**

Alla Chiesa Cattolica resta garantito il diritto di istituire scuole e di gestirle in

VERTRAG

zwischen dem Heiligen Stuhl und dem Saarland über die Privatschulen in Trägerschaft der Katholischen Kirche.

Der Heilige Stuhl,

vertreten durch dessen Bevollmächtigten, den Herrn Apostolischen Nuntius in Deutschland, Dr. Corrado Bafile, Titularerzbischof von Antiochien in Pisidien,

und

das Saarland,

vertreten durch den Herrn Ministerpräsidenten Dr. Franz Josef Röder,

sind in Anbetracht der Tatsache, daß im Bereich des Schulwesens weitgehende Änderungen vorgenommen worden sind, welche die geltenden konkordatären Bestimmungen berühren,

und geleitet von dem Wunsch, die bestehenden freundschaftlichen Beziehungen zwischen der Katholischen Kirche und dem Land aufrechtzuerhalten und zu fördern,

über folgende Bestimmungen übereingekommen:

Artikel **1**

Der Katholischen Kirche bleibt das Recht gewährleistet, Schulen in eigener

proprio. Queste scuole sono equiparate in rango alle scuole pubbliche.

Articolo 2

Nell'ambito delle generali provvidenze in favore delle scuole in gestione libera il Saarland accorderà il suo aiuto alle scuole in gestione della Chiesa Cattolica.

Articolo 3

Le scuole in gestione della Chiesa Cattolica, che a norma delle prescrizioni statali siano riconosciute dallo Stato e operino su base di pubblica utilità, a richiesta dell'ente gestore vengono favorite mediante sovvenzioni della pubblica finanza, come pure mediante l'assegnazione di personale insegnante statale.

Articolo 4

Per le ***Grundschulen, Hauptschulen*** e ***Sonderschulen (Volksschulen)*** in gestione della Chiesa Cattolica, il Land rimborsa l'importo delle spese di personale e delle altre spese correnti, che viene computato alla stregua di quello per le scuole pubbliche. Per le altre scuole in gestione della Chiesa Cattolica, aventi funzione di scuola pubblica ***(Ersatzschulen),*** il Land rimborsa almeno il novanta per cento di detto importo.

Articolo **5**

Sulle spese, riconosciute come sovvenzionatoli, di lavori approvati dall'Autorità scolastica per nuova costruzione, trasformazione ed ampliamento di edifici ed impianti scolastici, come pure sulle spese di primo arredamento, l'ente gestore riceve un contributo, che per ***Grund-***

Trägerschaft einzurichten und zu betreiben. Diese Schulen sind den öffentlichen Schulen im Range gleichgestellt.

Artikel 2

Das Saarland wird im Rahmen der allgemeinen Förderung der Schulen in freier Trägerschaft den Schulen in Trägerschaft der Katholischen Kirche seine Hilfe angedeihen lassen.

Artikel 3

Schulen in Trägerschaft der Katholischen Kirche, die nach Maßgabe der staatlichen Vorschriften anerkannt sind und auf gemeinnütziger Grundlage arbeiten, werden auf Antrag des Schulträgers durch öffentliche Finanzhilfe sowie durch die Zuweisung staatlicher Lehrkräfte gefördert.

Artikel 4

Für Grund-, Haupt- und Sonderschulen (Volksschulen) in Trägerschaft der Katholischen Kirche ersetzt das Land den Aufwand für die fortdauernden Personal- und Sachkosten, der sich nach dem der öffentlichen Schulen bemißt. Für die sonstigen Ersatzschulen in Trägerschaft der Katholischen Kirche ersetzt das Land mindestens 90 vom Hundert dieses Aufwandes.

Artikel **5**

Zu den als zuschußfähig anerkannten Kosten für schulaufsichtlich genehmigte Neu-, Um- und Erweiterungsbauten von Schulgebäuden und Schulanlagen sowie deren Ersteinrichtung erhält der Schulträger einen Beitrag, der bei Grund-, Haupt- und Sonderschulen (Volksschu-

schulen, Hauptschulen e ***Sonderschulen (Volksschulen)*** ammonta all'ottanta per cento, e per le altre scuole ammonta al cinquanta per cento.

Articolo 6

Per la frequenza di una ***Grundschule, Orientierungsstufe, Hauptschule*** o ***Sonderschule*** in gestione della Chiesa Cattolica, che sono sovvenzionate dalla pubblica finanza, il Land rimborsa, su richiesta, all'ente gestore le spese necessarie per il trasporto degli alunni nel senso delle prescrizioni vigenti per le scuole pubbliche, fino all'ammontare che verrebbe corrisposto in caso di frequenza della pubblica ***Grundschule, Orientierungsstufe, Hauptschule*** o ***Sonderschule*** frequentata dagli alunni del luogo.

Articolo 7

Agli alunni di scuole in gestione della Chiesa Cattolica, aventi funzione di scuola pubblica, il Land concede gratuitamente i sussidi didattici nella stessa misura che agli alunni di corrispondenti scuole pubbliche.

Articolo 8

Su richiesta dell'ente gestore la competente Autorità scolastica del Land assegna maestri statali per il servizio di scuole in gestione della Chiesa Cattolica, continuando a corrispondere loro il trattamento economico. L'assegnazione ha luogo d'accordo con l'ente gestore e col consenso dell'insegnante.

Articolo 9

Il Land garantisce alla Chiesa l'erezione ed il funzionamento di un Istituto per il

len) 80 vom Hundert, bei den sonstigen Schulen 50 vom Hundert beträgt.

Artikel 6

Für den Besuch einer Grundschule, Orientierungsstufe, Haupt- oder Sonderschule in Trägerschaft der Katholischen Kirche, für die staatliche Finanzhilfe geleistet wird, erstattet das Land dem Schulträger auf Antrag die notwendigen Kosten für die Beförderung der Schüler im Sinne der für öffentliche Schulen geltenden Vorschriften bis zu dem Betrag, der durch den Besuch der zuständigen öffentlichen Grundschule, Orientierungsstufe, Haupt- oder Sonderschule zu gewähren wäre.

Artikel 7

Das Land gewährt den Schülern von Ersatzschulen in Trägerschaft der Katholischen Kirche in gleichem Umfang Lernmittelfreiheit wie den Schülern entsprechender öffentlicher Schulen.

Artikel 8

Die zuständige Schulaufsichtsbehörde des Landes weist auf Antrag des Schulträgers den Schulen in Trägerschaft der Katholischen Kirche staatliche Lehrer unter Fortzahlung der Dienstbezüge zur Dienstleistung zu. Die Zuweisung geschieht im Einvernehmen mit dem Schulträger und bedarf der Zustimmung des Lehrers.

Artikel 9

Das Land gewährleistet die Errichtung und den Betrieb eines Lehrerfort- und

perfezionamento dei maestri. Tale Istituto è in linea di principio equiparato nel rango ad analoghi Istituti statali. Esso riceve dalla pubblica finanza una sovvenzione in congrua misura.

Articolo 10

Se in futuro sorgesse qualche divergenza a motivo dell'interpretazione o della pratica applicazione di queste norme, o se in futuro nuovi criteri pedagogici dovessero richiedere modifiche strutturali nell'ambito della scuola, la Santa Sede ed il Saarland procederanno di comune intesa ad una soluzione amichevole.

Articolo 11

Il presente Accordo, i cui testi italiano e tedesco fanno egualmente fede, dovrà essere ratificato e gli Istrumenti della ratifica dovranno quanto prima essere scambiati in Saarbrücken.

Esso entrerà in vigore il giorno dello scambio di detti Istrumenti.

In fede di che il presente Accordo è stato sottoscritto in doppio originale.

Bonn - Bad Godesberg, 21 febbraio 1975

CORRADO BAPILB
Nunzio Apostolico

-Weiterbildungswerkes in kirchlicher Trägerschaft. Dieses ist entsprechenden staatlichen Einrichtungen grundsätzlich im Range gleichgestellt. Es erhält eine angemessene öffentliche Finanzhilfe.

Artikel 10

Sollte sich in Zukunft wegen der Auslegung oder der praktischen Anwendung dieser Regelungen eine Meinungsverschiedenheit ergeben oder sollten in Zukunft neue pädagogische Erkenntnisse strukturelle Änderungen auf dem Gebiet des Schulwesens erforderlich machen, so werden der Heilige Stuhl und das Saarland in gemeinsamem Einvernehmen eine freundschaftliche Lösung herbeiführen.

Artikel 11

Dieser Vertrag, dessen italienischer und deutscher Text gleiche Kraft haben, soll ratifiziert und die Ratifikationsurkunden sollen möglichst bald in Saarbrücken ausgetauscht werden.

Er tritt mit dem Tage des Austausches in Kraft.

Zu Urkund dessen ist dieser Vertrag in doppelter Urschrift unterzeichnet worden.

Bonn - Bad Godesberg, 21. Februar 1975

DR. FRANZ JOSEF RÖDER
Ministerpräsident

PROTOCOLLO ADDIZIONALE

Nell'atto di sottoscrivere l'Accordo oggi concluso fra la Santa Sede ed il Saarland, sono state fatte le seguenti concordi dichiarazioni che costituiscono parte integrante dell'Accordo stesso :

Circa l'articolo **1 :**

Le scuole in gestione della Chiesa Cattolica, nello stabilire il regolamento per la frequenza, sono autorizzate a tener conto del proprio specifico fine formativo ed educativo.

Circa l'articolo **2 :**

Il concetto « scuole in gestione della Chiesa Cattolica », adibito nell'articolo **2,** comprende le scuole gestite da organizzazioni ecclesiastiche o da associazioni cattoliche, canonicamente riconosciute come enti gestori di scuole.

Circa l'articolo **3 :**

Ad una scuola autorizzata come ***Ersatzschule*** , la quale dia garanzia di soddisfare in modo stabile alle esigenze imposte alle corrispondenti scuole pubbliche, deve esser concessa, dietro richiesta dell'ente gestore, la qualifica di ***Ersatzschule*** riconosciuta dallo Stato.

Le sovvenzioni da parte della pubblica finanza per ***Grundschulen, Hauptschulen*** e ***Sonderschulen ('Volksschulen)*** vengono concesse, su richiesta, sin dal momento della autorizzazione statale.

Circa l'articolo **4 :**

Le spese correnti di personale comprendono il trattamento economico per il

ZUSATZPROTOKOLL

Bei der Unterzeichnung des am heutigen Tage geschlossenen Vertrages zwischen dem Heiligen Stuhl und dem Saarland sind folgende übereinstimmende Erklärungen abgegeben worden, die einen integrierenden Bestandteil des Vertrages bilden :

Zu Artikel **1:**

Schulen in Trägerschaft der Katholischen Kirche sind berechtigt, den Besuch der Schule unter Berücksichtigung ihres besonderen Bildungs- und Erziehungsziels zu regeln.

Zu Artikel **2 :**

Der in Artikel **2** verwendete Begriff »Schulen in Trägerschaft der Katholischen Kirche« umfaßt die Schulen, die von kirchlichen Organisationen oder katholischen Vereinigungen getragen werden, die kirchenrechtlich als Schulträger anerkannt werden.

Zu Artikel **3:**

Einer staatlich genehmigten Ersatzschule, die die Gewähr bietet, daß sie dauernd die an entsprechende öffentliche Schulen gestellten Anforderungen erfüllt, ist auf Antrag des Schulträgers die Eigenschaft einer staatlich anerkannten Ersatzschule zu verleihen.

Die öffentliche Finanzhilfe für Grund-, Haupt- und Sonderschulen (Volksschulen) wird auf Antrag schon vom Zeitpunkt der staatlichen Genehmigung an gewährt.

Zu Artikel **4:**

Die fortdauernden Personalkosten umfassen die aktiven Bezüge sowie die AI-

servizio attivo come pure la previdenza per la vecchiaia e per i superstiti a favore del personale addetto all'insegnamento e all'amministrazione. Per persone che esercitano l'insegnamento nella loro qualità di religiosi, il computo di dette spese viene eseguito sulla base del trattamento economico medio.

ters- und Hinterbliebenenversorgung des Personals im Lehr- und Verwaltungs bereich. Sie werden bei Personen, die als Ordensangehörige den Lehrberuf ausüben, nach Durchschnittsbezügen berechnet.

Circa l'articolo 5 :

Nell'ordine di urgenza i progetti di costruzioni non vengono posposti ad analoghi piani per scuole pubbliche.

Se nel territorio assegnato agli enti gestori di pubbliche *Grundschulen, Hauptschulen* o *Sonderschulen (Volksschulen)* viene eretta una *Grundschule, Hauptschule* o *Sonderschule* in gestione della Chiesa Cattolica, il Land garantirà che, su richiesta dell'ente gestore, i locali scolastici resi liberi in conseguenza della istituzione della scuola in gestione della Chiesa Cattolica siano messi a disposizione di questa dietro conveniente indennizzo.

L'ente gestore della scuola dovrà impiegare detti locali scolastici della scuola pubblica, se ciò risulti per lui accettabile.

La messa a disposizione e l'impiego del locale reso libero dovranno aver luogo, se ciò giovi ad un ordinato funzionamento della scuola in gestione della Chiesa Cattolica e se il funzionamento della scuola pubblica, che continui ad esistere, non ne riceva danno.

Zu Artikel 5 :

In ihrer Dringlichkeit stehen die Baumaßnahmen nicht hinter entsprechenden Vorhaben für öffentliche Schulen zurück.

Wird im Gebiet von Trägern öffentlicher Grund-, Haupt- oder Sonderschulen (Volksschulen) eine Grund-, Haupt- oder Sonderschule in Trägerschaft der Katholischen Kirche errichtet, so wird das Land gewährleisten, daß auf Verlangen des Schulträgers der durch die Errichtung der Schule in Trägerschaft der Katholischen Kirche freigewordene Schulraum gegen angemessene Kostenerstattung bereitgestellt wird.

Der Schulträger soll den freigewordenen Schulraum der öffentlichen Schule nutzen, wenn dies für ihn zumutbar ist.

Bereitstellung und Nutzung des freigewordenen Schulraumes sollen erfolgen, wenn sie dem ordnungsgemäßen Betrieb der Schule in Trägerschaft der Katholischen Kirche dienen und der Betrieb der verbleibenden öffentlichen Schule nicht beeinträchtigt wird.

Circa l'articolo 8 :

I maestri statali vengono assegnati in numero non superiore a quello che in media è a disposizione per il complesso

Zu Artikel 8:

Staatliche Lehrer werden höchstens in einer Anzahl zugewiesen, wie sie zur Deckung des Unterrichtssolls einer ver-

di ore d'insegnamento normalmente previsto in una paragonabile scuola pubblica.

L'ente gestore può richiedere che l'assegnazione venga revocata, se il maestro non si trova più in armonia con il particolare fine formativo ed educativo della scuola.

Bonn - Bad Godesberg, 21 febbraio 1975

CORRADO BAPILE
Nunzio Apostolico

gleichbaren öffentlichen Schule durchschnittlich zur Verfügung steht.

Der Schulträger kann verlangen, daß die Zuweisung wieder aufgehoben wird, wenn der Lehrer mit dem besonderen Erziehungs- und Bildungsziel der Schule nicht mehr übereinstimmt.

Bonn - Bad Godesberg, 21. Februar 1975

DR. FRANZ JOSEF RÖDER
Ministerpräsident

Conventione inter Apostolicam Sedem et Saravicam Civitatem rata habita, die XV mensis aprilis anno MCMLXXV Ratihabitionis Instrumenta accepta et reddita mutuo fuerunt. Exinde, i. e. a die XV mensis aprilis anno MCMLXXV, huiusmodi Conventio inter Apostolicam Sedem et Saravicam Civitatem icta vigere coepit, ad normam articuli 11 eiusdem Pactionis.

EPISTULA

Ad E.mum P. D. Antonium S. R. E. Cardinalem Caggiano, Bonaërensem Archiepiscopum, moderatione illius archidioecesis se abdicantem, ac simul munera Vicarii Castrensis et Ordinarii catholicorum ritus orientalis, qui Ordinario ritus proprii carent, deponentem.

Redditae sunt Nobis litterae, abs te datae die xv mensis Augusti proxime elapsi, quibus Nos rogasti, ut tibi liceret titulum abdicare Archiepiscopi Bonaërensis, ac simul munera deponere Vicarii Castrensis et Ordinarii catholicorum ritus orientalis, qui, Ordinario ritus proprii carentes, in Republica ista domicilium habent.

Consilio tuo libenti sane animo satisfacimus, causas probantes quae te ad illud capiendum permoverunt, nempe obsequium erga Concilii Oecumenici Vaticani II et Apostolicae Sedis optata, atque animi sollicitudinem quae te in timorem inducit — ut Nobis ipse significasti — ne ob provectam aetatem sacerdotibus tuis ac christiano populo iam valeas, sicut oportet, deservire.

Ad rem quod attinet, nunc Nobis pergratum est in memoriam revocare te iam a die i mensis Septembris, anno MCMLXVI, ab episcopali munere exercendo abdicationem postulavisse, eo quidem proposito, ut sine mora obtemperares monitis Litterarum Apostolicarum « Ecclesiae Sanctae », quae paucos ante dies editae erant.

Nobis visum non est statim plene annuere postulationi, quam tunc, exemplum egregium praebens, ad Nos detulisti; eandem vero nunc ratam habemus et confirmamus ob rationes, quibus compulsus tuum consilium patefecisti, id fore omnino confisi, ut amoris fidelitatisque testimonium a te prolatum, nec non consociata tua cum Apostolica Sede voluntas salutarem vim habere pergant apud omnem populum Dei, ac praesertim apud istius Nationis sacerdotes.

Admiratione gratoque animo erga te affecti, facere non possumus quin mentem convertamus Nostram ad omnia, quae per diuturnum tempus sacerdotalis vitae tuae fuique episcopalis muneris egregie gessisti, semper corde et opere cum universalis Ecclesiae Pastore arcte coniunctus in communi obeundo officio procurandae animabus salutis.

Apostolica autem Benedictio, quam a Nobis petivisti Nosque effusa caritate tibi impertimus, copiam caelestium gratiarum afferat tibi, Ve-

nerabilis Frater Noster, ac tuo in episcopali munere Successori, itemque archidioecesi Bonaerensi cunctaeque Nobis carissimae Argentinae Nationi.

Ex Aedibus Vaticanis, die xx mensis Octobris, anno MCMLXXIII, Pontificatus Nostri undecimo.

PAULUS PP. VI

NUNTII GRATULATOMI

I

Ad E.mum P. D. Iosephum Clementem S. R. E. Cardinalem Maurer, Sucrensem Archiepiscopum, quinque condentem lustra a suscepta ordinatione episcopali.

Tanta est sacerdotii dignitas, tam praestans est episcopalis muneris celsitudo, ut super utroque inenarrabili huiusmodi dono Christo, Regi regum et aeterno Pontifici, numquam satis reddantur gratiae. Hoc tibi, Venerabilis Frater Noster, continget, cum hoc anno sueto religiosiore mentis obsequio recoles anniversariam memoriam diei, quo unctus fuisti a Deo oleo laetitiae prae consortibus tuis,[1] consecratus Episcopus et paulo post etiam ad sacrum presbyteratum ascensum commemorabis. Decora eiusdem diei circumfusus luce, tu, altari Domini astans, id postulasti, id enixe orasti, ut Congregationis SS. Redemptoris sodalis, sublimioribus in Ecclesia mancipandus muneribus, spiritu afflatuque Legiferi Patris tui militiae Christi servires. Praepositi tenax, dives fide, spe fultus, qua ad ardua quoque sustinenda quieto tenore animi semper moveris, in dilecta Bolivia pastorali ministerio te tuaque pius, integer, navus devovisti. Primum Antistes Auxiliaris sacri Praesulis Pacensis in Bolivia, dein per quinque fere lustra Sucrensis Ecclesiae ad laboriosa gubernacula sedens, de catholici nominis incremento insigniter meritus es; atque hac quoque de causa Purpuratorum Patrum decore a Nobis iure honestatus es.

Longum est enumerare campum finesque, ubi indefessa tua sudavit navitas. Tuae laudis praeconio in primis sit quod complures aedes sacras a solo excitasti, quod sacrorum alumnis, tuo gaudio et corona, curas habuisti adsiduas, quod magnificum Seminarium maius condidisti et studiorum Universitatis Bolivianae praecipuus auctor fuisti; quod ad christianae humanitatis cultum, ad religiosam iuvenum insti-

[1] **Cfr.** ***Ps.*** **44, 8.**

tutionem, ad rem socialem studia diligentiae plena contulisti. Miseria et inopia pressis providus adesse soles, sicut angelus loquens Zachariae prophetae verba bona, verba consolatoria.[2] In rutilantiore lumine quoque ponendum est te, episcopalis Bolivianae Conferentiae Praesidem, rerum usu, sagaci consilio, concordiae suasu, ecclesiasticae disciplinae compaginem et in primis cum Petri Sede arctam coniunctionem provehere, firmare.

Perge igitur in reliquum esse in templo Dei firma columna; depositum fidei a noxis erroribus indemne serva, chrismate veritatis exornatus, quo Episcoporum ordo praepollet, fac semper inseras nova veteribus oculata prudentia, ut genuina natura paradisi arboris, quae est integra catholica fides, sano auctu crescat et ad congruentem ei exitum adducatur, qualem S. Irenaeus celso eloquio enuntiat : « gloria Dei vivens homo, vita autem hominis visio Dei)).[3]

Haec denique, quae tibi, Venerabilis Frater Noster, flagrantibus votis oramus, auspice Virgine Maria, matre Ecclesiae, Apostolica Benedictio confirmet.

Ex Aedibus Vaticanis, die xxvi mensis Martii, anno MCMLXXV, Pontificatus Nostri duodecimo.

PAULUS PP. VI

II

Ad E.mum P. D. Gabrielem Mariam S. R. E. Cardinalem Garrone, Sacrae Congregationis pro Institutione Catholica Praefectum, quinquagesimo exacto anno ex quo sacerdotio est auctus.

Adsumus tibi, Venerabilis Frater Noster et pro spectata Nostra erga temet benevolentia vehementer quidem iam nunc gratulamur vitae tuae memorandum prorsus eventum. Optabilis enim mox tibi illucescet anniversarius dies quinquagesimus, ex quo Christi sacerdos divino consilio creatus es in perpetuum et ipsius Evangelii Ecclesiaeque publicus minister constitutus ad procurandam animarum salutem ac munia sacra varie pro Christiano nomine explenda. Quamvis omnem plenitudinem interea assecutus sis eiusdem presbyteratus ordinis atque Patris Cardinalis dignitatem insuper adeptus, laeti tamen novimus Nos quanta pietate et religione, quo amore et adfectu celebrare consueveris ac venerari sacerdotii huius tui exordia.

[2] **Cfr. *Zach.* 1, 13.**
[3] **Adv. Haer. IV. 20.**

Quapropter per hasce Litteras Nostras tecum veluti praesentes cupimus eximium istud communicare gaudium, quod tibi sine dubio adferet fortunata haec memoria ordinationis tuae sacerdotalis atque iucunda pariter recordatio multiplicium rerum in vinea Domini a te ipso fideli nimirum Ecclesiae presbytero gestarum. Tametsi necesse non esse arbitramur singula percurrere merita tua uti Coadiutoris et Archiepiscopi Tolosani, ac deinde uti Praefecti Sacrae Congregationis pro Institutione Catholica, cum omnibus illa pridem innotuerint neque candidum sacerdotii ipsius tui splendorem longiore mentione offundere debeant, iuvat tamen Nos in praesentia contemplari et hoc praecipue tempore dilaudare studium istud tuum proprie vereque sacerdotale, quo in primis educationem renovationem actionem Catholicam Tolosae indefessus provexisti inter maiores etiam incuriosorum animorum difficultates, et quo crebrius dilectum gregem sollertiae tuae creditum invisisti eiusque causa passim nova templa excitanda curasti. Placet aequabiliter Nobis diutius considerare, quanta sacerdotali alacritate ad gravissimas Concilii Vaticani Secundi deliberationes incubueris quantaque simili fidelitate adhuc minime desiveris sapientes eiusdem constitutiones de sacerdotum conformatione et omnium christifidelium instructione ad effectum felicem deducere. Demum illud etiam in sacerdotii tui laude ponendum est, quod etsi multiplicis navitatis onere gravatus, haud paucos conscripsisti libros religionis causae perutiles. Has itaque libenter commemoramus laudes praestantiores presbyteralis operositatis tuae.

Quomodocumque autem faustissimum mensis Aprilis undecimum transiges diem, Deo certissime ex cordis tui sacrario tacitas referes grates de adfluentia atque excellentia donorum quae tibi sacerdoti providus reservavit; et Nos utique tecum precando Dominum ac laudando coniungemur, qui ex te presbytero tot beneficia in Populi Sui communitatem derivavit. Accipito ergo, Venerabilis Frater Noster, gratulantis animi Nostri testificationem hanc et mentis simul significationem valde exoptantis ut, ipso opitulante Summo Sacerdote Christo Iesu, ministerio sacro tam prospere diu posthac valeas perfungi quam antehac feceris; cuius rei causa Apostolicam Nostram Benedictionem munerum supernorum conciliatricem tibi amantissime profecto elargimur.

Ex Aedibus Vaticanis, die xxx mensis Martii, anno MCMLXXV, Pontificatus Nostri duodecimo.

PAULUS PP. VI

III

Ad E.mum P. D. Antonium S. R. E. Cardinalem Samorè, Episcopum suburbicariae Sedis titulo Sabinensis et Mandelensis nec non Sanctae Romanae Ecclesiae Bibliothecarium ac Tabularium, diem anniversarium vicesimum quintum explentem, ex quo episcopalem ordinationem suscepit.

Die XVI huius mensis Aprilis, laete spirante vere, diem vitae tuae sollemnissimum ac faustissimum, Venerabilis Frater Noster, celebratos, cum annus xxv tibi abeat a suscepto Episcopatu. Quod si consueverunt homines albo signare lapillo diem illum, quo lucem hanc adspexere, aequiore sane causa illum tu recoles, quo, iam Deo carus per sacerdotalis officii sacramentum, cum Apostolorum successoribus Episcopus annumeratus es. Quorum profecto tunc, cum amplissima dignitas in te Auxit, tum etiam auctoritas : quae enim de eorum dignitate sacra pagina docet : « Et fecit ut essent duodecim cum illo quos dixit ((amicos »,[2] atque de auctoritate : ((Sicut misit me Pater, et ego mitto vos »,[3] iure merito in te cadunt, qui illis in utramque succedis.

Est ergo, Venerabilis Frater Noster, cur summo Deo gratias agas quam plurimas, et Nos tecum, atque vehementer gaudeas, in quem dona tanta scilicet cumulata sunt, ut ((cum principibus populi sui »[4] collocatus sedeas.

Adsunt autem et aliae festivi gaudii causae, quas placet tum breviter percensere, tum etiam efferre, cum et Nos, ad sententiam beati Gregorii Magni, iam honore afficiamur, cum Fratribus Nostris Episcopis honor debitus non negatur ;[5] eo magis quod ingenii atque animi tui laudes longa ac prope familiari consuetudine experti perspectas habemus : laudes, dicimus, sacerdotalium tuarum virtutum, praecipue vero egregiae pietatis, prudentiae tum divinarum tum humanarum rerum, studii tui singularis gloriae Dei procurandae, benignitatis erga proximos ; praeterea diuturnae operae, quam summa semper et cura, et deditione, et amore ñdelitateque erga Christi Vicarium in variis gravibusque muneribus obeundis Apostolicae Sedi navasti, primum scilicet, ut prae-

' ***Me.*** **3, 14.**

[2] ***Io.*** **15. 15.**

[3] ***Io.*** **20, 21; cfr.** ***Me.*** **16, 15;** ***Io.*** **20, 23.**

[4] ***Ps.*** **112, 8.**

[5] **Cfr.** ***Ad Eulog.*** **8, 30;** ***PL 11,*** **933.**

cipua attinganms, partes agens Apostolici Nuntii in Columbia, deinde Viri a Secretis Sacrae Congregationis Negotiis Extraordinariis Ecclesiae explicandis, sicut tunc temporis appellabatur, deinde vero Praesidis Pontificiae Commissionis pro America Latina, tum Praefecti Sacrae Congregationis de disciplina Sacramentorum, extremum S. **E.** E. Bibliothecarii atque Tabularli, quo in munere nunc versans.

Bene igitur tibi, Venerabilis Frater Noster, illud Pauli Apostoli aptatur : « Bonum certamen certavi ».[6] Ceterum data Purpura Patrum Cardinalium tum est meritorum tuorum indicium, tum etiam benevolentiae Nostrae signum haud incertum.

Nunc autem Litteris Nostris finem imponentes, quamquam currentem stimulare videamur, facere non possumus, quin te ad omnimodam sanctitatem hortemur, secundum divina Evangelii iussa,[7] omnia simul fausta, prospera, felicia ominantes.

Ultimum te, Venerabilis Frater Noster, Apostolica Benedictio roboret atque ad maiora instauret; quam tibi amanter; impertimus, et tuis, et iis qui tecum onus cotidianum subeunt, omnibusque quos amas.

Ex Aedibus Vaticanis, die v mensis Aprilis, anno MDCCCCLXXV, Pontificatus Nostri duodecimo.

PAULUS PP. VI

IV

Ad E.mum P. D. Ermenegildus S. R. E. Cardinalem Florit, Florentinum Archiepiscopum, decem condentem lustra ex quo ad sacri presbyteratus gradum evectus est.

Cum tantus catholico sacerdotio insit splendor tantaque dignitas, ut inter maxima Dei dona recenseatur, mox habebis profecto cur de huiusmodi beneficio tibi divinitus collato efïusiores Ipsi gratias persolvas : festus enim appropinquat dies, qui reducet quinquagesimam anniversariam memoriam sacerdotii tui.

Benevolentiae affectus, quo Venerabiles in episcopatu Fratres complectimur eorumque fausta tristia participamus, sane poscit, ut tibi huiusmodi natalem celebranti adsimus bene ominantibus votis, quibus

[6] **Cfr.** ***2 Tim.*** **4, 7.**

[7] **Cfr.** ***Mt.*** **5, 48.**

a fonte et principio bonorum, unde omne donum perfectum descendit,[1] quaecumque sunt salutaria, consolatoria, laetabilia impetremus.

Haec memoranda vitae et operae tuae adepta meta procul dubio sponte animum compellit tuum ad recogitandum diuturnum hoc spatium sacri ministerii, cui quidem fideliter adimplendo numquam desiisti sacerdotalium virtutum exemplo, sanae doctrinae copia animarumque sollicitudine sedulam dare operam in perfunctione gravium munerum, quae hoc tempore tibi sunt concredita : primum nempe in Nostra Lateranensi Studiorum Universitate, ubi plures annos Sacras Scripturas tradidisti, ac deinde in Ínclita Florentina sede, in qua anno MCMLIV Antistes Coadiutor assignatus desideratissimo Card. Eliae Dalla Costa, post eius mortem sacer Pastor eiusdem Archidioecesis constitutus es et in Patrum Cardinalium collegium adlectus.

Haud ignoramus, Venerabilis Frater Noster, difficultates non exiguas nec paucas, quae tam onerosam hodie reddunt pastoralis muneris sarcinam, ac probe novimus quantopere ipse sis annisus ut novis huius temporis postulationibus auctisque fidelium necessitatibus aptior sacri ministerii ratio responderet. Pro hisce laboribus in Ecclesiae bonum exanclatis paterno erga te animo affecti, Nos hac data opportunitate libenter Christum Dominum deprecamur, ut qui suo te praeveniens amore ad sacerdotium vocavit, idem in quinquagesima spiritualis huius eventus memoria vehementer excitet gratiam, quam olim per sacrarum manuum impositionem accepisti,[2] novum addat vigorem dignaque tibi solacia tribuat, adeo ut in arduum sacri ministerii munus incumbere valeas aucto fidei ardore atque ea semper impulsus caritate, quae ((omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet ».[3]

Haec habuimus, quae ad te, Venerabilis Frater Noster, amanter scriberemus. Tibi, demum, Clero gregique tuo universo Apostolicam Benedictionem, caelestium pignus donorum, volentes impertimus.

Ex Aedibus Vaticanis, die x mensis Aprilis, anno MCMLXXV, Pon tificatus Nostri duodecimo.

PAULUS PP. VI

[1] **Cfr.** ***Iac.*** **l, 17.**
[2] **Cfr.** ***2 Tim. 1,*** **6.**
[3] **Cfr.** ***1 Cor.*** **13, 7.**

ALLOCUTIONES

I

Praesidentibus Commissionum Conferentiarum Episcopalium pro Missionibus. *

Venerati e amatissimi Fratelli,

Vi accogliamo ben volentieri nella giornata conclusiva della riunione che avete tenuto a Roma, organizzata dalla nostra diletta Congregazione per l'Evangelizzazione dei Popoli; e vi diciamo il nostro pieno compiacimento per quest'incontro. Più di un titolo vi raccomanda alla nostra attenzione, alla nostra stima, alla nostra benevolenza, oltre quello dell'Episcopato che ci fa partecipi della grazia e del dono di Cristo Sommo Pastore e Maestro e Sacerdote : siete infatti, ciascuno, in qualità di Presidenti delle Commissioni Episcopali per le Missioni presso le Conferenze Episcopali di tutto il mondo, i primi responsabili, gli esperti qualificati dell'attività missionaria nella Chiesa, coloro a cui spetta, al livello più alto, promuovere, sensibilizzare, stimolare l'ansia apostolica nelle rispettive Nazioni, nella novella primavera missionaria che spira dappertutto nel mondo, infondendo energie e speranze nuove. Sappiamo quali pensieri vi occupino e quali ansie vi preoccupino, in questo che è l'impegno per eccellenza della Chiesa per espresso incarico di Cristo — ((andate in tutto il mondo e predicate il Vangelo a ogni creatura »[1] — ma che, in pari tempo, è anche il segno distintivo, il parametro, il banco di prova della vitalità spirituale e apostolica di ogni singola diocesi.

1. Attentis eorum munere peculiarique responsabilitate, enixe commendatur clericis saecularibus ne libros edant quaestiones religionis aut morum spectantes sine licentia proprii Ordinarii; sodalibus Institutorum perfectionis nonnisi de licentia Superioris maioris, salvis eorum Constitutionibus, quae obligationem imponant.

2. In diariis, foliis aut libellis periodicis qui religionem catholicam aut bonos mores manifesto impetere solent, ne quidpiam scribant christifideles, nisi iusta et rationabili de causa ; clerici autem et Institutorum perfectionis sodales, tantummodo approbante loci Ordinario.

ART. 6

1. Integro remanente iure uniuscuiusque Ordinarii committendi, pro sua prudentia, iudicium de libris personis quibus fidem facit, in singulis regionibus ecclesiasticis ab Episcoporum Conferentia confici potest elenchus censorum, scientia, recta doctrina et prudentia praestantium, qui Curiis episcopalibus praesto sint, aut constitui commissio censorum, quam loci Ordinarii consulere possint.

2. Censor, in suo obeundo officio, omni personarum acceptione seposita, prae oculis tantummodo habeat Ecclesiae de fide et moribus doctrinam, uti a Magisterio ecclesiastico proponitur.

3. Censor sententiam suam scripto dare debet; quae si faverit, Ordinarius pro suo prudenti iudicio licentiam concedat ut editio fiat cum sua approbatione, expresso suo nomine necnon tempore ac loco concessae approbationis; quod si approbationem non concedat, rationes denegationis cum operis scriptore Ordinarius communicet.

Has normas, in Plenario Coetu Sacrae Congregationis pro Doctrina Fidei propositas, Summus Pontifex PAULUS VI, in Audientia die 7 Martii 1975 infrascripto Praefecto impertita, approbavit et publici iuris fieri iussit, derogans simul Codicis Iuris Canonici praescriptis quae eisdem normis sint contraria.

Romae, die 19 Martii 1975.

FRANCISCUS Card. SEPER, ***Praefectus***

L. © S.

83 Fr. Hieronymus Hamer, Archiep. tit. Lorensis, ***a Secretis***

SACRA CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Paulus Divina Providentia Pp. VI, successivis decretis Sacrae Congregationis pro Episcopis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

die 12 Martii 1975. — Cathedrali Ecclesiae Rottenburgensi Exc. P. D. Georgium Moser, hactenus Episcopum tit. Thigensem.

die 17 Martii. — Metropolitanae Ecclesiae Sancti Ferdinandi, nuper erectae, Exc. P. D. Aemilium Cinense, hactenus Episcopum Sancti Ferdinandi.

— Titulari episcopali Ecclesiae Clypiensi R. P. D. Petrum Nettekoven, Vicarium Generalem Archidioecesis Coloniensis, quem deputavit Auxiliarem E.mi P. D. Iosephi S. R. E. Cardinalis Höffner, Archiepiscopi Coloniensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Guzabetensi R. D. Nicolaum Dick, presbyterum Archidioecesis Coloniensis, parochum ad S. Michaelis

in Wuppertal, quem deputavit Auxiliarem E.mi P. D. Iosephi S. R. E. Cardinalis Höffner, Archiepiscopi Coloniensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Vinensi R. D. Ioachim Meisner, consiliarium sodalitatis a caritate in Erfurt, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Hugonis Aufderbeck, Episcopi titularis Arceni, Administratoris Apostolici territoriorum germanice Erfurt et Meiningen nuncupatorum.

die 22 Martii. — Titulari episcopali Ecclesiae Carcabiensi R. P. Claudium Hümmes, sodalem Ordinis Fratrum Minorum, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Exc.mi P. D. Georgii Marci de Oliveira, Episcopi Sancti Andreae in Brasilia.

die 2 Aprilis. — Cathedrali Ecclesiae Raleighiensi Exc. P. ***D.*** Franciscum Iosephum Gossman, hactenus Episcopum titularem Aguntiensem.

— Cathedrali Ecclesiae Nashvillensi Rev.mum D. Iacobum ***D.*** Medergeses, curionem ad Sanctos Petrum et Paulum in oppido vulgo Chattanooga dioecesis Nashvillensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Taraquensi R. D. Norbertum F. Gaughan, Vicarium Generalem dioecesis Greensburgensis, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Villelmi G. Connare, Episcopi Greensburgensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Grumentinae R. D. Ferdinandum Capaila, e clero archidioecesis Iarensis, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Antonii Mabutas et Lloren, Archiepiscopi Davaënsis.

die 3 Aprilis. — Cathedrali Ecclesiae Vianensi R. P. Adalbertum da Silva, sodalem Ordinis Fratrum Minorum Capuccinarum.

die 5 Aprilis. — Cathedrali Ecclesiae Rivogallaëcensi Exc. P. D. Michaelem Angelum Alemán, e Societate S. Francisci Salesii, hactenus Episcopum titularem Puppitanum.

— Cathedrali Ecclesiae Rivadaviae R. P. Argimirum Danielem Moure, e Societate S. Francisci Salesii, inspectons munere fungentem in praefectura Platensis regionis eiusdem Societatis.

— Cathedrali Ecclesiae Viedmensi R. D. Michaelem Stephanum Hesayne, e clero dioecesis Azulensis, Vicarium Episcopalem pro actione pastorali promovenda in eadem dioecesi.

die 7 Aprilis. — Titulari episcopali Ecclesiae Vardimissensi R. P. Alanum Mariam Pena, sodalem Ordinis Fratrum Praedicatorum, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Alberti Gaudentii Ramos, Archiepiscopi Belemensis de Para.

die 10 Aprilis. — Cathedrali Ecclesiae Tulancingensi R. D. Petrum Arandadíaz Muñoz, curionem paroeciae vulgo San Francisco del Rincón et Vicarium Episcopalem pro actione pastorali sociali promovenda in dioecesi Leonensi.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Paolo VI ha nominato:

5 aprile 1974. S. E. Mons. Barbarito Luigi, Arcivescovo tit. di Fiorentino, ***Pro-Nunzio Apostolico in Alto Volta.***

16 » » Il Rev.mo Mons. De Andrea Giovanni, ***Delegato Apostolico in Angola.***

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha nominato:

31 gennaio 1975. Il Rev.mo Mons. Zlatñansky Jozef, ***Capo ufficio nella Sacra Congregazione per la Dottrina della Fede.***

3 febbraio » Il Sig. Meerts Louis, Presidente della « Union Catholique Internationale de la Presse», ***Membro della Pontificia Commissione per le Comunicazioni Sociali, «durante munere)).***

» » » Il Sig. Gélamur Jean, ***Consultore della Pontificia Commissione per le Comunicazioni Sociali.***

6 » » Il Rev.do Swayne Sean, ***Consultore della Sacra Congregazione per il Culto Divino.***

26 » » Gli Ecc.mi Monsignori: Baraniak Antonio, Arcivescovo di Poznan; Cahill Thomas Vincent, Arcivescovo di Canberra; López Jorge, Arcivescovo di Corrientes; Arulappa Rayappa, Arcivescovo di Madras-Mylapore; Dione François, Vescovo di Thiès; Lévesque Charles Henri, Vescovo di S.te Anne de la Pocatière; Wetter Friederich, Vescovo di Speyer, ***Membri della Sacra Congregazione per la Disciplina dei Sacramenti.***

9 aprile » Il Rev. Mons. Salerno Francesco, ***Referendario del Supremo Tribunale della Segnatura Apostolica.***

18 » » S. E. Mons. Ballestrero Anastasio Alberto, Arcivescovo di Bari, ***Membro della Sacra Congregazione per le Cause dei Santi.***

23 » » S. E. il Sig. Cardinale Bertoli Paolo, ***Membro della Pontificia Commissione per lo Stato della Città del Vaticano.***

24 » » Il Rev.do Padre Dhanis Edouard, S.I., ***Membro della Commissione Teologica Internazionale.***

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha nominato :

Protonotari Apostolici soprannumerari:

31	maggio	1974.	Mons. Long Lancelot John (Westminster).
20	novembre	»	Mons. Bernabé Paterno E. (Cabanatuan).
22	gennaio	1975.	Mons. Murdoch William (Aberdeen).
21	»	»	Mons. Viebock Francesco (Linz).
»	»	»	Mons. Guidara Vito (S. Lucia del Mela).
28	»		Mons. Campagna Angelo (Salerno).
1	febbraio		Mons. Giavarini Fortunato (Adria).
10	»	»	Mons. Oinotti Vincenzo (Alife).
23	»	»	Mons. Razza Leonello (Frascati).
4	aprile		Mons. Sch walke Giovanni.
10	»		Mons. Onclin Guglielmo (Liège).

Prelati d'onore di Sua Santità:

6	aprile	1974.	Mons. Gillespie John (Glasgow).
26	»	»	Mons. Mc Guinness Denis (Westminster).
20	maggio	»	Mons. Brennan James (Edimburgh).
»	»	»	Mons. O'Kelly Sean John (Edimburgh).
1	giugno	»	Mons. Keenam Terence (Westminster).
15	luglio		Mons. Wirtz Antonio (Köln).
17	novembre	»	Mons. Kobal Ivan (Trieste e Capodistria).
20	»	»	Mons. Cabiling Horacio M. (Cabanatuan).
»	»		Mons. Cinense Florentino F. (Cabanatuan).
»	»	»	Mons. Estonilo Jesus B. (Cabanatuan).
	»	»	Mons. Exaltación Esteban E. (Cabanatuan).
»	»	»	Mons. Lacson Jose T. (Cabanatuan).
»			Mons. Champlin Joseph M. (Syracuse).
	»	»	Mons. Doran Thomas M. (Syracuse).
»	»		Mons. Fries Leonardo J. (Syracuse).
»			Mons. Kelly William M. (Syracuse).
»	»		Mons. Luczycki Matthew C. (Syracuse).
»	»	»	Mons. Lutz M. James (Syracuse).
»	»		Mons. Meany Philip J. (Syracuse).
»	»		Mons. Yennock Eugene M. (Syracuse).
23	»	»	Mons. Gstaltmeyer Francesco (Wien).
	»		Mons. Kosen Francesco (Wien).
»	»	»	Mons. Strobl Carlo (Wien).
5	dicembre		Mons. Kordsmeier Charles (Little Rock).
6	»	»	Mons. Lally Dennis M. (Saint Paul and Minneapolis)
21	»	»	Mons. Dunda Ernest L. (Munhall dei Ruteni).
»	»	»	Mons. Hladky Sylvester (Munhall dei Ruteni).
»	»	»	Mons. Pataki Andrew (Munhall dei Ruteni).
»	»	»	Mons. Procyk Judson M. (Munhall dei Ruteni).
»	»		Mons. Tay Peter (Munhall dei Ruteni).

17	gennaio	1975.	Mons. Leifeld Antony (New Ulm).
21	»	»	Mons. Pozzi Gian Pietro (Roma).
24	»	»	Mons. Pfeiffer Hermann (Linz).
25	»	»	Mons. Ca vini Giovanni (Firenze).
31	»	»	Mons. De Nicolò Pier Giacomo (Rimini).
1	febbraio	»	Mons. Dalla Villa Lino (Adria).
5	»	»	Mons. Ricigliano Raffaele (Alife).
28	»	»	Mons. Gelin Joseph (Lyon).

Cappellani di Sua Santità:

22	settembre	1973.	Mons. Calderoni Michele (Faenza).
15	giugno	1974.	Mons. Albertazzi Niso (Bologna).
»	»	»	Mons. Campagnoli Luigi (Bologna).
»	»	»	Mons. Mónti Antonio (Bologna).
»	»	»	Mons. Sarti Luciano (Bologna).
15	luglio	»	Mons. Greb Ludwig (Köln).
»	»	»	Mons. Külzer Walter (Köln).
4	novembre	»	Mons. Gehleh Giuseppe Maria (Köln).
17	»	»	Mons. Filipic Janez (Trieste e Capodistria).
»	»	»	Mons. Metlikovec Albert (Trieste e Capodistria).
4	dicembre	»	Mons. Kokkelkoren Antonio (Haarlem).
21	»	»	Mons. Bobak John (Munhall dei Ruteni).
»	»	»	Mons. Mankovich Theodore J. (Munhall dei Ruteni).
»	»	»	Mons. Rommack Gregory P. (Munhall dei Ruteni).
»	»	»	Mons. Shereghy Basil (Munhall dei Ruteni).
»	»	»	Mons. Smiciklas Nicholas X. (Munhall dei Ruteni).
24	»	»	Mons. Gamperl Giovanni (Wien).
»	»	»	Mons. Malcic Giovanni (Wien).
24	gennaio	1975.	Mons. Kneidinger Ludovico (Linz).
»	»	»	Mons. Bucea Antonio (S. Lucia del Mela).
1	febbraio	»	Mons. Chinaglia Stefano (Adria).
»	»	»	Mons. Gabrielli Alberino (Adria).
»	»	»	Mons. Martinelli Rodolfo (Adria).
»	»	»	Mons. Zanca Vittorio (Adria).
»	»	»	Mons. Gallo Giuseppe (Teggiano).

NECROLOGIO

1	aprile	1975.	E.mo Signor Cardinale Jaeger Lorenz, del Titolo di S. Leone I, già Arcivescovo di Paderborn.
15	»	»	E.mo Signor Cardinale Journet Charles, del Titolo di S. Maria in Portico.
20	»	»	Mons. Thibault Ciò vis, già Arcivescovo di Davao.
23	»	»	Mons. Nettekoven Peter, Vescovo titolare eletto di Clipia, Ausiliare dell'Arcivescovo di Köln.

An. et vol. LXVII 31 Maii 1975 N. 5

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA PAULI PP. VI

ADHORTATIO APOSTOLICA

Ad Episcopos, Sacerdotes et Christifideles totius catholici orbis: de christiano gaudio.

PAULUS PP. VI

VENERABILES FRATRES AC DILECTI FILII,

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

GAUDETE IN DOMINO, quoniam prope est omnibus, qui eum invocant in veritate ![1]

Iam pluries per huius Anni Sacri cursum Populum Dei sumus cohortati, ut studio laeto et alacri gratiam Iubilaei exciperet. Nostrum vero hortamentum, quemadmodum probe novistis, suapte natura ad interiorem renovationem et ad reconciliationem in Christo advocat. Agitur ipsa hominum salus, plena eorum felicitas. Hoc igitur tempore, quo per totum orbem terrarum fideles adventum Spiritus Sancti celebraturi sunt, vos rogamus, ut ab Eo hoc gaudii donum imploretis.

Re quidem vera, ad Nos quod attinet, ministerium reconciliationis inter non paucas dissensiones ac difficultates exercetur,[2] sed idem gaudio Spiritus Sancti in Nobis excitatur et

[1] Cf. *Phil.* 4, 4-5; *Ps.* 145, 18.

[2] Cf. Adhort. Apost. *Paterna eum benevolentia: AAS &l* (1975), pp. 5-23.

firmatur. Itaque omni cum veritate fiduciam, ab Apostolo Paulo in Corinthiorum communitate collocatam, Nosmet ipsi repetere possumus, eam ad universam Ecclesiam transferentes : *In cordibus nostris estis ad commoriendum et ad convivendum. Multa mihi fiducia est apud vos..., repletus sum consolatione, superabundo gaudio in omni tribulatione nostra.*[2] Profecto et Nos amore compellimus ut cohortemur ad participandum hoc cumulatissimum gaudium, quod est donum Spiritus Sancti.[4]

Persensimus igitur interiorem egregiamque necessitatem vobis adhibendi — hoc gratiae Anno vertente et praeclara sollemnitatis Pentecostes opportunitate oblata — Adhortationem Apostolicam, cuius argumentum esset ipsa laetitia christiana, gaudium scilicet in Spiritu Sancto. Velimus equidem ad celebrandum divinum gaudium quasi quendam hymnum canere, qui in toto mundo repercutiatur, maxime vero in Ecclesia, ea sane mente, ut gaudium diffundatur in cordibus hominum una cum caritate, cuius illud est fructus per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis.[5] Optamus etiam, ut laetitia vestra Nostro gaudio iungatur ad spiritualem comparandam Ecclesiae Dei consolationem et omnium hominum, qui ex animis huic celebrationi attendere cupiant.

I.

Non satis, ut addecet, quis christianam praedicat laetitiam, si testimonium illud externum et internum minus percipiat, quod Deus, rerum conditor, de se ipse in creatura perhibet: *Et vidit Deus quod esset bonum.*[6] Deus, excitans hominem in rerum universitate, quod est opus eius potentiae, sapientiae, amoris — etiam antequam se ipsum Revelationis ope manife-

[3] *2 Cor.* 7, 3-4.

[4] *Gal.* 5, 22.

[5] Cf. *Rom.* 5, 5.

[6] *Gen. 1, 10.* 12. 18. 21. 25. 31.

stet —, intellectum et cor creaturae suae ad hauriendum gaudium simulque veritatem disponit. Est ergo attendendum ad hanc appellationem, quae, quasi praesagium mysterii divini, ex corde hominis erumpit a teneris annis infantiae, quae stupet et admiratur, usque ad serenam senectutem.

Nonne homo, ubi primum ad mundum se vigilanter convertit, non solum naturale desiderium experitur eum cognoscendi ac possidendi, sed etiam se ipsum inibi complendi et beatum reddendi? Huius quidem beatitudinis, ut cuique pernotum, plures sunt gradus. Praestantissima autem eius forma est gaudium, vel « beatitudo » proprie dicta, cum homo secundum superiores suas facultates delectatur possessione alicuius boni cogniti et amati.[7] Sic homo gaudio afficitur, quoties concordat cum natura, ac praesertim quoties cum aliis hominibus congreditur et res partitur et ipse coniungitur. Potiore vero ratione percipit gaudium, sive beatitudinem spiritualem, cum animus eius intime Deum possidet, quem quidem cognoscit et diligit uti bonum supremum et immutabile.[8] Poetae, artifices, alta mente praediti homines, atque etiam viri et feminae, ad quandam simpliciter lucem internam perspiciendam apti, qui sive temporibus ante Christi adventum fuerunt sive hac aetate et inter nos sunt, potuere ac possunt quiddam illius gaudii, quod est in Deo, experiri.

Sed quisnam diffitetur eiusmodi laetitiam semper esse imperfectam, infirmam, rebus adversis obnoxiam? Conscientia enim — est res prorsus mirabilis contraque communem opinionem — illorum, quae extra oblectamenta caduca et temporaria veram efficiunt beatitatem, etiam certitudinem continet, qua quis sibi persuasum habet non esse felicitatem perfectam. Eo quod experimur omnia esse terminis circumscripta — unaquaque autem hominum aetas eiusmodi experientiam rursum

[7] S. THOMAS, *Summa Theologiae*, I-II, q. 31, a. 3.
[8] S. THOMAS, *Summa Theologiae*, II-II, q. 28, aa. 1, 4.

adipiscitur — adigimur ad affirmandum et perscrutandum immensum discrimen, quod semper est inter rei veritatem ac desiderium infinita consequendi.

Mirabile hoc contraque communem opinionem, et haec difficultas gaudii percipiendi videntur Nobis singularem in modum his temporibus invalescere; quod quidem huiusce nuntii Nostri est causa. Hominum societas, inventis technicis dives, multiplicare potuit opportunitates oblectamenta capiendi, sed multum laborat, ut gaudium pariat, cum hoc aliunde exoriatur, quippe quod sit spirituale. Quamquam pecuniae, lautitiae, artes tuendae valetudinis, securitas circa bona materialia saepe non desunt, tamen taedium, animi aegritudo, tristitia sunt, pro dolor, sors multorum. Quae interdum ad anxitudinem ac desperationem perducant, quas simulata hilaritas, vesana cupido voluptatum, ut sint in procinctu, et artificiosi, quos dicunt, paradisi auferre nequeunt. Numquid homines fortasse progressionibus quaestuosae industriae moderari, vel humana ratione societatem disponere se non posse sentiunt? Num tempus futurum fortasse nimis incertum videtur, ac vita hominum nimiis obnoxia periculis? Nonne potius de solitudine agitur, de vehementi et inexpleto desiderio amoris et amicabilis praesentiae, itemque de rerum statu quodam inani et vacuo, quem recte definire non possis? E contra, in multis regionibus atque interdum inter nos, cumulus dolorum corporalium et moralium gravior fit: tot enim fame vexantur, tot in proeliis inutilibus pereunt, tot a vita paene sunt reiecti! Quae quidem calamitates fortasse non sunt acriores quam praeteritis saeculis fuerunt; verumtamen iam tantopere pervagantur, ut totam terram complectantur; notiores etiam factae sunt, et communicationis socialis instrumentis illustrantur, saltem non minus quam eventus laetifici; in conscientiis hominum suo veluti pondere insident, neque humana ratione pro sua amplitudine expediri posse videntur.

Haec vero rerum condicio Nos non prohibet, quominus de

gaudio loquamur, quominus gaudium speremus. Aequales enim nostri in mediis miseriis, in quibus versantur, opus habent gaudium experiri, eiusdem veluti carmen audire. Vehementer dolore movemur eorum, qui, aerumnis et cruciatibus omne genus oppressi, in tristitiae tenebris iacent. Peculiari vero modo de iis recogitamus, qui opibus sunt destituti, auxiliis et amicis carent, spem humanam suam ad irritum cadere vident. Cum his arctissima iungimur necessitudine in precibus fundendis, in eosque caritatis affectu ferimur. Nolumus sane quemquam animo deficere; sed, contra, remedia exquirimus, quae apta sint ad lucem afferendam. Quae, Nostro quidem iudicio, triplicis sunt ordinis.

Homines, ut liquet, coniunctis viribus contendere debent, ut saltem minimum quiddam levationis, commodi, securitatis, iustitiae ad felicitatem necessariae, comparent multis populis, qui iis sunt destituti. Huiusmodi actio, quae fit conspirantes iam est Dei opus, planeque cum Christi mandato congruit. Eadem pacem iam affert, spem redintegrat, communionem corroborat, animum efficit gaudio patentem sive eius qui donat, sive eius qui accipit, cum beatius sit donare quam accipere.[9] Quantoties vos, Fratres ac filii carissimi, monuimus, ut alacres terram magis habitabilem magisque fraternam praeparetis, et sine mora iustitiam et caritatem ad effectum deducatis ad plenum cunctorum profectum! Iam enim Constitutio Concilii Vaticani II, a verbis *Gaudium et Spes* incipiens, necnon plura Documenta pontificalia hanc rem inculcarunt. Quamvis hoc non sit argumentum, de quo hic proxime tractemus, tamen unusquisque caveat, ne primarium hoc officium caritatis erga proximum obliviscatur, sine quo sermo de gaudio absonus esset.

Patienter etiam conitendum est institutione quadam, ut animi discant, vel iterum discant cum simplicitate multiplici-

[9] *Cf. Act.* **20, 35.**

bus gaudiis humanis frui, quae Creator nobis in hac peregrinatione constitutis impertit. Agitur scilicet de gaudio, quo perfundimur eo quod exsistimus et vivimus; de gaudio cum casta et sanctificatrice caritate iuncto; de gaudio pacificante, quod ex natura et silentio hauritur; de gaudio interdum severo, quod opus accurate perfectum gignit; de gaudio ac delectatione, quae ex officio impleto oriuntur; de gaudio limpido, quod ex puritate, famulatu, communione accipitur; de gaudio laborioso, quod a se devovendi studio proficiscitur. Christianus eiusmodi laetitiae formas purificare potest, complere, nobilitare, non vero ei licet easdem dedignari. Laetitia christiana postulat, ut homo capax sit ad gaudia naturalia capienda. Etenim saepe ab his exordium sumens, Christus Regnum Dei annuntiavit.

Sed huius argumentum Adhortationis hos etiam fines egreditur, siquidem quaestio Nobis potissimum ad ordinem spiritualem pertinere videtur. Homo enim in ipso animo suo caret vigore, quo dolores et miserias horum temporum assumat; quae eum deiciunt quo magis sensum vitae amittit, quatenus non amplius certus est de se ipso, de vocatione sua ac futura sorte, quae humanam naturam transcendunt. Is universum sacra indole exuit, idemque nunc facit quoad Immanità tem; interdum vitale vinculum, quo cum Deo coniungebatur, disrupit. Vis et momentum entium atque spes non sunt amplius in tuto collocata. Deus homini videtur a sensibus sevocatus et inutilis et, quamvis id verbis exprimere nesciat, silentium Dei ponderi ei est. Profecto frigus ac tenebrae in animo hominis insunt, qui tristitiam experitur. Neque reticeri potest hominum fide carentium tristitia, quoties videlicet spiritus humanus — ad imaginem et similitudinem Dei creatus ac propterea ex natura ordinatus ad eum veluti ad bonum suum supremum et unicum — non eum clare cognoscit neque amat, nec proinde laetitiam illam experitur, quam afferunt vel imperfecta Dei cognitio atque certa scientia, qua creditur esse

vinculum cum eo, quod ne mors quidem dirumpere possit. Quis est quin verba Sancti Augustini teneat: *Fecisti nos, Domine, ad te et inquietum est cor nostrum, donec requiescat in Te?*[10] Quapropter, cum homo ad Deum propius adesse conatur simulque se a peccato avertit, occupari tum reapse potest laetitia spirituali. Absque dubio, *caro et sanguis* ad hoc vim non habent,[11] sed Revelatio hanc viam potest aperire et gratia istam commutationem efficere. Est igitur Nobis definite propositum, ut vos ad fontes gaudii christiani revocemus. Quomodo id facere possumus, nisi consilium Dei omnes inspicimus, nisi *laetum nuntium* amoris eius audimus?

IL

Gaudium christianum essentialiter est spiritualis participatio illius gaudii inscrutabilis, divini simul et humani, quod in animo est Iesu Christi glorificati. Cum enim Deus Pater in historia notum facere coepit *mysterium voluntatis suae, secundum "beneplacitum eius, quod proposuit in Iesu Christo in dispensationem plenitudinis temporum?* statim hoc gaudium in medio Populo Dei arcano modo comparuit, quamquam eius natura nondum patefiebat.

Ita Abraham, pater noster, de implenda olim promissione certior factus et sperans contra spem, primitias propheticas huius gaudii post natum filium Isaac accepit.[13] Quod gaudium quodam modo transfiguratum est, dum morte ille temptabatur et filius vivens eidem est redditus, qui resurrectionem praefigurabat venturi Filii Unigeniti, promissi in sacrificium, quo Redemptio efficeretur. Abraham hac de causa exsultavit, quod videret diem Iesu Christi, diem salutis: *vidit et gavisus est?*

[10] S. AUGUSTINUS, *Confessionum lib.* I, 1: *CSEL* 33, p. 1.

[11] Cf. *Mt.* 16, 17.

[12] Cf. *Eph.* 1, 9-10.

[13] Cf. *Gen.* 21, 1-7; *Rom.* 4, 18.

[14] *Io.* 8, 56.

Gaudium de salute deinde amplificatur et communicatur decursu historiae propheticae veteris populi Israel. Servatur quidem et revirescit constantissime in gravibus calamitatibus, quas infidelitas a populo electo admissa et externae persecutiones, quibus ille a Deo suo dimovere tur, induxerunt. Hoc igitur gaudium, semper difficultatibus obnoxium et resurgens, proprium est populi, qui ab Abraham originem traxit.

Agitur quidem semper de experientia, animos permovente, liberationis et restaurationis — hae saltem annuntiantur —, quae ab amore misericordi Dei proficiscitur erga populum dilectum, pro quo promissiones Foederis efficit e sola gratia et potentia prodigiali. Hoc est gaudium Paschatis Mosaici, quod figura factum est liberationis eschatologicae, per Iesum Christum patrandae in paschali rerum ordine, novi et aeterni Testamenti proprio. Agitur etiam de gaudio ad aetatem quoque nostram pertinente, quod saepius in Psalmis celebratur, quodque in eo est positum ut cum Deo ac pro Deo vivatur. Agitur demum ac quidem potissimum de gaudio glorioso et supernaturali, mente praesaga nuntiato circa novam Ierusalem, quae, ab exsilio educía, caritate mystica a Deo ipso amatur.

Intima significatio huius amoris, exundantis et inefïabilis, redemptionem secumferentis, solum tempore novi Paschatis novique Exodi manifesta erit. Tunc enim Populus Dei, per mortem et resurrectionem Servi pro nobis passi, de hoc mundo ad Patrem ducetur, de Ierusalem, quae, per figuram dicta, his in terris est, ad Ierusalem, quae est in caelis: *Pro eo quod fuisti derelicta et odio habita et non erat qui per te transiret, ponam te in superbiam saeculorum, gaudium in generationem et generationem... Habitabit enim iuvenis cum virgine, et habitabunt in te filii tui. Et gaudebit sponsus super sponsam, et gaudebit super te Deus tuus*.[15]

[15] *Is.* 60, 15; 62, 5; cf. *Gal.* 4, 27; *Ap.* 21, 1-4.

III.

Hae promissiones mirabiles, per saeculorum cursum et in calamitatibus immanibus, spem mysticam veteris populi Israel firmaverunt. Qui eas Ecclesiae Christi transmisit, ita ut eidem debeamus nonnulla, quae in hoc cantico gaudii pleno purissime exsonant. Verumtamen, secundum fidem et experientiam christianam Spiritus, haec pax a Deo impertita, quae velut flumen exundans diffunditur, cum tempus adest consolationis,[16] cum adventu et praesentia Christi coniungitur.

A gaudio, per Dominum Iesum allato, nemo excluditur; etenim gaudium magnum, ab Angelo nocte qua Christus natus est nuntiatum, reapse ad universum populum pertinet,[17] ad populum videlicet Israel, qui tum Salvatorem sollicite exspectabat, et ad innumerabilem populum eorum omnium, qui temporum decursu eundem nuntium accepturi erant, cum eo vitam conformare studentes. Primum quidem per os Gabrielis archangeli id allatum est ad beatam Mariam Virginem, cuius hymnus, a verbo *Magnificat* incipiens, iam canticum exsultationis omnium humilium fuit. Quotiescumque Rosarii preces recitamus, mysteria, gaudii nomine appellata, eventum illum ineffabilem referunt, qui est veluti centrum et fastigium historiae, nempe adventum in terra Emmanuelis, qui est « nobiscum Deus ». Ipse etiam Ioannes Baptista, cui munus mandatum est eum exspectanti populo Israel annuntiandi, exsultavit in gaudio, illo praesente, in utero matris.[18] Cum vero Iesus ministerium suum exsequi incipit, Ioannes *gaudio gaudet propter vocem sponsi.*[19]

Immoremur nunc in ipso contemplando Iesu Christo, vitam terrenam ducente; qui sua humanitate gaudia nostra est exper-

[16] Cf. *Is.* 40, 1; 66, 13.
[17] Cf. *Lc.* 2, 10.
[18] Cf. *Lc.* 1, 44.
[19] *Io.* 3, 29.

tus, et manifesto cognovit, probavit praedicavitque varios veluti gradus gaudii humani, gaudii dicimus simplicis et cotidiani, quod praesto est cunctis. Altissima eius vita interior non effecit, ut obtutus eius, in rerum veritate defixus, animique sensus imminuerentur. Admiratur ergo aves caeli et lilia campi, ilico illum assecutus intuitum, quo Deus in ipsis historiae initiis creaturam aspexit. Libenter laetitiam celebrat hominis, qui seminat et qui metit, qui thesaurum absconditum invenit, pastoris, qui ovem reduxit, vel mulieris, quae drachmam amissam repperit; praedicat gaudium eorum, qui ad festum agendum sunt vocati, vel nuptiarum, vel patris, qui filium redeuntem a vita perdita excipit, vel feminae, quae infantem est enisa. Humana eiusmodi gaudia ipsi Iesu videntur tantum habere momenti ac firmitatis, ut fiant signa spiritualium Regni Dei gaudiorum: gaudia dicimus sive hominum in hoc Regnum intrantium, eo redeuntium, ibi operantium, sive Patris qui eosdem excipit. Ipse autem Iesus ostendit delectationem suam tenerumque animum, cum obviam fit parvulis se adire cupientibus, adulescenti cuidam di vi ti, fideli et maiora agere studenti, amicis, qui ut Martha, Maria, Lazarus, tecto eum recipiunt. Maxime vero laetatur, cum verbum accipi animadvertit, obsessos liberari, mulierem peccatricem vel publicanum, ut Zachaeum, ad bonam frugem se convertere, viduam de paupertate sua eleemosynam dare. Exsultat gaudio videns parvulis revelatum esse Regnum, quod sapientibus et prudentibus abscondatur.[20] Re quidem vera, Christus, quoniam *in nostra condicionis forma est conversatus per omnia absque peccato?* gaudia *affectiva* et spiritualia ut donum Dei suscepit et expertus est; neque desiit *salutem evangelizare pauperibus, maestis corde laetitiam.*[72] De quo semine laetitiae in Lucae Evangelio peculiare perhibetur testimonium. Miracula enim

[20] Cf. *Lc.* 10, 21.

[21] *Prex Eucharistica* n. IV; cf. *Heb.* 4, 15.

[22] *Ibid.;* cf. *Lc.* 4, 18.

Iesu, verba quibus veniam impertiit, totidem signa sunt bonitatis divinae: *Omnis populus gaudebat in universis, quae gloriose fiebant ab eo*[23] et gloriam tribuebat Deo. Christiani igitur est — quemadmodum Iesus fecit — gaudiis humanis, quae Creator ei largitur, frui gratias agendo Patri.

Sed iam pervestiganda est arcana ratio gaudii inscrutabilis, quod in Iesu inest quodque eius est proprium. Quae quidem praesertim in Evangelio secundum Ioannem detegi potest, quo intima verba Filii Dei incarnati traduntur. Si a Iesu tanta pax manat, tanta securitas, tanta alacritas, tantum studium se paratum praebendi, causa est amor ineffabilis, quo se a Patre diligi persentit. Iam in baptismate ad Iordani ripam hic amor, qui iam a primo Incarnationis momento viguit, manifestatur: *Tu es Filius meus dilectus, in te complacui mihi*[24] Quae animi certitudo a conscientia Iesu seiungi non potest. Hanc ob praesentiam ipse numquam est solus;[25] hac cognitione intima ipse cumulate afficitur: *sicut novit me Pater, et ego agnosco Patrem;*[26] haec est mutua ratio ac quidem indesinens et plena : *et mea omnia tua sunt et tua mea*[27] Pater Filio potestatem iudicandi, de vita scilicet statuendi, attribuit. Alter in altero inhabitat : *Non credis quia ego in Patre et Pater in me est?*[28] Vicissim Filius Patrem amore immenso prosequitur: *Diligo Patrem, et sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio.*[29] Semper id agit, quod Patri placet: hic est « cibus » eius.[30] Est animo tam prompto, ut suam hominis vitam profundere sit paratus, fiducia eius usque ad certitudinem resumendi illam progreditur : *Propterea me Pater diligit,*

[23] Cf. Lc. 13, 17.
[24] *Lc.* 3, 22.
[25] Cf. *Io.* 16, 32.
[26] *Io. 10,* 15.
[27] *Io.* 17, 10.
[28] *Io.* 14, 10.
[29] *Io.* 14, 31.
[30] Cf. *Io.* 8, 29; 4, 34.

quia ego pono animam meam, ut iterum sumam eam?[31] Hac mente ductus, ipse gaudet ire ad Patrem; neque agitur apud Iesum de conscientia, quae ad breve tempus tantum acuitur, siquidem, in ipsa eius ut hominis conscientia amor ille quasi repercutitur, quo semper ut Deus in sinu Patris fruitur: *Dilexisti me ante mundi constitutionem,*[32] Significatur hic mutuus amor, qui communicari nequit, cum idem sit atque exsistentia eius ut Filii, et qui est arcana ratio vitae trinitariae; in hac enim Pater ille est, qui se Filio donat sine ulla exceptione et intermissione, ac quidem laeto cum animi ardore et impetu; Filius vero ille est, qui eodem modo se Patri donat cum laeti gratique animi incitatione, in Spiritu Sancto.

Discipuli igitur et omnes in Christum credentes vocantur ad hoc gaudium participandum. Vult enim Iesus, ut suum in se ipsi gaudium habeant impletum:[33] *Notum feci eis nomen tuum et notum faciam, ut dilectio qua dilexisti me in ipsis sit et ego in ipsis.*[34]

Hoc gaudium manendi in amore Dei incohatur quidem in terra, estque Regni Dei proprium, sed tribuitur in itinere salebroso constitutis; quocirca fiducia plena, in Patre et Filio collocata, et animus Regnum Dei praeoptans requiruntur. Iesu Christi Evangelium in primis gaudium promittit ac quidem gaudium, multum sane exigens. Nonne beatitudinibus tale gaudium patescit? *Beati pauperes, quia vestrum est Regnum Dei. Beati qui nunc esuritis, quia saturabimini. Beati qui nunc fletis, quia ridebitis.*[35]

Christus ipse arcano modo, ut ex corde humano peccatum, quo quis sibi sufficere arbitratur, eradicaret utque Patri oboedientiam filii propriam et omnimodam ostenderet, per manus

[31] *Io.* 10, 17.
[32] *Io.* 17, 24.
[33] Cf. *Io.* 17, 13.
[34] *Io.* 17, 26.
[35] *Lc* 6, 20-21.

iniquorum interimi[36] et in cruce mortem obire fuit paratus. Verumtamen Pater non sivit eum mortis imperio detineri. Resurrectio Iesu e mortuis est quodam modo sigillum, quo Pater pretium sacrificii Filii confirmavit, eademque fidelitatem Patris comprobat, secundum vota, quae Iesus, antequam Passionem iniret, protulit : *Pater, ... clarifica Filium tuum, ut Filius tuus clarificet te.*[37] Exinde Iesus in perpetuum vivit in gloria Patris, eademque de causa discipuli in gaudio, quod exstingui non poterat, sunt firmiter constituti, cum vespere Paschatis Dominum suis oculis conspexerunt.

Inde consequitur, ut gaudium Regni Dei ad effectum deducti exoriri nequeat, nisi a celebrandis intime conexis morte et resurrectione Domini. Contra communem prorsus opinionem condicio vitae christianae est, quae singularem in modum ipsam condicionem humanam illuminat: neque discrimina neque dolores e terrestri incolatu facessunt, attamen nova induuntur significatione, cum certe sciamus ita nos esse participes redemptionis, quam Dominus perfecit, et heredes gloriae eius. Quam ob rem christianus, licet difficultatibus, quas humana vita inferre solet, sit obnoxius, non incerto pede iter temptare cogitur, neque in morte finem spei suae pavere. Quemadmodum ait propheta; *Populus, qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam-, habitantibus in regione umbrae mortis, lux orta est eis. Multiplicasti gentem, et non magnificasti laetitiam?* Paschale praeconium, a verbo *Exsultet* incipiens, canit mysterium, quod spem propheticam transcendit: in iubilo annuntiatae resurrectionis etiam aerumnae hominis transfigurantur, dum plenitudo gaudii e victoria Crucifixi, e Corde eius transfixo, e Corpore eius glorioso erumpit, ac tenebras animarum illuminat : *Et nox illuminatio mea in deliciis meis?*

[36] Cf. *Act.* 2, 23.
[37] *Io.* 17, 1.
[38] *Is.* 9, 1-2.
[39] *Praeconium paschale.*

Gaudium paschale non solum transfiguratione, quae fieri possit, continetur, sed est gaudium novae praesentiae Christi, qui a mortuis exsurgens Spiritum suis impertit, ut cum ipsis maneat. Tali igitur modo Spiritus Paraclitus Ecclesiae dono datur quasi principium inexhaustum gaudii, quo ut Sponsa Christi glorificati perfruitur. Idem ei in memoriam revocat ipsa praecepta Domini per ministerium gratiae et veritatis, quod Apostolorum successores obeunt. Idem in ea vitam divinam et apostolatum excitat; atque christianus homo optime novit numquam fore in rerum cursu ut hic Spiritus exstinguatur, siquidem fons spei, quae Pentecostes die est manifestata, numquam exarescet.

Itaque Spiritus, qui a Patre et Filio procedit, quorum ipse est mutuus et vivus amor, Populo novi Foederis exinde tribuitur et unicuique animo, qui actioni intimae eius patescit. Idem nosmet suum habitaculum efficit: *dulcis hospes animae?* Una cum eo hominis cor a Patre simul et a Filio incolitur.[41] Idem Spiritus Sanctus excitat in eo filiorum precationem, quae ex ima animi parte prorumpit quaeque laudatione exprimitur, gratiarum actione, expiatione, supplicatione. Tunc sane perfrui valemus laetitia proprie spirituali, quae est fructus Spiritus Sancti:[42] in eo illa consistit, quod spiritus hominis quietem invenit magnamque oblectationem in possessione Dei Trini, qui per fidem cognoscitur et caritate diligitur ex ipso orta. Talis ergo laetitia, inde profecta, signat ac distinguit omnes christianas virtutes. Exigua gaudia humana, quae, in vita nostra veluti semina sunt rerum altiorum, transfigurantur. Quod quidem gaudium hisce in terris quiddam semper continet aerumnarum, quibus pariens mulier laborat, ac quandam, saltem specie, derelictionem, similem orbato parentibus filio: ploratus et lamentationes audientur, dum mundus malas delec-

[40] *Sequentia in Pentecostes sollemnitate.*

« Cf. *Io.* 14, 23.

« Cf. *Rom.* 14, 17; *Gal.* 5, 22.

tationes ostentat. Verumtamen discipulorum tristitia, quae est secundum Deum, non secundum mundum, brevi vertetur in gaudium spirituale, quod nemo auferet ab iis.[43]

Haec est lex vitae christianae, ac praesertim vitae apostolicae; quae, cum caritate urgente erga Dominum et fratres moveatur, necessario sub paschalis sacrificii signo panditur, amoris causa morti occurrens atque morte ad vitam et ad amorem pertingens. Hisce rationibus condicio christiani hominis constat, ac praecipue condicio apostoli, qui oportet fiat *forma gregis?* et passioni Redemptoris libere se ipse societ. Eadem plane illis praescriptionibus Evangelii respondet, quae appellatae sunt lex beatitudinis christianae, qua sors prophetarum continuatur: *Beati estis, cum maledixerint vobis homines et persecuti vos fuerint et dixerint omne malum adversum vos mentientes propter me: gaudete et exsultate, quoniam merces vestra copiosa est in caelis; sic enim persecuti sunt prophetas, qui fuerunt ante vos?*

Saeculo nostro, quod inani felicitatis specie captum tot periculis premitur, haud raro, pro dolor, occasiones nobis praebentur experimento cognoscendi « animalem » hominem ineptum esse ad percipienda *ea quae sunt Spiritus Dei; stultitia enim est illi, et non potest intelligere, quia spiritualiter examinatur** Mundus — qui nempe non valet Spiritum Veritatis recipere, quem neque videt neque cognoscit — nonnisi unam rerum faciem discernit, cum tantummodo dolorem et paupertatem discipuli consideret; iste vero in altis animi sui recessibus iugi gaudio perfruitur, quia vivit communione coniunctus cum Patre et eius Filio Iesu Christo.

[43] Cf. *Io.* 16, 20-22; *2 Cor.* 1, 4; 7, 4-6.
[44] *1 Pt.* 5, 3.
[45] *Mt.* 5, 11-12.
[46] *1 Cor. 2,* 14.

IV.

Talis est, venerabiles Fratres ac dilecti filii, laeta spes, quae ab ipsis Verbi Dei fontibus hauritur. Huiusmodi laetitiae fons, abhinc viginti saecula apertus, in Ecclesia scaturire non cessat, peculiarique modo in animis Sanctorum. Nunc autem opus est nonnulla testimonia afferre spiritualis huiusce experientiae; quae quidem conferre poterit ad christianae laetitiae mysterium illustrandum, pro charismatum peculiariumque vocationum diversitate.

Ac primo quidem loco Beatissima Virgo Maria commemoranda est, gratiarum plena nostrique Redemptoris Mater. Cum nuntium ex alto obsequenti animo excepisset, ipsa, ancilla Domini, sponsa Spiritus Sancti àeternique Filii mater, sivit gaudium suum erumpere coram Elisabeth, consobrina sua, quae ipsius fidem ex tulerat : *Magnificat anima mea Dominum, et exsultavit spiritus meus in Deo salutari meo... Ex hoc beatam me dicent omnes generationes?*[47] Magis quam ceterae creaturae intellexit Deum mirabilia facere; itemque sanctum esse eius nomen, ipsum misericordiam suam ostendere, humiles exaltare, promissa fideliter servare. Mariae vitae curriculum, prout exterius apparebat, nullo modo a sueto vivendi genere discedebat; at ipsa vel minima Dei signa meditabatur, eadem conferens in corde suo. Neque a doloribus sustinendis exempta fuit; inde ab initio, enim, stetit iuxta Crucem, mater dolorum, cum sacrificio Servi innocentis arctissime consociata. Sed eius animus quam latissime ad gaudium resurrectionis patebat; atque ad caelestem gloriam anima et corpore etiam evecta est. Quae prima ex omnibus humanis creaturis redempta fuit, Immaculata iam inde a sua conceptione, incomparabile Spiritus Sancti habitaculum atque purissimum Redemptoris hominum domicilium, ipsa simul est Filia Dei dilectissima atque

[47] *Lc.* 1, 46-48.

in Christo Mater universalis. Eadem typus exstat perfectissimus Ecclesiae terrestris et glorificatae. Quam mirum in modum in singularem vitam huius Virginis Israel cadunt prophetica verba, quae ad novam Ierusalem pertinent: *Gaudens gaudebo in Domino, et exsultabit anima mea in Deo meo, quia induit me vestimentis salutis et indumento iustitiae circumdabit me, quasi sponsum decoratum corona et quasi sponsam ornatam monilibus suis.*[48] Proxima adstans Christo, omnia gaudia in se colligit ac perfecta fruitur laetitia, quae Ecclesiae promissa est: *Mater plena sanctae laetitiae;* ac iure merito eius filii hoc in mundo, dum ad hanc matrem spei ac matrem gratiae aspiciunt, eam suae ipsorum laetitiae causam invocant: *Causa nostrae laetitiae.*

Post Mariam, purissimi iucundissimique gaudii significationem ii nobis exhibent, qui fidelissime amore crucem Iesu amplexi sunt, Martyres scilicet, quibus Spiritus Sanctus inter summos corporis cruciatus incensissimum inicit desiderium adventus Sponsi. S. Stephanus, qui moritur dum videt caelos apertos, nonnisi primus est ex his innumeris Christi testibus. Nostris quoque temporibus quam multi sunt, qui, in variis terrarum orbis regionibus se suaque omnia pro Christo in discrimen adducentes, haec S. Ignatii Antiocheni verba proferre possunt: *Vivens enim scribo vobis, mòri desiderans. Amor meus crucifixus est nec est in me ignis materiae amans; sed aqua vivens et loquens in me est, mihi interius dicens: Veni ad Patrem?*[49]

Ac revera Ecclesiae vis, certa eius de victoria spes eiusque laetitia, cum suorum Martyrum certamen celebrat, ex eo proficiscuntur quod in iis gloriosam crucis fecunditatem contemplatur. Hac de causa Decessor Noster S. Leo Magnus, dum ex

[48] *Is.* 61, 10.

[49] *Epistula ad Romanos,* VII, 2: *Patres Apostolici,* ed. FUNK, I, Tubingae 1901[2], p. 261; cf. *Io.* 4, 10; 7, 38; 14, 12.

hac romana Cathedra martyrium extollit sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, in haec erumpit verba: *Pretiosa est ergo in conspectu Domini mors sanctorum eius; nec ullo crudelitatis genere destrui potest sacramento crucis Christi fundata religio. Non minuitur persecutionibus Ecclesia, sed augetur; et semper Dominicus ager segete ditiori vestitur, dum grana, quae singula cadunt, multiplicata nascuntur.*[50]

Praeterea, multae mansiones in domo Patris sunt, atque iis, quorum animi amore Spiritus Sancti consumuntur, plures dantur viae ac rationes sibimet ipsis monendi atque ad gaudium sanctum resurrectionis accedendi. Sanguinis effusio haud quidem sola via habenda est; nihilominus certamen pro Regno Dei transitum necessario secumfert per quandam amoris passionem, de qua spirituales magistri egregia locuti sunt. Hac in re intimae eorum experientiae inter se congruunt, quamvis variae sint mysticae traditiones cum in Oriente tum in Occidente. Quae quidem testantur idem esse animorum iter — « per crucem ad lucem » — ex hoc mundo ad Patrem, sub vivificante Sancti Spiritus afflatu.

Singuli hi spirituales magistri peculiarem nobis de gaudio nuntium reliquerunt. Orientales scilicet Patres complura reddiderunt testimonia huius laetitiae in Spiritu Sancto. Origenes verbi causa saepius gaudium depinxit illius, qui Iesum intime cognoscit: anima nempe eius perfunditur iucunditate sicut senis Simeonis; in templo, quod est Ecclesia, amplexatur Iesum brachiis; gaudet de plenitudine salutis, dum ipsum ulnis tenet, in quo mundus reconciliatus est Deo.[51] Media vero Aetate inter plures scriptores Nicolaus Cabasilas, magister spiritualis ex Oriente, demonstrare studet, quomodo amor Dei sibi summam laetitiam pariat.[52] In Occidentali Ecclesia commemorare sufficiat nonnulla eorum nomina, qui praecepta de via sanctitatis

[50] *Serm.* 82, *In Natali apostolorum Petri et Pauli,* 6: *PL M,* 426; cf. *Io.* 12, 24.
[51] Cf. *In Lucam* Horn. 15: *PG* 13, 1838-1839.
[52] Cf. *De vita in Christo,* VII: *PG* 150, 703-715.

et laetitiae tradiderunt : Sancti iUigustinus, Bernardus, Dominicus, Ignatius a Loyola, Ioannes a Cruce, Theresia Abulensis, Franciscus Salesius, Ioannes Bosco.

Peculiari autem modo volumus in mentem revocare tria exemplaria, quibus adhuc universus christianus populus vehementer allicitur. Atque in primis proponere placet pauperem atque humilem Asisinatem, cuius vestigia, hoc vertente Anno Sacro, peregrini bene multi persequi conantur. Cum omnia pro Christo reliquisset, is, per « dominam paupertatem », quiddam repperit, ut ita dicamus, primaevae beatitudinis, cum mundus prodiit integer e manibus Creatoris. In rerum abdicatione quam maxima, iam fere caecus, ipse immortale *Canticum Creaturarum* canere valuit, itemque laudes nostri fratris solis, laudes rerum naturae universae, quae ipsi facta fuit veluti lucidum purumque divinae gloriae speculum, ac vel ipsam laetitiam ob nostrae sororis mortis corporalis adventum : *Beati qui invenientur tuis sanctissimis voluntatibus conformes.*

Aetate nobis propinquiore, S. Theresia Lexoviensis nobis ostendit arduam animosamque viam ad plenam sui deditionem Deo faciendam, cui suam parvitatem commisit. Neque ipsi incognitus fuit absentis Dei sensus, quem quidem saeculum nostrum modo sibi proprio acerbe experitur: *Interdum parvae aviculae* (quacum se comparat) *videtur credere nihil aliud esse praeter nubes, quae eam obvolvunt... Roc est tempus quo pauper illa ac debilis animula perfecto fruitur gaudio... Quam bonum ipsi est illic nihilominus manere, ad invisibilem lucem aspicere, quae ab eius fide removetur!*[53]

Denique, cur non commemoremus Beatum Maximilianum Kolbe, verum Sancti Francisci discipulum, cuius imago hominibus nostrae aetatis tantopere in exemplum refulget? Inter calamitosissimos casus, qui nostrae aetati tam cruentas caedes

[53] ***Histoire d'une âme, Manuscrits autobiographiques,*** **Cerf-Desclée de Brouwer, Paris 1973, p. 227 (Ms B, fol. 5).**

attulerunt, is ultro se obtulit morti, ut ignotum fratrem salvaret. Testes nobis rettulerunt interiorem eius pacem, eius serenum animum eiusque gaudium effecisse, ut locus dolorum, qui plerumque veluti inferni imaginem referebat, ipsi eiusque calamitatis consortibus in aeternae vitae vestibulum quodammodo conversus sit.

In vita filiorum Ecclesiae haec gaudii Christi Domini participatio disiungi nequit a mysterii eucharistici celebratione, in qua ipsi Corpore Christi nutriuntur et eius Sanguine potantur. Ac revera, ita refecti, viatorum instar qui ad aeterna regna iter faciunt, iam nunc sempiterni gaudii libamentum sacramentali modo recipiunt.

Hac in luce positum, abundans atque intimum gaudium, quod iam ex hac terrena vita effunditur in corda christifidelium veri nominis, non apparere non potest « diffusivum sui », omnino sicut ipsa vita et amor, quorum est laetum indicium. Quod quidem gaudium, cum a communione quadam divina et humana procedat, ad universaliorem usque communionem efficiendam spectat. Nullatenus eorum animos, qui eo fruuntur, inclinare potest ad se ipsos aliquo modo conversandos. Ex contrario, efficit ut corda more vere catholico ad universam hominum societatem pateant, dum in ipsis aeternorum bonorum desiderium, vulneris instar, excitat. Item christianos religiosiores magis conscios reddit de propria exsulum condicione, eosdem tamen a sollicitatione defendit deserendi certamen pro Regni Dei adventu. Denique eos impellit, ut ad nuptias Agni in caelis consummandas actuose festinent. Cum autem medium sit inter terrestris laboris momentum et pacem aeternam mansionis, tranquilla contentione utrimque trahitur, iuxta legem qua Spiritus Sanctus animos ducit: *Si igitur nunc pignus habentes clamamus, Abba Pater; quid fiet quando resurgentes facie ad faciem videbimus eum; quando omnia membra affluenter exsultationis hymnum protulerint, glorificantia eum, qui suscitaverit ea ex mortuis, et aeternam vitam*

donaverit? Si enim pignus complectens hominem in semetipsum, iam facit dicere, Abba Pater, quid faciet universa Spiritus gratia, quae hominibus dabitur a Deo? Similes nos efficiet, et perficiet voluntate Patris; efficiet enim hominem secundum imaginem et similitudinem Dei.[54] Iam hisce in terris Sancti primitias nobis exhibent similis huius condicionis.

V.

Multiplicem hanc concordemque Sanctorum vocem audientes, num rerum status obliti sumus, in quo nunc humana societas versatur, quae tam parum curae videtur ad supernaturalia bona con vertere? Num spirituales christianorum hodierni temporis appetitiones plus aequo extulimus? Num adhortationem Nostram tantummodo parvo sapientum atque prudentum numero adhibuimus? Haud ignoramus Evangelium initio pauperibus atque humilibus nuntiatum esse, et ea quidem ratione, ut tam simplicem suum splendorem atque integras suas sententias plene servaret.

Quod si fulgidos christianae laetitiae prospectus ante oculos ponere exoptavimus, non idcirco hoc fecimus ut inter vos quis animum demittat, venerabiles Fratres ac dilecti filii, qui animum divisum animadvertitis, cum Dei appellatio vos attingit. Ex contrario, sentimus nostrum gaudium, sicut vestrum, tunc solummodo plenum fore, si una simul fidenter adspexerimus *in auctorem fidei et consummatorem Iesum, qui, proposito sibi gaudio, sustinuit crucem, confusione contempta, atque in dextera sedis Dei sedet. Recogitate enim eum, qui talem sustinuit a peccatoribus adversum semetipsum contradictionem, ut ne fatigemini animis vestris deficientes.*[55]

Cum vero Deus Pater invitat ad Abrahae gaudium f estumque aeternum nuptiarum Agni cumulate participandum, universo

[54] S. IRENAEUS, *Adversus haereses,* V, 8, 1: *PO* 7, 1142.

[55] *Heo.* 12, 2-3.

profecto homines advocat. Hoc enim invitamentum unusquisque homo, modo sese intentum recteque dispositum faciat, penitus in animo suo percipere valet, hoc iubilari praesertim Anno, cum ab Ecclesia divinae misericordiae thesauri largius omnibus reserantur. *Vobis enim est repromissio et filiis vestris et omnibus, qui longe sunt, quoscumque advocaverit Dominus Deus noster.*[56]

Nos equidem Populum Dei abstracta quadam ratione cogitare nequimus, nostroque contuitu puerorum primum multitudinem complectimur. Qui cum necessariam sibi securitatem in propinquorum suorum caritate inveniunt, statim ipsi facultatem res excipiendi, admirandi, confidendi ac sponte donandi assequuntur. Ipsi ad Evangelii laetitiam gustandam aptissimi sunt. Quisquis in Regnum Dei cupit intrare — ita nos monet Iesus —, parvulos in primis respiciat oportet.[57]

Ad omnes praeterea attendimus homines, qui suo pro officio summas in familiis, in artium exercitatione, in societate obtinent partes. Iniuncti muneris onus saepe saepius, dum mundus citissimo impellitur motu, impedit, ne ii gaudiis cotidianis perfrui possint. Gaudia tamen in promptu sunt, dum illos Spiritus Sanctus vult adiuvare, ut ea detegant, purificent, participent.

Multitudinem pariter recogitamus eorum, qui in dolorum angustiis versantur, quique ad vitae suae vesperam properant. Ad ianuam tot aerumnarum sive corporis sive animi pulsat Deus gaudiorum largitor, non ut aliquam irrisionem inducat, verum ut suum vix credibile opus efficiat, quo dolor ipse immutatur.

Noster item animus nostrumque cor ad eos omnes convertuntur, qui extra adspectabilem Populi Dei compagem vitam degunt. Ii enim, si suum vivendi morem ad profundissimas

[56] *Act.* 2, 39.

[57] Cf. *Mc.* 10, 14-15.

conscientiae invitationes accommodant, in qua repercussa sonat vox Dei, in ipsa via quae ducit ad gaudium sunt constituti.

Dei autem Populus ultra progredi nequit, si ductores desunt. Hi sunt sacri pastores, viri rerum theologicarum periti, spiritualis vitae magistri, presbyteri, omnes denique qui una cum iis ad christianas recte incitandas communitates operam sociant. Eorum quippe munus est suos adiuvare fratres, ut vias evangelici gaudii ineant inter mundi res et eventus, quibus ipsorum vita constat quaeque efïugere nequeunt.

Revera enim immensa Dei caritas ut ad caelestem confluant civitatem incitat homines, qui, ex variis orbis terrarum plagis venientes, sive prope hoc sacri Iubilaei tempore sunt, sive longe adhuc absunt. Quoniam vero omnes qui advocantur, id est nos omnes diversa sane ratione implicamur peccatis, in praesenti oportet ut « obdurare corda nostra » desistamus velimusque ((vocem Domini audire», propositam magnae gratiae ac veniae condicionem illam admittentes, qualem Ieremias propheta nuntiavit : *Et emundabo illos ab omni iniquitate sua, in qua peccaverunt mihi: et propitius ero cunctis iniquitatibus eorum, in quibus deliquerunt mihi, et spreverunt me. Et (Ierusalem) erit mihi in nomen, et in gaudium, et in laudem, et in exsultationem cunctis gentibus terrae?* Quoniam insuper promissa huiusmodi propitiatio, plurimaeque aliae promissiones a sacrificio Iesu Redemptoris, Servi patientis, supremam significationem recipiunt, ipse ipseque unus, maximo dum discrimine humani generis vita laborat, ita nos alioqui potest : *Poenitemini, et credite Evangelio.*[59] Nam Dominus nos praesertim instimulat, ut intellegamus eam, quam a nobis postulet, conversionem nullo pacto esse reversionem, quemadmodum propter peccata evenit. Contra, conversio est in rectam viam deductio atque ad germanam libertatem laetitiamque provectio;

[58] *Ier.* 33, 8-9.
[59] *Me.* 1, 15.

simulque responsio est benignae, officiosae, instantissimae invitationi, quae ab eo manat: *Venite ad me omnes, qui laboratis, et onerati estis, et ego reftciam vos. Tollite iugum meum super vos, et discite a me, quia mitis sum, et humilis corde: et invenietis requiem animabus vestris?*

Etenim, quodnam pondus gravius delicto inveniri potest? Quaenamque calamitas maiorem affert solitudinem quam miseria deperditi filii, sicut sanctus Lucas in suo Evangelio depinxit? E contra, quae congressio magis commovet animum quam mutua Patris patientis et misericordis filiique ad bonam frugem redeuntis occursatio? *Ita gaudium erit in caelo super uno peccatore poenitentiam agente, quam super nonagintanovem iustis, qui non indigent poenitentia.*[61] Nunc autem quisnam, Christo eiusque immaculata Matre exceptis, sine peccato est? Et ita Annus sanctus — cuncto qui populo tamquam promissum iubilationis est —, cum per poenitentiam reditum ad Patrem maturare suadeat, idem exstat invitamentum, ut sive significatio sive usus sacramenti Reconciliationis iterum inveniantur. Vestigiis optimae de vita spirituali traditionis insistentes, id Nos iuvat fideles eorumque pastores commonere gravium peccatorum accusationem esse faciendam, confessionemque crebro usitatam ditissimum fontem sanctimoniae, pacis, gaudii permanere.

VI.

Nihil nunc detrahentes fervidissimo nostro nuntio, qui ad Populum Dei in universum pertinet, aliquod temporis spatium reservare volumus, ut longiore sermone iuventutem alloquamur, peculiari sane spe ducti atque impulsi.

Etenim, si Ecclesia, ex Spiritu Sancto renata, tamquam vera « mundi iuventus » potest existimari, quatenus erga na-

so *Mt.* 11, 28-29.

[61] *Lc.* 15, 7.

turam suam suumque munus servat fidelitatem, nonne sese prima veluti sponte ac potiore modo agnoscet in vultu eorum qui vitam et spem secumferre advertunt officiumque obire futurae consulendi aetati, quae praesentem historiam subsequetur? Et rursus, ii qui, in unaquaque huiusce historiae tempestate, in se ipsi vehementius vivendi impetum experiuntur earumque, quae futurae sunt, rerum exspectationem verique nominis renovationis necessitatem, nonne cum Ecclesia, Christi Spiritu incitata, quamvis latenter, consentire videntur? Quidni exspectent, ut sibi ab ea tradatur arcanum illud perpetuae eius iuventae atque adeo gaudium iuventae suae?

Huiusmodi convenientiam sive iure sive re adesse arbitramur; quae, non semper visibilis, certo certius imis haeret animis, quamvis multas adversitates oriri contingat. Inde est cur, in hac Nostra de christiana laetitia adhortatione, mens simulque cor Nos moveant, ut prompte fidenterque ad iuvenes hodierni temporis convertamur. Quod libentes facimus nomine Christi eiusque Ecclesiae^ quam ipse vult, quamvis humanis pressam infirmitatibus, *gloriosam..., non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed ut sit sancta et immaculata?*

Neque tamen, id agentes, molliores animi sensus excolimus iisque concedimus. Si tantum ad aetatis rationes attenditur, iuventa fluxum quiddam evanidumque est, ideoque, cum amplis extollitur laudibus, id mox inane desiderium vel ludibrium sapit. Sed aliud profecto fit, si spiritualis spectatur significatio huiusce aetatis beatae, qualis iuventa est, modo *authentica* ratione agatur. Quod enim nostram occupat considerationem est convenientia — caduca scilicet ac periculis obnoxia, sed singularis tamen plenaque magnanimae spei, quam portendit — inter impulsum vitae, naturali virtute patentis invitationibus et necessitatibus nobilissimae sortis humanae, et dynamicam

[62] ***Eph.* 5, 27.**

vim Spiritus Sancti, unde Ecclesia nulla prorsus intermissione suam iuventam, suam erga se ipsam fidelitatem viventemque etiam, hac servata fidelitate, creandi facultatem haurit. Ex occursu quippe hominis, per aliquot summi momenti annos, iuventa florentis ac fruentis et Ecclesiae in spiritali iuventa stabiliter constitutae, necessario oriuntur utrimque et gaudium exquisitissimum et spes bona fecunditatis.

Ecclesia autem oportet, uti Dei Populus qui ad futurum Regnum peregrinatur, se perennem efficiat seseque idcirco per hominum generationes renovet : haec illi est fecunditatis suae, vel simpliciter vitae necessaria condicio. Hoc igitur magni momenti est, ut, unoquoque eius historiae tempore, nova quae oritur generatio quodam saltem modo adimpleat superiorum spem generationum eiusdemque Ecclesiae spem, quae in dono Dei, Veritatis ac Vitae, indeficienter tradendo continetur. Quamobrem, in unaquaque generatione, christiani iuvenes ratum facere debent, clara ducti conscientia nullaque praepediti condicione, foedus illud, quod Baptismatis sacramento pepigerunt et postea sacramento Confirmationis corroboraverunt.

Qua in re, aetas nostra, utpote quae multis penitus mutationibus obsignetur, graves sane importat Ecclesiae difficultates. Harum Nos bene conscii sumus, qui una cum toto Episcoporum Collegio *sollicitudinem omnium Ecclesiarum*[63] necnon curam de futura earundem sorte participamus. Sed simul, in fide et in spe, *quae non confundit?* asseveramus gratiam numquam esse defuturam christiano Populo; atque hunc ominamur non esse defuturum gratiae neque abiecturum — ut quidam hodie facere conantur — veritatis et sanctitatis hereditatem, quae ad hanc usque summi discriminis aetatem post tot saeculorum cursum pervenit. Atque etiam — hoc enim potissimum agitur — bonis Nos inniti rationibus

[63] *2 Cor.* 11, 28.
[64] Cf. *Rom.* 5, 5.

putamus, si christianae confidamus iuventuti: hanc, inquimus, non esse defuturam Ecclesiae, si in ipsa Ecclesia inveniat sat multos provectioris aetatis homines, qui eam et recte aestimare et diligere et regere et ad futura munia praeparare sciant, fidelissime tradita sempiterna Veritate. Tum novi denique operarii, constantes et studiosi, ingredientur vicissim, ad spirituale et apostolicum opus exsequendum, in regiones, quae *albae sunt iam ad messem.* Tum et qui seminant et qui metunt eadem perfruentur laetitia Regni caelorum.[65]

Nobis revera videtur hodiernum mundi discrimen, quod plurimorum iuvenum errores et dubitationes signant, ex altera parte commonstrare faciem senescentem et in praesenti iam penitus obsoletam cuiusdam civilis cultus, ad mercaturam, studium voluptatum, materiales res annitentis, qui nihilominus se exhibere contendit tamquam futurae prosperitatis auctorem. Quod complures iuvenes naturali veluti impetu huic refragantur deceptioni, id ipsum, quamvis modus nonnumquam excedatur, certam aliquam significationem habet. Aliud prorsus ab hodierna iuvenum generatione exspectatur! Quae enim destituta saepe est bonarum custodia traditionum, mox vero est acerbe decepta vanitate et spirituali inanitate opinionum falso novarum, compositarum de Deo tollendo doctrinarum, perniciosarum de mystico studio rationum, nonne ea detectura est vel iterum inventura solidam et immobilem novitatem divini mysterii, quod in Christo Iesu est revelatum? Nonne ipse, secundum pulcherrimam Sancti Irenaei formulam, *omnem novitatem attulit, semetipsum afferens?*[66]

Qua de causa Nobis placet hanc laetitiae spiritualis celebrationem magis proprie dedicare vobis, christiani iuvenes nostrae aetatis, qui estis spes Ecclesiae venturae. Vos proin magnopere hortamur, ut diligenter attendatis invitationes, quae ex intimo animo vobis oriuntur. Vos item incitamus, ut oculos

[65] Cf. *Io.* 4, 35-36.

[66] S. IRENAEUS, *Adversus haereses,* IV, 34, 10: *PG* 7, 1083.

et cor viresque integras ad célsìora attollatis, ac nisus quoque ad spiritus ascensiones libentes suscipiatis. Atque vobis illud confirmamus et testamur: quantumvis forsitan animum frangat vel debilitet opinatio hodie passim diffusa — scilicet mentem humanam non valere reperire Veritatem sempiternam et vivificam —, e contrario tam profunda est tantümque liberat laetitia ex Veritate divina, quae in Ecclesia tandem agnoscitur: *gaudium de Veritate.*[61] Istam nempe vobis praebemus laetitiam. Sed iis solum conceditur, qui adeo vehementer illam amant, ut pertinaciter quaerant. Si ergo vos parati estis ad idem gaudium amplexandum et communicandum, iam in tuto collocatis universam vestram perfectionem in Christo atque etiam proximum aevum historiae Populi Dei.

VII.

In ipsum iter totius Populi Dei inseritur suapte natura Annus sanctus, unaque simul peregrinatio, eiusdem propria. Etenim Iubilaei gratia impetratur tantummodo revera proficiscendo et progrediendo ad Deum per fidem, spem et caritatem. In magna varietate, quam statuimus, rationum ac temporum peragendi huius Iubilaei, voluimus faciliorem unicuique eundem reddere. Verumtamen pernecessaria pars manet illa interior voluntas, qua singuli proprio modo respondent invitanti Spiritui, tamquam discipuli Iesu ac filii catholicae et apostolicae Ecclesiae, huius menti obsequentes. Eeliqua cuncta sunt instrumenta et signa. Ita profecto: optata peregrinatio significat Populo Dei universo et singulis eiusdem Populi membris motum quendam, Pascha — quod idem valet ac transitus — in animi penetralia, ubi Pater et Filius et Spiritus eos admittunt in propriam unitatem vitamque intimam divinam: *Si quis diligit me, sermonem meum servabit, et Pater*

[61] S. AUGUSTINUS, *Confessionum lib.* X, 23: *CSEL,* 33, p. 252.

meus diliget eum, et ad eum veniemus et mansionem apud eum faciemus.[68] Ut quis autem praesentiam istam percipiat, semper altior poscitur conscientia vera sui ipsius, uti creaturae et filii Dei.

Nonne autem huiusmodi prorsus renovationem interiorem novissimum Concilium cogitabat et cupiebat?[69] Illic certissime exstant Spiritus opus et donum Pentecostes. Item agnoscenda est visio aliqua vere provida in Decessore Nostro fel. mem. Ioanne XXIII, quippe qui fructum ac proventum Concilii contemplatus sit veluti novam Pentecostem[70] Nos quoque eadem prospicere voluimus atque consortes fieri eiusdem exspectationis; non sane quasi Pentecostes vim suam aliquando per longam Ecclesiae historiam exercere desiverit, sed quia tantae sunt nostri temporis necessitates et rerum discrimina, tam late patent visiones hominum, qui coniunctionem et concordiam totius orbis iam esse faciendam censent, sed efficere non possunt; adeo ut iisdem nulla speranda sit salus, nisi donum Dei rursus effundatur. Utinam ergo Spiritus ille Creator, qui renovet faciem terrae adveniat! Praeterea, hoc Anno sancto a vobis profecto petivimus, ut peregrinationem sacram corpore, vel animo saltem et voluntate, ageretis Romam, ad centrum videlicet catholicae Ecclesiae. Verum, ut liquido patet, Romana Urbs minime est finis peregrinationis nostrae per tempus huius mundi. Immo nulla urbs sancta hoc in orbe terminum illum constituit, quoniam finis itineris ultra terras reperitur in intimo Dei mysterio, quod nobis adhuc latet : per fidem nimirum ambulamus, non autem in clara rerum specie, neque adhuc apparet quid simus futuri. Ierusalem Nova, cuius iam nunc

[68] *Io.* 14, 23.

[69] Cf. PAULUS PP. VI, Allocutio habita initio secundae Sessionis Conc. Oec. Vat. II, die XXIX sept. MCMLXIII: *AAS* 55 (1963), pp. 845ss. ; Litt. Enc. *Ecclesiam Suam: AAS* (56) (1964), pp. 612, 614-618.

[70] IOANNES PP. XXIII, Allocutio habita in fine primae Sessionis Conc. Oec. Vat. II, die VIII dec, MCMXXII: *AAS* 55 (1963), pp. 38 ss.

cives sumus et filii,[71] ex alto descendit a Deo. Sed illius permanentis civitatis splendorem nondum conspeximus, nisi tamquam in speculo et confuse, propheticum dictum firmiter retinentes. Sed iam nunc eius cives sumus, vel invitamur ut tales fiamus. Totius igitur peregrinationis spiritualis sensus altissimus hauritur ex ultimo hoc fine.

Sic accidit in Ierusalem illa, quam psalmistae celebraverunt. Iesus ipse ac Maria eius mater ascendentes in Ierusalem cecinerunt in terris cantica Sion : *Ex Sion species decoris eius ; Fundatur exsultatione universae terrae mons Sion.*[72] Atqui nunc Ierusalem recipit omnem suam formositatem et pulchritudinem a Christo, ad quem interioribus animi gradibus procedimus.

Sic accidit in urbe Roma, ubi postremum testimonium sanguine suo sancti Apostoli Petrus et Paulus reddiderunt. Munus videlicet, ad quod Roma vocatur, effluit ex origine apostolica; atque ministerium, Nobismet ipsis ibidem praestandum, officium est erga Ecclesiam universam omneque hominum genus. Sed ministerium istud pernecessarium est; nam placuit Sapientiae divinae collocare Romam Petri et Pauli in via, ut ita dicamus, quae ad Civitatem aeternam ducit, quandoquidem Petro, in quo Episcoporum Collegium unitur, decrevit, ut claves Regni Caelorum committerentur. Hic enim non ex hominum voluntate, sed ex libera et misericordi benevolentia Patris et Filii et Spiritus consistit *soliditas Petri* illa, quam S. Leo Magnus, Decessor Noster, verbis memorabilibus extollit : soliditas nempe *Petri, qui sedi suae praeesse non desinit, et indeficiens obtinet cum aeterno Sacerdote consortium. Soliditas enim illa, quam de Petra Christo etiam ipse Petra factus accepit, in suos quoque se transfudit heredes, et ubicumque aliquid ostenditur firmitatis, non dubie apparet fortitudo pastoris... Viget prorsus et vivit in Apostolorum Principe illa*

[71] **Cf. *Gal.* 4, 26.**
[72] ***Ps.* 50, 2; 48, 3.**

Dei hominumque dilectio, quam non claustra carceris, non catenae, non populares impetus, non minae regiae exterruerunt; et insuperabilis fides, quae bellando non cessit, vincendo non tepuit?[73]

Semper quidem, sed multo magis in catholica hac celebratione Anni sancti, exoptamus, ut vos, sive Romae mor amini sive alibi in Ecclesia universa, quae novit se concinere debere cum vera ac solida traditione Romae asservata,[74] illud Nobiscum experiamini quid sit: *Ecce quam bonum et quam iucundum habitare fratres in unum?*[75]

Commune itaque hoc gaudium est ac vere supernaturale, donum scilicet Spiritus unitatis et amoris, quod nullibi sane potest inveniri, nisi ubi fidei praedicatio integra recipitur secundum apostolicam normam. Hanc nimirum fidem Ecclesia catholica *et quidem in universum mundum disseminata, diligenter custodit, quasi unam domum inhabitans: et similiter credit iis, videlicet quasi unam animam habens, et unum cor, et consonanter haec praedicat, et docet, et tradit, quasi unum possidens os?*[76]

Haec una domus, hoc cor et haec anima una, hoc os pernecessarium est Ecclesiae, omnique hominum generi, ut nempe perpetuo his in terris et congruenter cum Ierusalem caelesti extolli possit canticum novum, carmen divinae laetitiae. Haec proinde ratio est, cur Nos, etiam inter multorum ignorationem ac neglegentiam, reddere oporteat testimonium humile, patiens, obstinatum officio, a Domino recepto, ut gregem duceremus ac fratres confirmaremus.[77] Quam multis tamen modis Nos vicissim confirmamur a fratribus Nostris, si vel sola omnes vos cogitatione complectimur, ut Nostrum apostolicum munus

[73] *Serm.* V, in anniversario ipsius assumptionis ad Pontificatum, 4: PL 54, 155-156.
[74] Cf. S. IRENAEUS, *Adversus haereses,* III, 3, 2: *PG* 7, 848-849.
[75] *Ps.* 153, 1.
[76] S. IRENAEUS, *Adversus haereses,* I, 10, 2: *PO* 7, 551.
[77] Cf. *Lc.* 22, 32.

explere possimus, ad totius Ecclesiae adiumentum et Dei Patris gloriam!

In medio cursu huius Anni sancti putavimus Nos impulsionibus Sancti Spiritus stare, id postulantes a Christifidelibus, ut ad fontes laetitiae tali redirent via.

Nonne legitimum est, Fratres et filii dilectissimi, laetitiam inhabitare in nobis, cum corda nostra rationes eius praecipuas in fide contemplentur vel denuo inveniant? Quae simplices sunt : *Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret;* per Spiritum suum Ipse numquam desinit nos sua benignitate complecti infusaque sua vita pervadere; nos vero ad beatam currimus transfigurationem vitae nostrae, iter resurrectionis Iesu terentes. Utique res nimis esset insolita, nisi *laetus* hic *nuntius,* in Ecclesia per vocem *Alleluia* resonans, nobis faciem tribueret hominum, qui salutem sunt assecuti.

Gaudium enim, quo christianos nos esse laetamur — arcte coniunctos cum Ecclesia, « in Christo », in statu gratiae cum Deo —, reapse potest cor hominis cumulare et explere. Nonne haec penitus insidens exsultatio est, quae vim incredibilem paeneque impetum illi addit scripto Blasii Pascal: *Gaudium, gaudium, gaudium, lacrimae gaudii?* Quot autem scriptores recentioris etiam temporis — inter quos verbi gratia Georgium Bernanos cogitamus — significant scite novaque quadam forma hanc laetitiam evangelicam humilium, quae ubique refulget in mundo, loquen ti de silentio Dei! Laetitia semper oritur a quodam obtutu in hominem atque in Deum: *Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit?* Nativam hic tangimus humanae personae proprietatem, quae abalienari nequit : eius propensio ad bonum semper per vias intellegentiae et amoris transit atque contemplationis et actionis. Utinam valeatis ea percipere, quae optima sunt, in animis fratrum istamque Dei praesentiam, cordi hominis tam propinquam!

[78] *Lc.* 11, 34.

Reiciant igitur inquieti filii nostri quorundam coetuum eam criticae censurae intemperantiam, quae et data opera fiat et ad dissolvendum spectet ! Nihil a veritate rerum discedentes, christianae communitates sedes fiant rectae serenaeque fiduciae, ubi omnes sodales se fortiter exerceant in bonitate hominum atque eventuum dispicienda! *Caritas non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati: omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet.*[19]

Ad huiusmodi figendum obtutum informare haud est merum disciplinae psychologicae munus, sed proprius etiam est fructus Spiritus Sancti. Qui Spiritus, plene inhabitans in persona Iesu, effecit, ut is, vitam degens in terris, animum in gaudia vitae cotidianae tam diligenter intenderet, seque tam mitem et efficacem gereret ad peccatores in viam novae iuventutis reducendos, corde et spiritu novos! Idem Spiritus tum Virginem Mariam tum singulos Sanctos intus fovendo movit. Idem etiam Spiritus adhuc aetate nostra tot Christifidelibus laetitiam suppeditat peculiaris vocationis cotidie vivendae, et quidem in pace et in spe, quae frustrationem atque aerumnas transcendunt. Spiritus est sacrae Pentecostes, qui in praesenti plurimos Christi discipulos ducit in vias orandi et deprecando in iucunda laudatione filiorum, ad humile laetumque famulatum praestandum exheredibus et reiectis societatis nostrae. Laetitia enim seiungi nequit a sui communicatione, siquidem ipso in Deo omnia gaudium, quia omnia donum.

Benevolens hic obtutus in homines atque in res, qui fructus est et humani spiritus recte sentientis et Spiritus Sancti, singularem invenit apud Christifideles locum ad sese excolendum: paschalis celebrationem mysterii Iesu. Revera in passione et morte et resurrectione sua Christus historiam uniuscuiusque hominis omniumque hominum summatim colligit, eorum sumpto pondere aerumnarum et peccatorum, eorumque

[79] *1 Cor* 13, 6-7.

aucta facultate sui perficiendi et sanctificandi. Propterea, hanc hortationem vobis facientes, postremum verbum Nostrum est instans invitamentum ad omnes auctoritate pollentes in christianis communitatibus earumque spirituales incitatores: ne dubitent urgere, opportune et importune, baptizatorum fidelitatem ad Eucharistiam diebus dominicis festive laetanterque celebrandam. Quo enim modo hunc occursum neglegant, tantumque convivium, quod Christus suo pro amore nobis apparat? Haec igitur Eucharistiae participatio quam dignissimo et cum iucunditate fiat! Ipse Christus, cruci affixus itemque glorificatus, graditur in medio discipulorum suorum, ut omnes per trahat in renovationem resurrectione sua factam. Fastigium est heic Foederis amoris inter Deum eiusque Populum : signum et fons christianae laetitiae est, itemque statio itineris ad aeternam ducentis sollemnitatem.

Illuc utinam vos Pater et Filius et Spiritus Sanctus perducant, dum vobis singulis universis peramanter benedicimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die ix mensis Maii, anno MCMLXXV, Pontificatus Nostri duodecimo.

PAULUS PP. VI

LITTERAE APOSTOLICAE

I

S. Teresia a Iesu Jornet Ibars Patrona senum Peruvianae Nationis confirmatur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Qui vitam sanctae Teresiae a Iesu Jornet Ibars, quamvis breviter, consideret, facile profecto is deprehendet quanto opere ac labore eadem sancta Dei famula in senum, aegrotorum inopum curam incubuerit. Quae sane non modo vetulos innumeros, squalidiores saepe, domibus ubique conditis, et excepit, et curavit diligentissime, et pavit, eorumque animos excoluit ad aeternaque traduxit, sed hoc eo amore, dilectione, studio egit, quasi omnium eorum mater esset, atque Christum ipsum, ad Evangelii placita (cfr. ***Matth.*** 25), in infirmissimis Ecclesiae membris reficeret. Quam ob rem, cum Venerabilis Frater Noster Ioannes S. R. E. Cardinalis Landázuri Ricketts, Conferentiae episcopalis Peruvianae Praeses, id ab hac Apostolica Sede petierit, ut electionem S. Teresiae a Iesu Jornet Ibars tamquam Patronae senum, qui in Peruviana natione degunt, factamque a se probationem auctoritate Nostra confirmaremus, ad normam Instructionis de Calendariis particularibus atque Officiorum et Missarum Propriis recognoscendis, n. 30; Nos admotae expostulationi aeque concedimus, certa spe fore, ut non solum beatissimae illius mulieris laudes et virtutes plene percipiantur, sed etiam ut eadem, superum munere, inceptum opus in terris, benigne perficiat in caelis. Qua de re, iis probatis quae Sacra Congregatio pro Cultu Divino, factis a Nobis potestatibus egit, concedimus atque probamus S. Teresiam a Iesu Jornet Ibars senum Peruvianorum Patronam apud Deum haberi posse et esse, factis iuribus et privilegiis liturgicis iuxta rubricas consequentibus. Contrariis minime obstantibus.

Datum Eomae, apud S. Petrum, sub Anulo Piscatoris, die xiv mensis Aprilis, anno MDCCCCLXXV, Pontificatus Nostri duodecimo.

IOANNES Card. VILLOT, ***Secretarius Status***

Loco SB Sigilli

In Secret. Status tab., n. 279895.

II

Venerabili Dei famulo Caesari de Bus Beatorum honores decernuntur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Ministerium verbi, pastoralis nempe praedicatio, catechesis omnisque instructio christiana, in qua homilia liturgica eximium locum habeat oportet, Sacra Scriptura salubriter nutritur sancteque virescit (cfr. ***Dei verbum,*** n. 24). Haec Concilii Vaticani II significans sententia mirifice studium et apostolicam operandi rationem explanat venerabilis Famuli Dei Caesaris de Bus, sacerdotis, conditoris Congregationis Presbyterorum a Doctrina Christiana, quem ad Beatorum Caelitum honores hodie evehendum statuimus. Quo aptius enim et efficacius catechetico se dederet operi, quod unum fuit navitatis eius onus et officium, Sacrorum Bibliorum paginis tamquam cotidiano nutrimento mentem aluit. Eum praeterea, qui sibi suisque in Christo sodalibus id praecipuum suasit, ut tota vitae ratione evangelicam doctrinam docerent, dignum omnino existimavimus, qui sacerdotibus, religiosis sodalibus laicisque fidelibus catechesis tradendae incitatur simul esset et exemplum; etenim in comperto est nostris diebus catechistarum officium maximum momentum habere (cfr. ***Ad gentes,*** n. 17). Caesar de Bus natus est in Galliae urbe « Cavaillon » appellata, prope Avenionem, die III februarii, anno MDXLIV, e familia abunde praedita sive copiis sive christianis moribus. Post spei plenissimam adolescentiam et iuventam, recte vivendi rationis paulisper oblitus est ; attamen ad bonam frugem se reduxit seque ad unum Deum cognoscendum magisque in dies diligendum incredibili animi ardore applicuit. Solitariam plerumque vitam exinde degit, praecationibus intentus atque corporis macerationibus, necnon adsiduae Sacrae Scripturae meditationi egenorumque aegrotorumque curationi, quibus iuvandis semet ipsum suaque omnia, gentium Apostolum secutus, revera impedit (cfr. ***2 Cor.*** 12, 15). De sacerdotii interim dignitate sibi sumenda consilium cepit, cuius charismate in Cavallicensi templo est auctus, cum vir iam esset duorum de quadraginta annorum. Praestat omnino in lucem ponere eum, eiusdem ipsius diei vespere, proferendi verbi Dei initium fecisse, gravissimi videlicet illius muneris, quo totam vitam catechismi praeceptione functus est. Huiusmodi autem religionis elementa non solum excultis, nec adultae tantum aetatis fidelibus, verum etiam ac praecipue rudibus et pueris tradere conatus est, aptioribus ad hoc usurpatis subsi-

diis. Quinimmo, ut proposita haec sua quam efficientissime ad rem adduceret, de duabus constituendis religiosis Congregationis a. MDXCII egit, altera nempe ut viris, altera ut mulieribus religiose informandis provideretur. Catholicam insuper veritatem tueri perdiligenter studuit, cui labefactandae tam acriter novatores eo tempore insidiabantur. Nec Caesari de Bus adversi defuerunt vitae casus neque aerumnae. Ut namque pravis vexatus est ac fere diuturnis animi perturbationibus, ita corporis aegritudine ad extremam usque vitam est afflictus. Quinquagesimum praeterea agebat annum, cum oculorum usu prorsus destitutus est; quae gravis deminutio apostolicam eius operam aliquantum quidem, non autem penitus ademit. Consiliis enim et adhortationibus ipse sive Congregationis suae sodales, sive eos, qui solacii causa ad eum plurimi accedebant, ad optima quaeque ineunda incitare perrexit et consolari. Expedit vero eam referre sententiam, quam ipsemet lingua latina composuit, quamque sibi saepe in solacium repetebat : « Sint sine luce oculi, sit plena doloribus aetas. Crux mihi deliciae, crux mihi lumen erit ». Tot tamen inter animi corporisque afflictationes summo gaudio perfusus est, quod Avenionensis Episcopus antea, deinde Clemens VIII Pont. Max., die xxvn mensis Iunii, a. MDXCVIII, ab eo conditam Congregationem Presbyterorum a Doctrina Christiana auctoritate sua probarunt. Ineunte tandem mense Aprili, anno MDCVII, letali morbo correptus, post firmiter et patienter acerbissimos toleratos cruciatus, vita functus est, die xv eiusdem mensis et anni, ipso Paschatis sollemnitatis festo, tres cum esset super sexaginta annos natus. Qui vivens christianae et religiosae vitae praeclara exempla dedit, vel maiori mortuus admirationi fuit, ita quidem ut de tribuendis tanto Dei viro Beatorum Caelitum honoribus inde ab anno MDCXI, agi coeptum sit, Causaeque introductionem Beatus Innocentius XI, die xvin mensis Ianuarii, a. **MDCLXXXVi,** rite subscripserit. Eundem tamen in exercendis theologalibus et cardinalibus virtutibus heroum in modum egisse, tunc tantum est sollemniter statutum, cum Pius VII Pont. Max., peculiare edi mandavit ad rem decretum, a. MDCCCXXI, ipso Immaculatae B. M. V. Conceptionis festo, quo manifestius nempe singularis eius pateret in beatissimam Dei Matrem pietas et religio, qua vivens flagravit. De miraculis autem, quae, eo intercedente, divinitus ferebantur patrata, disquisitum perdiligenter est in episcopalibus Curiis Asculana Apuliae, Astensi et Taurinensi ; deinde Romae, in suetis Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum comitiis. Quibus rite peractis, constare Ipsimet decrevimus de duobus miraculis intercedente venerabili servo Dei Caesare de Bus

a Deo patratis. Quod die iv mensis Octobris, superiore anno, fecimus. Die autem ad eiusdem Beatificationem statuto, hodie nempe, optatis sollemnibus Nos praefuimus, atque Missae initio, cui ut praesideret facultatem permisimus Avenionensis Ecclesiae Archiepiscopo, haec verba protulimus : « Nos, vota fratris Nostri Eugenii Polge, Archiepiscopi Avenionensis, necnon plurium aliorum fratrum in Episcopatu, multorumque Christifidelium explentes, de Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum consulto, auctoritate Nostra apostolica facultatem facimus, ut venerabilem servum Dei Caesarem de Bus beati nomine in posterum appelletur, eiusque festum die ipsius natali quintodecimo mensis Aprilis, in locis et modis iure statutis, quotannis celebrari possit.

Quae per has Litteras ediximus firma esse et fore volumus, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxvn mensis Aprilis, anno MCMLXXV, Pontificatus Nostri duodecimo.

IOANNES Card. VILLOT, ***Secretarius Status***

Loco £B Sigilli

In Secret. Status tab., n. 278980.

EPISTULA

E.mo P. D. Stephano S. R. E. Cardinali Wyszynski, Gnesnensi Archiepiscopo, nongentesimo septuagesimo quinto exacto anno ex quo melita Gnesnensis Ecclesia prima Poloniae metropolitana Sedes constituta est.

Nuntiatum est Nobis istic mox sollemnia habenda esse ad eventum recolendum memoria sane dignum, scilicet nongentos septuaginta quinque exactos annos, ex quo Ínclita ista Gnesnensis Ecclesia a Decessore Nostro Silvestro Pp. II fel. rec. prima Poloniae metropolitana Sedes constituta est; idque eo libentius accepimus, quod fieri continget die festo sancti Adalberti, caelestis gentis vestrae Patroni, cuius nomen arcte cum primordiis fidei catholicae in Polonia connectitur, cuiusque sepulcrum apud vos summa colitur religione.

Pro paterna sollicitudine, qua res cum adversas tum prosperas vestri populi prosequimur, cupimus admodum hisce celebrationibus animo per has Litteras praesentes adesse, cum de eventu agatur, qui in fastis Polonae gentis aureis litteris inscribitur. Nam probe novimus, quantopere huius ecclesiasticae provinciae ortus contulerit sive ad firmiter

stabilienda fundamenta catholicae Ecclesiae, tunc recens apud vos conditae, sive etiam ad eius felicia incrementa promovenda atque ad Nationis vestrae coniunctionem cum Apostolica Sede vinculis solidissimis confirmandam. Neque ignoramus praeclara beneficia in missionale Ecclesiae opus exinde profecta apud finitimas regiones, nondum christiano nomini adiunctas. Sollicitudo enim Gnesnensis Ecclesiae validissimo semper auxilio et praesidio fuit fidei praeconibus, qui ex mandato Romanae Sedis in illis terris evangelio propagando prospero cum exitu allaboraverunt.

Quare optimo consilio statuisti, Venerabilis Frater Noster, ut haec omnia proximis celebritatibus ante omnium oculos proponerentur; idque putamus non modo vetustae isti Ecclesiae decorum, sed perutile etiam animorum bono. Etenim tot vestrorum Pastorum sanctissima exempla in memoriam revocata, tam arcta cum Petri Cathedra necessitudo, tam insignia catholicae fidelitatis testimonia per omne tempus apud vos exhibita etiam inter graviora rerum descrimina : haec profecto eiusmodi sunt, ut animos ad salutaria concipienda proposita quam maxime permoveant, vosque iubeant diligentiore studio servare ac provehere sacram ac nitentem hereditatem a maioribus vestris acceptam, catholicam scilicet fidem, quacum semper visa est Poloniae magnitudo et salus coniuncta.

Faxit Deus, ut ea quae peracturi estis sollemnia, vobis afferant exspectatam fructuum salutarium copiam ; atque divina ope fiat, ut futura aetas cum praeterita apte et decore istic cohaereat per inconcussam fidem, fraternam caritatem, fidele erga Apostolicam Sedem obsequium, solidamque omnium ovium cum sacro Pastore suo unitatem. Quam quidem unitatem pergite, ut facitis, omnibus viribus in tuto collocare ac fovere, in vos referentes de hac re sancti Augustini hortatoria verba : « Teneamus ergo unitatem, fratres carissimi : praeter unitatem, et qui facit miracula nihil est ».[1]

Dum haec vota Beatissimae Virgini Mariae, almae Poloniae Reginae, fidenter committimus, tibi, Venerabilis Frater Noster, Episcopis Auxiliaribus tuis, universo clero et populo istius archidioecesis, itemque omnibus qui hisce celebrationibus praesentes aderunt vel quoquo modo intererunt, Apostolicam Benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die xv mensis Aprilis, anno MCMLXXV, Pontificatus Nostri duodecimo.

PAULUS PP. VI

[1] *In Io. Evang.* 13, 17 ; *PL* 35, 1501.

ALLOCUTIONES

I

Membris Commissionis consuetudinibus fovendis inter publicos legumlatorum Coetus et Europae Consilium. *

C'est une joie pour Nous de recevoir ce matin la Commission chargée, au sein de l'Assemblée parlementaire du Conseil de l'Europe, des relations avec les Parlements nationaux et l'opinion publique. Nous tenons d'abord à vous dire notre estime, en pensant à vos responsabilités et à la grande conscience avec laquelle vous les exercez.

Nous sommes aujourd'hui le cinq mai. Il y a vingt-six ans, la Conférence des Dix, réunie à Londres, fondait le Conseil de l'Europe et en approuvait les statuts. Cet heureux anniversaire paraît vraiment digne d'être souligné. Comment ne pas évoquer en effet le chemin parcouru depuis cette date, sous l'impulsion première d'hommes d'Etat particulièrement clairvoyants, tels les regrettés Robert Schuman, Alcide de Gasperi et Konrad Adenauer? Il s'agissait, au lendemain du conflit mondial, de construire l'unité européenne, de l'établir sur les bases solides de la fraternité et de la coopération en tous domaines, afin d'assurer les conditions de la paix et du progrès.

D'où l'insistance de l'Organisation dont vous êtes les représentants qualifiés, à promouvoir en priorité la liberté et le respect des droits de la personne humaine. D'où son attention vigilante, manifestée à plusieurs reprises encore tout récemment, pour les problèmes sociaux ; car l'harmonisation des législations du travail, rendue indispensable par la circulation des travailleurs d'un pays à l'autre, est incontestablement bénéfique et contribue à une meilleure justice. D'où l'intérêt aussi de votre Organisation pour le monde des jeunes, pour les principes moraux qui doivent présider à l'action en faveur du développement des nations moins favorisées. L'on pourrait continuer l'énumération des nombreux sujets qui nourrissent votre réflexion et vos échanges. Disons seulement qu'ils Nous frappent par leur caractère hautement humanitaire. Oui, vous avez à Strasbourg un magnifique laboratoire d'idées, et Nous sommes heureux que vous vous attachiez à faire passer progressivement celles-ci auprès des instances qui vous ont mandatés.

*** Die 5 mensis maii, a. 1975.**

Il Nous semble qu'il existe une convergence entre tous ces efforts et ce que l'Eglise essaie de faire en conformité avec les lignes directrices de l'Evangile. Ces efforts, en effet, ne peuvent que contribuer à l'union de peuples aussi riches d'idéaux, de traditions et d'énergies que le sont les peuples de l'Europe, même si leurs divergences et leurs divisions ne leur permettent pas, hélas ! d'exercer dans le monde le rôle important, la haute responsabilité qui revient à l'Europe en raison justement de ces richesses particulières. Ces mêmes efforts, orientés immédiatement vers la construction d'une Europe unie, contribuent également, d'une manière indirecte mais efficace, à l'avènement de la réconciliation entre tous les hommes et entre tous les peuples, à laquelle l'Eglise, pour sa part, invite spécialement en cette Année Sainte.

Vous Nous permettrez donc d'en éprouver une vive satisfaction, et de vous renouveler les encouragements que Nous avions déjà eu l'occasion d'adresser autrefois à votre Commission. Que le Seigneur éclaire et bénisse votre recherche de l'unité, et qu'il vous assiste dans votre belle tâche !

II

Ad Excellentissimum Virum Delinois Célestin, Haitianae Reipublicae cum auctoritate Legatum, Summo Pontifici Litteras demandati muneris testes tradentem. *

Monsieur l'Ambassadeur,

Nous apprécions vivement ces paroles délicates et les sentiments profonds dont elles témoignent, au moment où Votre Excellence inaugure ses fonctions d'Ambassadeur de la République d'Haïti auprès du Saint-Siège.

Vous avez évoqué les liens anciens et étroits qui unissent le peuple haïtien avec l'Eglise catholique et rendu hommage à l'œuvre spirituelle accomplie par cette dernière. Vous vous êtes plu à souligner comment vous en avez vous-même bénéficié. Une telle confiance nous touche profondément, et Nous avons le ferme espoir qu'elle continuera à permettre, non seulement des relations courtoises mais une collaboration fructueuse entre l'Eglise et les responsables civils que vous représentez, selon la compétence de chacun. Il y va d'abord de la qualité spirituelle des hommes et de leurs relations. Un réel sentiment religieux anime vos

* Die 12 mensis maii a. 1975.

compatriotes : l'Eglise ne cherche rien d'autre que de l'épanouir dans la vérité. Mais l'amour désintéressé qui l'inspire, spécialement au service des plus pauvres, est aussi un gage de la précieuse contribution que les chrétiens peuvent toujours apporter à la construction de la cité, pour qu'y régnent, au profit de tous, le bien-être, la paix, la justice et toutes les conditions d'une vie digne de l'homme. Nous savons avec quel zèle nos Frères et Fils d'Haïti s'y emploient et Nous les y encourageons.

Pour vous, Monsieur l'Ambassadeur, recevez nos souhaits fervents et l'assurance de nos prières pour Pheureux déroulement de votre mission. Veuillez aussi transmettre à Monsieur le Président de la République d'Haïti l'expression de notre gratitude pour ses vœux, dont vous vous êtes fait l'interprète, et lui dire la sympathie et l'affection que Nous portons au Peuple Haïtien, sur lequel Nous invoquons la Bénédiction de Dieu.

III

Membris Summorum Consiliorum Pont. Operum Missionalium, Romae plenarium Coetum habentibus. *

Nous sommes heureux d'accueillir avec vous, Monsieur le Cardinal, les membres des Conseils supérieurs des Œuvres pontificales missionnaires. Depuis mardi, vous tenez votre Assemblée plénière, attentifs aux besoins des missions et soucieux de leur apporter l'aide la plus efficace possible.

Nous voulons d'abord, chers Frères et Fils, vous féliciter, vous remercier des efforts que vous déployez, et notre pensée va, à travers vos personnes, à tous ceux que vous représentez ici, à tous les membres des diverses œuvres missionnaires, qui se dévouent chaque jour pour soutenir l'activité missionnaire de toute l'Eglise.

Vous êtes bien placés, cependant, pour voir combien les moyens actuels, dont disposent l'Eglise et notamment les organismes consacrés à P évangélisation des peuples et rattachés à cette Congrégation, ne vous permettent pas de répondre encore, comme vous le voudriez, à tous les appels qui vous parviennent. Car les besoins missionnaires n'ont certes pas diminué. Us croissent au contraire continuellement, non seulement à cause des nouveaux champs d'action qui se présentent, grâce à Dieu, mais aussi à cause des nouvelles méthodes d'évangélisa-

*** Die 15 mensis maii a. 1975.**

tion. Concernant l'éducation, il faut souvent développer l'enseignement catholique aux plans élémentaire et secondaire, et aussi au niveau supérieur. Pour ce qui est de la préparation du clergé, non seulement il est nécessaire de donner aux missionnaires des possibilités d'études plus approfondies, mais il faut assurer la formation du clergé autochtone dans des conditions plus difficiles, parfois à l'extérieur de leur propre pays. La contribution des catéchistes est en maints endroits très appréciable, mais elle demande une préparation et un soutien onéreux. De même les mouvements chrétiens, nécessaires pour soutenir ou maintenir une action apostolique du laïcat, cohérente et stable. Nous pensons encore à la presse catholique, aux émissions radiophoniques ou télévisées, aux autres moyens de communication sociale, sans lesquels aujourd'hui l'Eglise ne peut faire entendre suffisamment sa voix, alors que les consciences subissent tant d'autres influences. Oui, les besoins seraient très nombreux : nous devons même choisir les plus urgents, les mieux ordonnés à l'évangélisation. Par ailleurs, le témoignage de l'Evangile est celui de la charité, et il est normal que l'Eglise participe, à la mesure de ses moyens, à l'œuvre d'alphabétisation des adultes, **à** l'entraide sanitaire, au développement sous toutes ses formes, qui sont si fréquemment et à bon droit associés à l'action évangélisatrice.

C'est dire que Nous vous encourageons vivement à recueillir les ressources nécessaires. Mais votre ambition ne se limite pas là, et Nous apprécions tout autant l'effort que vous développez pour sensibiliser et éduquer tout le peuple chrétien au sens missionnaire : lui faire voir l'immensité des besoins matériels et spirituels, contribuer à former sa générosité et sa prière missionnaires, n'est-ce pas une excellente manière de lui donner concrètement le sens de l'Eglise? Une telle charité envers le « prochain », même apparemment lointain, doit faire partie de la préoccupation habituelle des chrétiens et de la formation spirituelle donnée aux jeunes. Le souci des missions est toujours capable de susciter des merveilles de solidarité, même chez les plus démunis de biens matériels : tels la veuve de l'Evangile, ils savent prendre sur leur nécessaire, alors que tant d'autres n'ont pas le courage de prendre sur leur superflu. Là encore, il importe évidemment d'adopter des moyens modernes appropriés — presse, films éducatifs — pour développer ce sens missionnaire, en faisant mieux comprendre les situations, les besoins, les méthodes, les initiatives concrètes à réaliser ...

Enfin comment ne pas souligner l'œuvre des prêtres envoyés au titre de « Fidei donum »? Us continuent à se mettre au service de l'Eglise

autochtone, avec beaucoup de désintéressement, et même si leur apostolat est temporaire il est très appréciable, il est, en beaucoup d'endroits, nécessaire, sans compter les liens précieux qui sont ainsi tissés entre le pays d'origine et le pays d'adoption. Oui, nous souhaitons que cet élan de solidarité missionnaire ne se ralentisse pas.

A travers tout cela — et nous n'avons pu évoquer que quelques aspects — c'est l'Esprit Saint qui est à l'œuvre, c'est Lui que nous voulons invoquer spécialement en ces jours préparatoires à la Pentecôte. Vivons nous-mêmes dans l'action de grâces pour ce Don de Dieu que nous avons reçu. Qu'il féconde votre activité. Qu'il permette ainsi à l'Eglise d'annoncer hardiment l'Evangile à ceux qui l'attendent, « à ceux qui sont au loin ».[1]

De grand cœur, en signe d'encouragement, Nous vous donnons notre Bénédiction Apostolique.

IV

Iis qui interfuerunt Coetui decimo generali, Romae habito ab Instituto « Caritas Internationalis » appellato, vicesimo quinto exacto anno ab eodem Instituto condito. *

Chers Fils et chères Filles,

Votre visite nous est particulièrement agréable et réconfortante. C'est l'Année Sainte pour vous aussi! C'est le vingt-cinquième anniversaire de votre fondation ! Ce sont les travaux prometteurs de votre dixième Assemblée générale! Pour le passé, le présent et l'avenir de Caritas Internationalis, avec vous Nous rendons grâce au Seigneur !

Nous vous redisons notre conviction profonde : votre Institution de charité a accompli un travail considérable qui fait singulièrement honneur à l'Eglise. Le nom de Caritas est désormais attaché aux secours de tout ordre dirigés vers les détresses les plus diverses. Nous pensons aux besoins permanents de certains peuples et de certains groupes sociaux défavorisés : vous contribuez au programme d'entraide qui s'impose, par exemple dans le cadre de l'alphabétisation, des migrants. II y a aussi les multiples détresses imprévues, parfois les plus tragiques, qui

[1] **Cf. *Ac. 2,* 39.**

*** Die 16 mensis maii a. 1975.**

surgissent de quelque calamité régionale : sécheresse, inondation, tremblement de terre, etc. Et à l'intérieur de Caritas Internationalis, presque une centaine de Caritas nationales sont nées et ont grandi, en collaboration avec leurs Evêques, pour agir et témoigner dans chaque Eglise particulière. Elles mettent sans cesse en œuvre l'amour de chaque chrétien pour son prochain, un amour industrieux qui invente les moyens efficaces de subvenir rapidement aux misères contrastant avec le progrès de notre époque quand elles ne sont pas engendrées par lui.

Nous savons aussi que Caritas Internationalis cherche son second souffle. Il est certain que la fidélité à la charité exige un renouveau continuel. Et le monde contemporain a plus besoin que jamais de cette jeunesse de la charité, jeunesse alimentée et purifiée à sa source la plus profonde par l'Esprit Saint. Cette nouveauté permanente transcende toujours les entreprises techniques et même humanitaires. C'est bien cela que l'Apôtre Paul et l'Apôtre Jean ont parfaitement exprimé dans leurs lettres aux premiers chrétiens.[1] Ces pages constituent la véritable charte de Caritas Internationalis. Il vous appartient d'être les acteurs et les éducateurs de cette charité, humble et chaleureuse, patiente et désintéressée, permanente et universelle. Une telle charité prolonge les miracles du Christ si attentif à percevoir la souffrance humaine et à répondre aux appels imprévus des personnes et des foules. Sans ce témoignage de charité, vous le savez, on ne peut reconnaître les disciples du Christ,[2] on ne peut reconnaître l'Eglise. Telle est votre tâche propre dans l'ensemble harmonieux des initiatives du monde catholique et plus particulièrement des Organisations Catholiques Internationales. Au plan de la pédagogie de la charité, Nous nous permettons même d'insister : les appels adaptés et rénovés sont toujours capables d'ouvrir les esprits et les cœurs.

Enfin Nous souhaitons profondément que Caritas Internationalis garde son identité, son originalité. Aujourd'hui on fait couramment le procès de la charité. Il est vrai que la controverse du secours immédiat ou du secours différé renaît à chaque génération. Autrement dit, faut-il se précipiter immédiatement à l'aide des malheureux ou faut-il d'abord modifier les structures sociales? C'est la grandeur de la tradition sociale chrétienne d'avoir mené de front l'action caritative et l'action pour la justice, chaque chrétien et chaque institution insistant

[1] Cf. notamment *1 Gor.* 13 et *1 Jn.*

[2] Cf. *Jn.* 13, 35.

sur l'une ou l'autre selon sa vocation propre. Ceci dit, Nous souhaitons vivement que Caritas Internationalis, tout en restant en lien avec les Institutions ecclesiales qui ont le souci du renouveau de la société, demeure elle-même, c'est-à-dire demeure l'instance de la charité prompte et efficiente ! Avec d'autres organismes de secours — dont les initiatives sont également harmonisées par notre Conseil Pontifical ***Cor Unum*** — vous continuerez d'être à l'écoute des besoins et des misères, vous aiderez les personnes et les collectivités à fraterniser, à partager, à étendre les espaces de la charité.

Le risque n'est pas chimérique, dans notre monde actuel, de se lancer dans une entreprise d'entraide, rationnelle, certes, mais anonyme, qui fait fi de l'ouverture du cœur, qui ne sait plus voir la personne derrière le besoin ; ou encore de cataloguer les personnes selon des appréciations politiques ou autres, pour mesurer la bienveillance ou le secours qu'elles méritent ; ou encore de négliger la charité envers les « pauvres » d'aujourd'hui, sous le prétexte de préparer un régime social plus juste pour demain. De telles attitudes contrastent avec la parabole du Bon Samaritain, qui demeure toujours le test de la charité chrétienne : secourir, sur le champ, l'homme en détresse que d'aucuns auraient considéré comme un étranger. Voilà le témoignage dont le monde a si grand besoin. C'est dans cet esprit que Nous vous encourageons à poursuivre votre belle mission. Nous prions l'Esprit d'amour de vous affermir sur ce chemin. Et de tout cœur Nous vous bénissons.

V

In auditorio Pontificii Athenaei a Sancto Antonio in Urbe ob coactos Conventus, VII Mariologicum atque XIV Marianum. *

Venerabiles Fratres ac dilecti filii,

Postquam et animo et precatione et paterna Nostra adhortatione Congressui Mariologico vestro praesentes adfuimus, putamus prorsus respondere Nostro Pastoris universae Ecclesiae officio, postremam hanc celebrationis sessionem participare. Ac si licet visitationem hanc Nostram aliquo modo cogitatione prolatare, hac salutatione complectimur, una vobiscum, eos etiam qui quartodecimo Congressui Mariano, mox habendo, intererunt.

Nos ante omnia permovit amor erga Mariam, Matrem Dei et Eccle

*** Die 16 mensis maii a. 1975.**

siae, praeterquam uniuscuiusque nostrum. Evangelium, quod nos certissime docet Mariam esse Dei matrem,[1] solidissimum simul fundamentum praebet — neque ullo umquam dubio subruendum — omnis honoris, quem Mariae reddere debemus, atque teneri amoris significationis quae, veluti dulcis vocis imago, in ipsum Filium redundat.

Praeterea Nos impulit manifestum pondus et momentum, quod prae se ferunt, per huius Anni Sancti decursum, hi duo Congressus, Mariologica scilicet et Marianus. Etenim, si Maria « gratia plena » reapse est, quae nobis Iesum Christum dedit, nemo est quin videat, quantum exemplum eius, quantum eius deprecatio et protectio adiuvare valeant fideles, ut se ipsos renovent et reconcilient cum Deo et cum fratribus, dum a peccato se prorsus avertunt.

Nobis in animo etiam erat convenientem observantiam erga eos omnes testari, qui utrumque Congressum apparaverunt, eisque ipsis gratias agere, quoniam eorum exemplum filialis amoris erga Christi Matrem et accuratius studium ipsius personae et muneris Mariae utilissimum esse arbitramur universae Ecclesiae. Sensus itaque gratae Nostrae mentis aperimus in primis dilecto Nobis Cardinali Leoni Iosepho Suenens, Congressuum Praesidi, Reverendis Sodalibus Franciscalibus Carolo Balie, Praesidi Pontificiae Academiae Internationalis Marianae, et Roberto Zavalloni, Rectori Magnifico huius Pontificii Athenaei Antoniano itemque illustribus Oratoribus omnibusque Consociationibus Marianis, quae se consortes esse voluerunt harum Congressionum, ac denique universis, qui magno numero hisce intersunt. Optamus, ut his omnibus id feliciter contingat, quod de Sapientia dicitur et Ecclesia adhibet ad Mariam : ***Qui elucidant me, vitam aeternam habebunt.***[2]

Etiam singula argumenta duorum Conventuum peculiarem mentionem merentur et laudationem. Alter enim — nempe Mariologicus — sibi proposuit studium cultus in Mariam a saeculo xn ad saeculum xv ; alter — Marianus — investigationes instituet de Spiritu Sancto et Maria Sanctissima. Argumenta his opportuniora et gravioris momenti vix cogitari possunt.

I

Iuvat Nos ante omnia notare, quam opportune et feliciter a>mbo hi Congressus inter se consocientur et veluti conspirent intra fines hodiernae investigationis theologicae atque secundum novam rationem pietatis

[1] **Cf.** *LG.* **1, 26 ss.**

[2] ***Eccli.*** **24, 31.**

marianae, quae graviter definita est et enuntiata a Concilio Vaticano II : cuius quidem doctrina, dum sua vera in luce posuit dignitatem ad Virginem Sanctissimam pertinentem in ipso mysterio Christi et Ecclesiae, iam nunc constituit columen ac fundamentum omnino necessarium aequae progressionis mariologiae, simulque sanam directionem fidelium ad Matrem Dei et nostram excolendam.

Ex eo autem quod, ***ubi venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum factum ex muliere,***[3] et quod idem Concilium ostendit ***Mariam non mere passive a Deo adhibitam, sed libera fide et oboedientia humanae saluti cooperantem****[4] sequitur ut Maria partem essentialem mysterii salutis efficiat.

Christus ad nos venit per Mariam; eum suscepimus ex ipsa. Quapropter, si christiani vere esse volumus, agnoscere debemus vinculum illud necessarium et vivum, quod Mariam cum Iesu coniungit quodque nobis aperit viam, quae ad eundem perducit. Non igitur oculos avertere possumus ab ea, quae ex creaturis simillima Christo est, ipsa ((typus » Ecclesiae, atque, ut docet Concilium, ***in fide et caritate... exemplar spectatissimum.***[5]

Bene idcirco semper reminiscendum est huius doctrinae, quippe in qua omnes affectus amoris et honoris ac venerationis nitantur, qui Mariae a nobis exhibeantur oportet, et qui rectissime ac felicissime appellantur ***cultus marialis,*** dummodo locutio ista ita semper intellegatur, ut intellexit et docuit Ecclesia. Hoc iam explicavimus in Adhortatione Apostolica, quae ab iisdem verbis incipit « Marialis Cultus » : ***In quacumque significatione cultus erga Virginem Mariam peculiare assignetur momentum parti christologicae atque ita res disponatur, ut referatur ad ipsum consilium Dei, quo illius Virginis primordia*** una simul ***cum divinae Sapientiae incarnatione fuerant praestituta. Hoc sine ulla dubitatione,*** nedum imminuat, (...) ***plurimum conferet ad cultum ipsi Christo debitum augendum, quandoquidem, secundum perenne Ecclesiae sensum, (...) refertur ad Dominum quod servitur Ancillae; sic redundat ad Filium quod impenditur Matri; (...) sic transit honor in Regem, qui defertum in famulatum Reginae.***[6] Hac igitur ratione ***pietas in Christi Matrem opportunitatem fidelibus praebet proficiendi in divina gratia; quo in profectu supremus pastoralis actionis finis***

[3] *Gal.* 4, 4.

[4] Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 56.

[5] Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 53; cf. nn. 61, 65.

[6] N. 25.

ponendus est. Etenim fieri nequit, ut Plenam gratiae digno in honore habeat quin in semetipso honoret gratiam divinam, hoc est Dei amicitiam, animi cum eo communionem et habitationem Spiritus Sancti. Quae divina gratia hominem penitus afficit et conformem efficit imagini Filii Dei.[7]

II

Ex eis ergo quae adhuc diximus, facile colligere potestis magnum momentum et pondus, quod nos duplici Congressioni, quae nunc temporis agitur, assignamus. Semina his diebus iaciuntur, quae certe afferent abundantes salutaresque fructus non tantum in provincia mariologica, verum etiam in theologica, liturgica, oecumenica et potissimum pastorali. Etenim, ipsum resumendo opus a superioribus duobus Congressibus iam inchoatum, quos ***Pontificia Academia Mariana Internationalis*** convocatos celebraverat, ex altera parte doctae peraguntur investigationes de aetate quae certe praestitit in affirmando ac provehendo mariali cultu, incitantibus praesertim praeclarissimis illius temporis theologis, sicut Sancto Alberto Magno, Sancto Thoma Aquinate, Sancto Bonaventura, Ioanne Duns Scoto, ut paucos tantum memoremus inter insigniores, qui sese dederant ad munus et privilegia Mariae Sanctissimae altius pervestiganda. Ex altera vero parte, studia quae in illustrandis mutuis rationibus inter Spiritum Sanctum et Mariam — quae studia tanquam peculiaris finis Mariano Congressui sunt attributa — pleniore in luce partes collocare poterunt, quae ex divino salutis consilio, ad utrumque congruunt. Ad hoc quod attinet, in Adhortatione Apostolica, quam supra memoravimus, haec scripsimus : ***Dicuntur interdum plures textus recentiores pietatis non satis referre omnem doctrinam de Spiritu Sancto.*** Atque haec verba addebamus : ***Studiosorum autem est hanc comprobare asseverationem eiusque effectum ponderare?*** Nobis ergo videtur duplex, quem celebratis, Congressus apta sedes esse, quae ceteris praestat, unde responsa hisce postulatis Nostris exspectentur.

III

Hisce Nostris animadversionibus satis Nobis iam dixisse videmur ac dicendi finem faceremus, nisi argumenti ipsius praestantia capti cuperemus Nostrum quoque florem addere pulcherrimo doctrinae serto

[7] N. 57.
[8] N. 27.

inserendum, quod vobis in animo est, hoc Anno Sacro, ad pedes Beatissimae Virginis deponere. Quem florem magis ex Nostro corde, quam ex Nostra mente decerpere placet, idque facimus potius ad finem pastoralem, quam ad doctrinae rationem attendentes, quamquam novimus finem pastoralem non abesse ab obsequio, quod vestri Congressus — Mariologico haud excepto — Mariae exhibere contendunt. Scilicet quaestioni respondere volumus, quae hodie maximi momenti est in pastoralis actionis campo, atque etiam in doctrinae provincia : qua nova aptaque ratione Maria christiano populo proponenda est, ut in eo marialis pietatis renovatum studium excitetur?

Hac in re duplex nobis panditur via, atque in primis ***via veritatis :*** via scilicet investigationis biblicae, historicae ac theologicae, spectantis ad locum Mariae proprium statuendum in mysterio Christi et Ecclesiae ; quam viam, doctorum nempe virorum viam, vos sequimini, eademque perutilis est ad mariologiae studia provehenda. Sed alia via est, et quidem omnibus pervia, humilions etiam condicionis hominibus, quam ***viam pulchritudinis*** appellamus : ad quam viam tandem perducit ipsa arcana, mirabilis ac pulcherrima doctrina de Maria et Spiritu Sancto, in qua studia Congressus Mariani versari debent. Ac revera Maria « tota pulchra » est eademque « speculum sine macula » ; item exstat supremum atque absolutissimum perfectionis exemplar, cuius imaginem omni tempore artifices in suis operibus effingere conati sunt; ***Mulier amicta sole*** est,[9] in quam purissimi humanae pulchritudinis radii una confluunt cum radiis pulchritudinis caelestis, qui superioris quidem sunt ordinis, sed percipi possunt. Curnam haec omnia? Quia Maria « plena gratia » est, hoc est — ita dicere possumus — quia plena est Spiritu Sancto, cuius supernaturale lumen in ea incomparabili splendore refulget. Profecto, nobis opus est ad Mariam adspicere in eiusque incontaminatam pulchritudinem oculos convertere, quippe quos saepe nimis offendant et quasi obcaecent fallaces pulchritudinis imagines huius mundi. Contemplatio excelsae Mariae pulchritudinis, ex contrario, quot egregios animi sensus gignere potest, quot generosa proposita puritatis, quot invitamenta ad pietatis rationem amplectendam, quae vere animos renovet !

Dum Nostris hisce temporibus mulieres in vita sociali multum progrediuntur, nihil utilius est, nihil magis animos allicere potest, quam huius Virginis et Matris imaginem in exemplum proponere, quae Spi-

[9] ***Apoc.* 12, 1.**

ritus Sancti lumine effulget, quaeque pulchritudine sua omnia vera humani spiritus bona veluti colligit et quodammodo exprimit.

Operam igitur demus, Venerabiles Fratres ac dilecti filii, ut aetate hac nostra huiusmodi suavissima ac materna lux, quae a mariali pietate procedit, nedum remittat, magis magisque in animis accendatur.

Haec ex animo ominati, vobis qui praesentes adestis, atque omnibus Congressus participantibus Apostolicam Benedictionem, divinarum gratiarum auspicem, peramanter in Domino impertimus.

NUNTIUS SCRIPTO DATUS

Universis Christifidelibus et bonae voluntatis hominibus, die recurrente recto instrumentorum communicationis socialis usui provehendo per totum terrarum orbem dicato.

Chers Fils de VEglise,
et vous tous, hommes de bonne volonté,

C'est l'Année Sainte qui fournit le thème de notre Message pour la Journée mondiale des Communications sociales : la réconciliation. Oui, la presse, la radio, la télévision et le cinéma doivent servir la réconciliation entre les hommes sur la terre, servir la pleine réconciliation des chrétiens dans une unité toujours plus visible et plus solide, servir la réconciliation et l'élévation vers Dieu.

Cette Journée annuelle est un moment privilégié de prière, de méditation et de réflexion sur une réalité qui comporte une dimension spirituelle authentique, d'intérêt vital pour tous : l'influence positive des mass media sur la vie individuelle ou sociale, et en même temps leur ambiguïté et le danger de manipulation auquel ils sont exposés. Ils peuvent en effet protéger et stimuler les efforts qui contribuent vraiment à libérer l'homme et à l'orienter vers la réalisation de ses aspirations les plus profondes ; ils peuvent également être asservis à la mode et à la curiosité superficielle et même soutenir des desseins d'exploitation ou de discrimination.

Dans notre Message du 25 mars 1971, Nous avions déjà mis en lumière le service de l'unité des hommes. Cette année, Nous insistons sur la première condition qui permet, au niveau des communications sociales, de favoriser un climat de réconciliation : le respect de l'objectivité des

faits et de l'authenticité de l'échelle des valeurs auxquelles ils sont référés. Là-dessus, Nous tenons à redire notre estime et nos encouragements à tous les artisans des mass media qui s'efforcent de faire connaître le vrai et de donner au bien la place qu'il mérite. Mais Nous ne pouvons pas Nous empêcher non plus d'exprimer nos préoccupations relativement à certaines situations ou à certains périls.

L'objectivité de l'information est une visée essentielle; elle correspond au droit de chacun de développer intégralement sa personnalité, selon la vérité, et de pouvoir exercer ses responsabilités sociales en connaissance de cause. Elle suppose d'abord qu'on rapporte honnêtement les faits ; ou peut utilement enrichir cet exposé d'une certaine « interprétation)) : celle-ci se justifie dans la mesure où elle fait mieux apparaître la nature des faits, la dimension réelle qu'ils prennent dans tout un contexte et leur référence aux valeurs humaines. Nous ne saurions par contre approuver certains procédés qui prétendent être « neutres » et « indépendants », alors que concrètement, ils s'avèrent des manipulations habiles, comme par exemple : la mise en relief unilatérale des dépravations humaines ; la pression sur l'opinion publique pour susciter des aspirations insatiables, décevantes et d'ailleurs impossibles à réaliser, par exemple consommer toujours davantage des choses superflues ; la présentation des modèles de comportement illusoires ou immoraux; le fait de taire, de sélectionner ou de déformer les événements les plus importants selon un plan idéologique qui ne respecte pas la liberté de l'homme et viole le droit à l'information; la façon de soulever des problèmes et d'imposer des doutes mettant en crise des certitudes éthiques indiscutables ; le fait de considérer comme art ce qui est permissif, et comme répression les impératifs humains qui correspondent légitimement à la façon de vivre en société; le fait d'appeler justice ce qui est violence, vengeance, représailles ...

Pour servir vraiment la réconciliation, l'objectivité dans le choix et la présentation des faits requiert un sens profond des responsabilités, une préparation et une compétence adéquates et un véritable renouveau des attitudes regrettables adoptées trop souvent par des sources d'information, des professionnels des communications sociales et un public de lecteurs, de spectateurs et d'auditeurs qui s'en rendent complices.

On y parviendra d'autant mieux qu'on assurera concrètement dans tous les pays une pluralité raisonnable de voies d'information. Au lieu d'obliger pour ainsi dire les usagers à s'en tenir à leurs nouvelles et à leurs interprétations, ces différents organes doivent alors consentir un

dialogue ouvert et une confrontation loyale permettant aux personnes les plus valables et aux idées les plus nobles de s'exprimer librement. Autrement, parfois, on en arrive à une sorte de « tyrannie » ou à un « terrorisme culturel », diffus et quasi anonyme, qui peut même, paradoxalement, trouver un accueil favorable sous le prétexte que ce monopole sert la promotion personnelle et sociale, même s'il viole les convictions religieuses, éthiques et civiques.

En exprimant de telles préoccupations Nous voulons contribuer positivement à ce que les communications sociales jouent le rôle bienfaisant dont elles sont capables, en favorisant la réconciliation humaine et chrétienne. Et Nous invitons tous les fils de l'Eglise à travailler à ce renouveau. En fait, Nous souhaitons que les artisans des mass media se sentent eux-mêmes appelés à défendre et à accroître leur liberté d'expression, Nous entendons la liberté fondée sur la vérité, sur l'amour des frères et de Dieu. Nous n'ignorons certes pas les difficultés qu'ils rencontrent et le courage qui leur est demandé, en particulier quand il s'agit de «satisfaire» un public de lecteurs, d'auditeurs et de spectateurs qui semble peu se soucier de rechercher cette vérité et cet amour. Puissent-ils songer alors aux graves responsabilités qui leur incombent, à cause de l'impact certainement profond qu'ils exercent sur l'information et, partant, sur les structures de pensée et l'orientation même de la vie !

Notre appel s'adresse, plus pressant encore, à ceux qui disposent d'une pouvoir politique, social ou économique auprès de ces agents des communications sociales : qu'ils favorisent eux aussi le progrès d'une saine liberté d'information et d'expression. Quand la vérité est étouffée par des intérêts économiques injustes, par la violence de groupes qui entendent faire œuvre de subversion dans la vie civile ou par la force organisée en système, c'est l'homme qui est blessé : ses justes aspirations ne peuvent plus être entendues, encore moins satisfaites. A l'inverse, la liberté revendiquée ne saurait être affranchie d'une norme morale, intrinsèque, qui trouve protection dans des dispositions légales; elle demeure toujours en effet corrélative aux droits d'autrui et aux impératifs de la vie en société, au devoir par conséquent de respecter la réputation des personnes honnêtes, l'honneur des fonctions de responsabilité au service du bien commun, la décence des mœurs publiques. Il est évident par exemple que la publicité qui étale les dépravations humaines ou excite les instincts immoraux déshonore la presse, corrompt l'éducation du sens moral, notamment chez les jeunes, et ne saurait prétendre

être couverte par le droit à l'information, auprès de l'autorité civile.

L'Eglise, en ce domaine comme en d'autres, ne revendique pas de privilèges, encore moins de monopoles. Elle réaffirme simplement le droit et le devoir de tous les hommes de répondre à l'appel de Dieu et le droit de ses fils d'accéder à l'utilisation de ces instruments de communication, dans les respect des droits légitimes d'autrui. Toute personne, tout groupe social n'aspire-t-il pas à être présenté selon la réalité de son être propre? L'Eglise a droit elle aussi à ce que l'opinion publique connaisse sa véritable image, sa doctrine, ses aspirations, sa vie.

En rappelant ces exigences, Nous espérons faciliter la réconciliation entre les hommes, qui ne peut avoir lieu que dans un climat de respect, d'écoute fraternelle, de recherche de vérité, de volonté de collaboration. Nous sommes sûr que cet appel trouvera un écho chez beaucoup d'hommes de bonne volonté, fatigués d'un conditionnement qui asservit et finit par aggraver les tensions déjà pesantes. Mais à nos Frères et Fils dans la foi, Nous ajoutons : travaillez de toutes vos forces à la réconciliation à l'intérieur de l'Eglise, comme notre Exhortation Apostolique du 8 décembre dernier vous y conviait. Que les moyens de communication sociale, loin de durcir les oppositions entre chrétiens, d'accentuer les polarisations, de donner force aux groupes de pression, de nourrir la partialité, œuvrent à la compréhension, au respect, à l'acceptation des autres dans l'amour et le pardon, à l'édification du Corps unique du Christ dans la vérité et la charité! Il n'y a pas de véritable christianisme en dehors de là.

Tel est le renouveau fondamental que Nous implorons de Dieu en cette Année Sainte, pour les méritants promoteurs et pour les bénéficiaires des communications sociales : que grâce à celles-ci, la réconciliation véritable progresse entre les groupes sociaux, entre les nations, entre ceux qui croient en Dieu, et spécialement entre les disciples du Christ. Et que tous ceux qui s'y emploient soient bénis par le Dieu de paix !

Du Vatican, le 19 avril 1975.

PAULUS PP. VI

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

I

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Paulus Divina Providentia Pp. VI, successivis decretis Sacrae Congregationis pro Episcopis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

die** 14 **Decembris 1974- — Cathedrali Ecclesiae Bovinensi Exc. P. D. Iosephum Lenotti, Episcopum Fodianum.

— Cathedrali Ecclesiae Troianae Exc. P. D. Iosephum Lenotti, Episcopum Fodianum et Bovinensem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Aecanae Exc. P. D. Marium De Santis, hactenus Episcopum titularem Heracleensem, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Iosephi Lenotti, Episcopi Fodiani, Bovinensis et Troiani.

die** 24 **Decembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Minturnensi R. D. Petrum Iulianum Tiddia, Vicarium Generalem Archidioecesis Calaritanae, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Iosephi Bonfiglioli, Archiepiscopi Calaritani.

die** 14 **Aprilis 1975. — Titulari pro hac vice Archiepiscopali Ecclesiae Aquavivensi R. D. Ioannem De Andrea, presbyterum dioecesis Eporediensis, Praelatum honorarium Sanctitatis Suae, ab officiis Secretariae Status, quem constituit Delegatum Apostolicum in regione Angola.

die 18 Aprilis. — Metropolitanae Ecclesiae Vallisoletanae Exc. P. D. Iosephum Delicado Baeza, hactenus Episcopum Tudensem-Vicensem.

die 21 Aprilis. — Cathedrali Ecclesiae S. Iacobi Capitis Viridis R. P. Paulinum do Livramento Evora, Congregationis S. Spiritus sub tutela Immaculati Cordis Beatissimae Virginis Mariae sodalem.

die 29 Aprilis. — Cathedrali Ecclesiae Azoguensi Exc. P. D. Radulphum Vela Chiriboga, hactenus Episcopum titularem Ausafensem.

die 10 Maii. — Titulari episcopali Ecclesiae Arpinae Exc. P. D.

Iohannem Felicem Pepén y Soliman, hactenus Episcopum a Domina Nostra vulgo de la Altagracia in Higüey, seu Higueyensem, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Octavii Antonii Beras, Archiepiscopi S. Dominici.

— Cathedrali Ecclesiae a Domina Nostra vulgo de la Altagracia in Higüey, seu Higueyensi, Exc. P. D. Hugonem Eduardum Polanco Brito, hactenus Archiepiscopum titularem Mentesanum, eidem archiepiscopalem dignitatem seu titulum ad personam servans.

— Titulari episcopali Ecclesiae Gilbensi R. D. Priamum Periclem Tejeda Rosario, secretarium pro actione pastorali promovenda in archidioecesi S. Dominici, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Octavii Antonii Beras, Archiepiscopi S. Dominici.

die** 14 **Maii. — Titulari episcopali Ecclesiae Tacapitanae R. D. Arsenium Radulfum Casado, cancellarium curiae Saltensis et vicarium episcopalem pro pastorali laicorum actuositate fovenda in eadem archidioecesi, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Caroli Mariani Pérez Eslava, Archiepiscopi Saltensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Nasaitensi R. P. Aldonem Mongiano, sodalem Instituti Missionum a Consolata, quem constituit Praelatum Roraimensem.

II

PANAMENSIS - DARIENENSIS

DECRETUM

De **finium mutatione**

Maiori Christifidelium spirituali bono apprime studentes, Exc.mi PP. DD. Marcus Gregorius McGrath, Archiepiscopus Panamensis, et Iesus Serrano Pastor, Episcopus titularis Hypselitanus, Vicarius Apostolicus Darienensis, audita Conferentia Episcopali Panamensi, unanimi consensu, ab Apostolica Sede expostulaverunt ut ecclesiastici fines circumscriptionum sibi commissarum aliquantulum immutarentur et ita aptius disponerentur.

Sacra Congregatio pro Episcopis, praehabito favorabili voto Exc.mi P. D. Eduardi Rovida, Archiepiscopi titularis Tauromenitani, in Republica Panamensi Apostolici Nuntii, atque initis consiliis cum Sacra Congregatione pro Gentium Evangelizatione quoad territorium Vica-

riatus Apostolici Darienensis, rata petitam immutationem aeternae animarum saluti cessuram, vigore specialium facultatum sibi a Summo Pontifice Paulo, Divina Providentia Pp. VI, tributarum, oblatis precibus annuendum censuit.

Quapropter, suppleto, quatenus opus sit, eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, praesenti Decreto a Vicariatu Apostolico Darienensi distrahit territorium regionis vernacula lingua ***Archipiélago de Las Perlas*** nuncupatum, intra fines civilis provinciae cui nomen ***Panamá*** exstans, illudque archidioecesi Panamensi adnectit, mutatis, hac ratione, praefatarum circumscriptionum limitibus.

Quamobrem documenta et acta memorati territorii clericos, fideles et bona temporalia respicientia a Curiae Darienensis tabulario ad Curiae Panamensis archivum, quam primum, transmittantur.

Ad clerum quod attinet, simul ac praesens Decretum ad effectum deductum fuerit, sacerdotes Ecclesiae illi adscripti censeantur in cuius territorio ecclesiasticum beneficium aut officium detinent; ceteri autem sacerdotes, clerici seminariique tirones dioecesi illi incardinati maneant vel incardinentur in cuius territorio legitimum habent domicilium.

Ad haec perficienda Sacra Congregatio pro Episcopis praefatum Exc.mum P. D. Eduardum Rovida deputat, necessarias et opportunas eidem tribuens facultates, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad eandem Sacram Congregationem, cum primum fas erit, authenticum exemplar actus peractae exsecutionis remittendi.

Quibus super rebus praesens edit Decretum perinde valiturum ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent.

Datum Eomae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Episcopis, die 30 mensis aprilis anno 1975.

SEBASTIANUS Card. BAGGIO, ***Praefectus***

L. © S.

© Ernestus Civardi, Archiep. tit. Serdicen., ***a Secretis***

SACRA CONGREGATIO PRO GENTIUM EVANGELIZATIONE SEU DE PROPAGANDA FIDE

I

BIKOROËNSIS - MBANDAKANAE

(MBANDAKANAE - BIKOROËNSIS)

DECRETUM

De finium atque nominis mutatione

Cum ad bonum animarum in Zaire provehendum expostulatum esset ut pars septemtrionalis dioecesis Bikoroënsis, paroecias vulgo « Bikoro » « Irebu » ((Bokongo » « Lukolela » « Itipo » et « Iboko » complectens, archidioecesi Mbandakanae adscriberetur, cuiusque praesens denominatio ita permutaretur ut deinde Mbandakanae-Bikoroënsis nuncupantur, Sacra Congregatio pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, re mature perpensa, accepto favorabili voto Exc.mi ac Rev.mi Domini Laurentii Antonetti, Archiepiscopi titulo Rusellensis atque Apostolici in Zaire Pro-Nuntii, itemque consensu Exc.morum Ordinariorum, quorum interest, prae oculis habito, oblatis precibus obsecundare censuit.

Itaque eadem Sacra Congregatio vigore facultatum sibi a SS.mo Domino Nostro Paulo Divina Providentia Papa VI concessarum, supramemoratas propositiones adprobavit ac praesens ad rem Decretum confici iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, die 12 mensis Aprilis a. D. 1975.

AGNELLUS Card. Rossi, ***Praefectus***

L. © S.

© B. Gantin, ***a Secretis***

II
BIKOROËNSIS - INONGOENSIS

DECRETUM
De mutatione finium

Cum ab bonum animarum in Zaire provehendum expostulatum sit ut pars meridionalis dioecesis Bikoroënsis, paroecias vulgo « Bolobo » et « Yumbi » complectens, dioecesi Inongoënsi adscribatur, Sacrum Consilium Christiano Nomini Propagando, accepto favorabili voto Exc.mi ac Rev.mi Domini Laurentii Antonetti, Archiepiscopi titulo Rusellensis atque Apostolici in Zaire Pro-Nuntii, itemque consensu Exc.morum Ordinariorum, quorum interest, prae oculis habito, re mature perpensa, oblatis precibus obsecundare censuit.

Itaque eadem Sacra Congregatio vigore facultatum sibi a SS.mo Domino Nostro Paulo Divina Providentia Papa VI concessarum, supramemoratam propositionem adprobavit ac praesens ad rem Decretum confici iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, die 12 mensis Aprilis a. D. 1975.

AGNELLUS Card. Rossi, ***Praefectus***

L. © S.

© B. Gantin, ***a Secretis***

ACTA COMMISSIONUM

PONTIFICIA COMMISSIO DECRETIS CONCILII VATICANI II INTERPRETANDIS

Responsa ad proposita dubia

Patres Pontificiae Commissionis Decretis Concilii Vaticani II Interpretandis, propositis in plenario coetu quae sequuntur dubiis, respondendum esse censuerunt ut infra :

I.

(De ministro Sacramenti Confirmationis)

D. - Utrum facultas, de qua in ***Ordine admissionis valide iam baptizatorum in plenam communionem Ecclesiae Catholicae*** (Praenotanda, n. 8), necnon in ***Ordine Confirmationis*** (Praenotanda, n. 7, b) iuxta quam presbyter ab Episcopo pro admissione deputatus potest candidatum confirmare in ipso actu admissionis, comprehendat etiam casum readmissionis apostatae a fide, nondum confirmati.

R. - ***Affirmative.***

II.

(De Episcopis Auxiliaribus)

D. - Utrum per Decretum ***Christus Dominus,*** n. 26, et Litt. Apost. ***Ecclesiae Sanctae,*** I, n. 13 § 3, derogatum sit can. 355 § 2 C.I.C. circa cessationem officii Episcopi Auxiliaris cessante munere Episcopi dioecesani.

R. - ***Affirmative,*** nisi expresse ab Apostolica Sede, in casu particulari, aliud provisum fuerit.

Ss.mus Dominus Noster Paulus Pp. VI in Audientia die 25 aprilis 1975 infrascripto impertita supradictas decisiones ratas habuit, adprobavit et publicari iussit.

PERICLES Card. FELICI, ***Praeses***

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Lunedì 12 Maggio 1975, il Santo Padre Paolo VI ha ricevuto in solenne Udienza, per la presentazione delle Lettere Credenziali, Sua Eccellenza il Signor DELINOIS CÉLESTIN, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario di Haiti.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha nominato :

17 maggio 1975. Il Rev.do P. Stano Gaetano, O.F.M. Conv., ***Promotore Generale della Fede della Sacra Congregazione per le Cause dei Santi.***

» » » Il Rev.do P. Amore Agostino, O.F.M., ***Relatore Generale dell'Ufficio Storico-Agiografico della Sacra Congregazione per le Cause dei Santi.***

» » » Mons. Papa Giovanni, ***Vice Relatore Generale dell'Ci f ficiò Storico-Agiografico della Sacra Congregazione per le Cause dei Santi.***

22 » » S. E. il Sig. Cardinale Rosales Julio, Arcivescovo di Cebu, ***Membro della Pontificia Commissione per la revisione del Codice di Diritto Canonico.***

Con Breve Apostolico il Santo Padre Paolo VI ha nominato:

Assistente al Soglio Pontificio:

13 maggio 1975. S. E. Mons. Abed Antoine, Arcivescovo di Tripoli del Libano dei Maroniti.

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha nominato :

Protonotari Apostolici soprannumerari:

10 aprile 1975. Mons. Di Nallo Amedeo (Boiano-Campobasso).
9 maggio » Mons. Durand Giorgio (Bayeux).

Cappellani di Sua Santità:

8 febbraio 1975. Mons. Briata Carlo (Genova).
» » » Mons. Kotowski Massimiliano (Katowice).
» » » Mons. Szymankiewicz Michele (Vilna).
15 » » Mons. Pif ano Paolo (Policastro).
28 » » Mons. De Venuto Pasquale (Ruvo e Bitonto).
» » » Mons. Pierro Pasquale (Ruvo e Bitonto).

9 marzo 1975. Mons. Perfumo Carlo (Tortona).
20 » » Mons. Rossi Dante (Trivento).
» » » Mons. Zanier Giovanni (Udine).
22 » » Mons. Bianchi Sergio (Roma).

ONORIFICENZE

Con Breve Apostolico il Santo Padre Paolo VI ha conferito :

La Gran Croce dell'Ordine Piano:

13 febbraio 1975. A S. E. Sánchez Salinas Enrique Fernando ***(Nicaragua).***

La Gran Croce dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

21 gennaio 1975. Al sig. Rollet Henri (Paris).

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha conferito :

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

8 ottobre 1974. Al sig. Friesenhahn Ernst (Köln).
6 febbraio 1975. Al sig. Tobón Mejia Aurelio ***(Colombia).***
11 marzo » Al sig. Abbas Afchar ***(Iran).***

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe militare:

8 marzo 1975. Al sig. Danese Alberto ***(Italia).***

La Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

18 dicembre 1974. Al sig. Duchamp Claude (Lyon).
28 gennaio 1975. Al sig. Casini Giacomo (Roma).
28 febbraio » Al sig. Doumith Michele (Beirut).

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

26 aprile 1974. Al sig. Elfer Walter (Westminster).
27 luglio » Al sig. Brenninkmeyer Robert (Köln).
21 dicembre » Al sig. Daley Dennis (Cardili).
» » » Al sig. Hallinan Charles (Cardili).
» » » Al sig. Horwood Charles (Cardia[2]).
» » » Al sig. Turnbull Gerard (Cardili).
17 gennaio 1975. Al sig. Amabile Mario (Cava e Sarno).
» » » Al sig. Pedrini Arturo (Cremona).
28 » » Al sig. Barbieri Aurelio (Reggio Emilia).
» » » Al sig. Tortorella Alfonso (Salerno).
» » » Al sig. Tortorella Almerigo (Salerno).
15 febbraio » Al sig. Mortamet Giuseppe (Lyon).
» » » Al sig. Franceschi Lucio (Roma).
28 » » Al sig. Santarelli Michelino ***(Italia).***
» » » Al sig. Zancla Emilio ***(Italia).***

Il Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

14	dicembre	1973.	Al sig. Kellett Robert (Westminster).
18	maggio	1974.	Al sig. Farrell Norman George (Cardio!).
4	agosto	»	Al sig. Collins Lawrence (Northampton).
9	ottobre	»	Al sig. Stanley Giuseppe (Birmingham).
10	»	»	Al sig. Sauter Theodor (Köln).
6	novembre	»	Al sig. Prin Maurice (Toulouse).
9	»	»	Al sig. Gunneweg Enrico ('s-Hertogenbosch).
15	»	»	Al sig. Van Elderen Cristiano ('s-Hertogenbosch).
20	»	»	Al sig. Andres Mauricio (Cabanatuan).
»	))	»	Al sig. Castro Manuel (Cabanatuan).
»	»	»	Al sig. Coronel Jose (Cabanatuan).
»	»	»	Al sig. Javier Beniamin (Cabanatuan).
»	»	»	Ai sig. Macapagal Victoriano (Cabanatuan).
»	»	»	Al sig. Ortiz Luis Juan (Cabanatuan).
»	»	»	Al sig. Violago Eleuterio (Cabanatuan).
21	»	»	Al sig. Walsh John James (Northampton).
25	»	»	Al sig. Van Wayenburg Alessandro (Utrecht).
21	dicembre	»	Al sig. Gijsen Teodoro Giovanni Maria (Roermond).
17	gennaio	1975.	Al sig. Ferolie Joseph (Brooklyn).
»	»	»	Al sig. O'Donnei William (Little Rock).
»	»	»	Al sig. Mullin Peter (Salford).
20	»	»	Al sig. Jaboulet Michel Ange (Lyon).
»	»	»	Al sig. Reveyron M. (Lyon).
24	»	»	Al sig. Passtoors Giovanni ('s-Hertogenbosch).
28	»	»	Al sig. Albanese Elio (Roma).
»	»	»	Al sig. Cosgrove Giovanni (Washington).
5	febbraio	»	Al sig. Tarrazi Amin (Paris).
28	»	»	Al sig. Piccolomini Luigi (Bertinoro).
»	»	»	Al sig. Tramonti Aldo (Bertinoro).
»	»	»	Al sig. Pellegrini Vero (Parma).
14	»	»	Al sig. Della Loggia Fulvio (Ortona).
»	»	»	Al sig. Porta Antonio (Roma).

La Commenda dell'Ordine di san Silvestro Papa:

15	giugno	1974.	Al sig. Muscani Augusto (Bologna).
5	dicembre	»	Al sig. Dadak Mario (Sankt Pölten).
6	»	»	Al sig. Ludovicy Ernest (Luxembourg).
21	»	»	Al sig. Geis Nicolaus (München und Freising).
»	»	»	Al sig. Hitzel Franz (München und Freising).
17	gennaio	1975.	Al sig. Ballarmi Gianfranco (Roma).
»	»	»	Al sig. Romandini Mario (Taranto).
24	»	»	Al sig. Pieber Rodolfo (Graz-Seckau).
»	»	»	AI sig. Hickel Giuseppe (Wien).
»	»	»	AI sig. Ivan Francesco (Wien).
28	»	»	AI sig. La Bruna Salvatore (Monreale).
»	»	»	Al sig. Rinaldi Giovanni (Salerno).
»	»	»	Al sig. Rome Beniamin (Washington).

10	febbraio	1975.	Al sig. Lupoli Rodi (Napoli).
»	»	»	Al sig. Fasciani Ennio (Roma).
28	»	»	Al sig. Vecchio Giuseppe Salvatore (Mileto).
»		»	Al sig. Boldrini Lino (Modena).
14	marzo		Al sig. Palmerio Giuseppe (Lanciano).
»	»	»	Al sig. Tenaglia Domenico (Lanciano).

II Cavalierato dell'Ordine di san Silvestro Papa:

15	giugno	1974.	Al sig. Borghesi Angelo (Bologna).
»		»	Al sig. Contri Angelo (Bologna).
23	»	»	Al sig. Beyk Giovanni (Haarlem).
27	agosto	»	Al sig. Lappe Herbert (Köln).
10	ottobre	»	Al sig. Oxtoby Friderick Joseph (Salford).
3	novembre	»	Al sig. Van Deursen Federico (Groningen).
4	»	»	Al sig. Mattusch Walter (Köln).
6			Al sig. Janssen Giovanni Giuseppe (Roermond).
8	»		Al sig. Derckx Giovanni (Roermond).
9	»		Al sig. Van Hijfte Maurice (Breda).
»	»	»	Al sig. Beerkens Winando Pietro (Roermond).
23	»	»	Al sig. Dejong Pietro (Roermond).
4	dicembre	»	Al sig. Van Hezewijk Riccardo ('s-Hertogenbosch)
8	»	»	Al sig. Wagemans Camillo (Liège).
21		»	Al sig. Cleary Patrick (Cardin[2]).
»	»		Al sig. Fröhlich Rodolfo (Innsbruck).
17	gennaio	1975.	Al sig. Stomph Pietro N. (Breda).
»	»	»	Al sig. Van der Valk Leonardo (Groningen).
	»	»	Al sig. Schäfers Giuseppe (Paderborn).
»			Al sig. Van Sambeek Enrico ('s-Hertogenbosch).
24	»	»	Al sig. Miserka Federico (Wien).
»	»		Al sig. Sprung Ernesto (Wien).
28	»		Al sig. Bondi Marino (Reggio Emilia).
»		»	Al sig. Ferrara Rino Bruno (Roma).
5	febbraio	»	Al sig. Sheen Roger (Mechelen-Brussel).
15	»		Al sig. Marini Gino (Forlì).
28	»	»	Al sig. Bertacchini Aldo (Modena).
5	marzo	»	Al sig. Marel Oqueli Ocampo José (Tegucigalpa).
9			Al sig. Marmiroli Giuseppe (Reggio Emilia).
»		»	Al sig. Luca Vincenzo (Roma).
14		»	Al sig. Cipollone Vittorio (Lanciano).
			Al sig. Caraceni Tommaso (Ortona).

NECROLOGIO

1	maggio	1975.	Mons. Sevrin Oscar, Vescovo titolare di Mossina.
6	»	»	E.mo Signor Cardinale Mindszenty Jozsef, del Titolo di S. Stefano al Monte Celio, già Arcivescovo di Esztergom.
16	»	»	Mons. Zaleski Alexander M., Vescovo di Lansing.
22	»	»	Mons. Rosenthal John Baptist, già Vescovo di Queens - town.

An. et vol. LXVII 30 Iunii 1975 N. 6

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano —• *Administratio:*, Libreria Editrice Vaticana

ACTA PAULI PP. VI

EPISTULAE

I

Ad E.mum P. D. Ovenium S. R. E. Cardinalem McCann, Civitatis Capitis Archiepiscopum, quinque complentem lustra ex quo Episcopus ordinatus est.

Vocem exsultationis et gratiarum actionis in Ecclesia Civitatis Capitis Christo Iesu, Pontifici aeterno, plenius decebit insonare proximo adventante die, qui tibi, Venerabilis Frater Noster, perquam felix illucescet. Quinque enim complebuntur lustra ex quo ipse ordinatus es Episcopus. Piis tunc celebrandis in honorem tuum coetibus libenter animo adesse volumus ac participatione Nostra eis quasi sertum imponere laetitiae, prout poscit et exigit ecclesialis communionis reciprocum vinculum, arctius in praesens solidandum.

Tecum considerans hactenus decursa tuae viae itinera, recte potes sacri Psaltae gratulabunda significatione uti : « Deus, docuisti me a iuventute mea, et usque nunc pronuntiabo mirabilia tua ».[1] Profecto, cum ad sacri ordinis gradum evectus fuisti, tuis concedens precibus, dedit tibi Deus spiritum non timoris, sed virtutis et dilectionis et sobrietatis.[2] Neque in te reposita spes ullo modo fefellit, imo quo maiora credita sunt tibi munera in militia Christi, facta tua augescente amore et labore cum dignitate tua consenserunt. Primum Antistes Vicarius

[1] *Ps.* 70, 17.
[2] Cfr. *2 Tim.* 1, 7.

Apostolicus Civitatis Capitis, dein, cum constituta fuerit in Africa sacra Hierarchia, Archiepiscopus Metropolita eiusdem urbis, postea a Nobis, quod quidem valde delectat, Purpuratorum Patrum honore decorata, vigore ingenii, prudentia consilii, sollertia operae praeditus, de catholicae Ecclesiae statu et incremento in Africana continenti terra egregie meritus es. Praeter alia tuae ascribitur magnanimitate quod autochthonum civilia iura tuitus es et tueris. His quoque maiora abs te actum iri spondes, si, ut vis, sensum unitatis Ecclesiae, quae in Petri Sede divinis promissis fulcitur, concordiam fratrum, lectam eruditionem cleri, civium probitatem morum magis magisque défendes et provehes.

Nobis quidem videtur optima spe exspectari posse dilectae Nobis Africae secundiores eventus, si reconditi in penetralibus Ecclesiae thesauri, inaestimabiles prorsus, tuo magisterio et exemplo vitae hauriantur. Verissima enim est S. Irenaei sententia : « Ubi Ecclesia, ibi Spiritus Dei ; et ubi Spiritus Dei, ibi Ecclesia et omnis gratia : Spiritus autem veritas est ».[3]

Deipara Virgo Maria, speciosior Cherubicis choris, Regina Ecclesiae, te tuosque benigno vultu aspiciat, semper salutaris opifera.

Haec flagrantissima vota Apostolica Benedictio confirmat.

Ex Aedibus Vaticanis, die xxix mensis Aprilis anno MCMLXXV, Pontificatus Nostri duodecimo.

PAULUS PP. VI

II

E.mo P. D. Leoni Iosepho S. R. E. Cardinali Suenens, Mechliniensi-Bruxellensi Archiepiscopo, ob Marianum ex omnibus nationibus Conventum peragendum.

È con sentimenti di grande fiducia e di intima gioia che salutiamo i partecipanti al Congresso Mariano Internazionale, promosso e organizzato dalla benemerita Pontifìcia Accademia Internazionale. Il suo tema, invero, non soltanto s'inquadra mirabilmente nel contesto delle celebrazioni proprie dell'Anno Giubilare, ma sembra conferire ad esse un nuovo incomparabile fascino.

Nessun dubbio, infatti, che l'Anno Santo richiami alla purifìca-

[3] **Adv. Haer. III, 26.**

zione interiore e al progresso degli animi nella via della santità. Ma come non sperare che lo studio e l'approfondimento dei vincoli interiori, purissimi e santissimi, che avvinsero e avvincono tuttora là Vergine Maria allo Spirito Santo nell'opera dell'umana redenzione, daranno risultati quanto mai proficui, oltre che allo sviluppo del dogma cattolico e della scienza teologica, anche all'incremento del culto allo Spirito Santo e a quello della Madre di Dio e Madre della Chiesa?

Non ignoriamo che la teologia cattolica ha maggiormente insistito, ai tempi nostri, nello studio delle verità mariane, custodite nella Sacra Scrittura e nella Tradizione divina, allo scopo di enuclearne il contenuto e porne in luce gli effetti salutari. Ma tale lodevolissimo intento, coronato da frutti abbondanti, non ha fatto offuscare il primato della fede e del culto che la Chiesa intera tributa allo Spirito Santo, in conformità col Simbolo « Quicumque » ; « Patris et Filii et Spiritus Sancti una est divinitas, aequalis gloria, eoaeterna maiestas)).* Ciò vale soprattutto del culto liturgico, ch'è l'espressione genuina e più nota della fede e della pietà cristiana, secondo il noto assioma : « Lex orandi, lex credendi ».[2]

La Chiesa cattolica, del resto, ha sempre creduto che lo Spirito Santo, intervenendo in modo personale, anche se in comunione inscindibile con le altre Persone della SS. Trinità, nell'opera dell'umana salvezza[3] ha associato a se stesso l'umile vergine di Nazareth. Così la Chiesa ha pensato che Egli lo abbia fatto in modo consono alla sua indole di Amore Personale del Padre e del Figlio, con azione cioè insieme potentissima e soavissima, così da adattare perfettamente la persona di Maria, con tutte le sue facoltà ed energie sia spirituali che corporali, ai compiti a lei riservati nel piano della redenzione.[4] Poggiati su tale credenza, che scaturisce dall'intelligenza sempre più approfondita e chiara dei sacri testi, Padri e Dottori della Chiesa, sia in Oriente che in Occidente, hanno attribuito alle varie missioni dello Spirito Santo, procedenti dal Padre e dal Figlio, la pienezza di grazia e di carità dei doni e dei frutti di ogni virtù, nonché delle beatitudini evangeliche e di speciali carismi, che adornarono, quasi corredo di celestiali nozze, la predestinata mistica sposa del divin Paracleto e Madre

[1] *PL* 88, 585 s.

[2] Pio XII, Encycl. *Mediator Dei: A.A.S.* 39 (1947), p. 541.

[3] Cfr. G. Philips, *L'Union personnelle avec le Dieu vivant. Essai sur l'origine et le sens de la grâce créée,* 1974.

[4] Cfr. S. Tommaso, *Sum. Theol.* III, q. 27.

del Verbo di Dio fatto carne. È appunto a motivo dei suoi privilegi e degli eccezionali doni di grazia, tutti promananti dal divino Spirito, che Maria è salutata nella S. Liturgia : « Templum Domini, sacrarium Spiritus Sancti ».

Sarà, allora, sorgente di grande conforto, per gli animi nostri, indugiarci alquanto nella contemplazione gaudiosa delle principali operazioni dello Spirito di Cristo sull'eletta Madre di Dio. Fu lo Spirito Santo che, riempiendo di grazia la persona di Maria nel primo istante del suo concepimento, la redense in modo più sublime in vista dei meriti di Cristo Salvatore del genere umano e la rese quindi Immacolata ;[5] fu lo Spirito Santo che, sopravvenendo in lei, le ispirò il consenso, a nome del genere umano, alla concezione verginale del Figlio dell'Altissimo e ne fecondò il seno affinché desse alla luce il Salvatore del suo popolo, sovrano di un regno imperituro ;[6] fu ancora lo Spirito Santo che ne infiammò l'animo di giubilo e di riconoscenza, stimolandola così a sciogliere a Dio, suo salvatore, il cantico ***Magnificat;***[7] fu parimente lo Spirito Santo che suggerì alla Vergine il buon consiglio di conservare fedelmente nel suo cuore il ricordo delle parole e dei fatti concernenti la nascita e l'infanzia del suo Unigenito, ai quali Ella aveva preso parte così intima ed amorosa ;[8] fu sempre lo Spirito Santo che spinse Maria a sollecitare amabilmente dal Figlio suo il prodigio della conversione dell'acqua in vino alle nozze di Cana, col quale Gesù diede inizio alla sua attività taumaturgica, provocando la fede dei suoi discepoli ;[9] fu nuovamente lo Spirito Santo che sostenne l'animo della Madre di Gesù, presente ai piedi della sua Croce, ispirandole, come già nell'Annunziazione, il ***Fiat*** alla volontà del Padre celeste, che la voleva maternamente associata al sacrificio del Figlio per la rendenzione del genere umano ;[10] fu ancora lo Spirito Santo che dilatò, con immensa carità, il cuore della Madre dolorosa, aftinché accogliesse dalle labbra del Figlio, quale suo estremo testamento, la missione di Madre nei riguardi del discepolo prediletto Giovanni,[11] pre-

[5] **Cfr. Pio IX, Bolla *Ineffabilis Deus,* 8 dicembre 1854; *DS* 2803.**
« **Cfr. *Lc.* 1, 35-38.**
[7] **Cfr. *Lc.* 1, 45-55.**
[8] **Cfr. *Lc.* 2, 19; 33, 51.**
[9] **Cfr. *Gv.* 2, 11.**
[10] **Cfr. *Gv.* 19, 25.**
» **Cfr. *Gv.* 19, 26-27.**

figurante, « secondo il perenne senso della Chiesa »[12] la sua maternità spirituale a beneficio dell'intera umanità; fu di nuovo lo Spirito Santo che elevò Maria, sulle ali della più fervida carità, al ruolo di Orante per eccellenza nel Cenacolo, dove i discepoli di Gesù erano « tutti assidui e concordi nella preghiera insieme con varie donne, nominatamente Maria Madre di Gesù,[13] in attesa del promesso Paracleto; fu, infine, lo Spirito Santo che, divampando con supremo ardore nell'animo di Maria pellegrina sulla terra, la rese bramosissima di riunirsi al Figlio glorioso e con ciò la dispose a conseguire degnamente, a coronamento dei suoi privilegi, quello dell'Assunzione in anima e corpo al cielo, secondo la definizione dogmatica,[14] di cui, come ricordiamo con particolare commozione, ricorre quest'anno il XXV anniversario.

Ma non si concluse con l'Assunzione gloriosa la missione di Maria, quale socia dello Spirito di Cristo nel mistero della salvezza. Benché assorta nella contemplazione gaudiosa della Trinità beata, Ella continua ad essere presente spiritualmente a tutti i figli della redenzione, sempre stimolata al suo nobilissimo ufficio dell'Amore Increato, anima del Corpo mistico e suo motore supremo.

L'incessante presenza di Maria in seno alla Chiesa pellegrinante è stata confermata dal Concilio Vaticano II, che ha dichiarato: « Questa maternità di Maria nell'economia della grazia perdura senza soste ... Difatti assunta in cielo non ha deposto questa funzione di salvezza, ma con la sua molteplice intercessione continua a ottenerci le grazie della salute eterna ».[15]

È pertanto, cosa assai meritevole e giusta che la Santa Genitrice di Dio, come lo è stata fin dai primi secoli della Chiesa,[16] continui ad essere « chiamata beata da tutte le generazioni »[17] e ad essere « invocata nella Chiesa con i titoli di ***Avvocata, Ausiliatrice, Soccorritrice, Mediatrice*** »;[18] ma, come ammonisce sapientemente il Concilio: « in modo che nulla detragga alla dignità e all'efficacia di Cristo, unico

[12] Leone XIII, Encycl. *Adiutricem populi:* 5 settembre 1895: *Acta Leonis XIII,* vol. XV, p. 302.

[13] *Att.* 1, 14.

[14] Cfr. Pius XII, Const. Apost. *Munificentissimus Deus,* 1 novembre 1950: *A.A.S.* 42 (1950), p. 768.

[15] Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 62.

[16] Antif. *Sub tuum praesidium.*

[17] *Magnificat.*

[18] Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 62.

Mediatore »;[19] e, dobbiamo aggiungere, in modo che nulla detragga alla dignità e **air** efficacia dello Spirito, eh'è il Santificatore sia del Capo che delle singole membra del Corpo mistico,

Dobbiamo, perciò, ritenere che l'azione della Madre della Chiesa, a beneficio dei redenti, non sostituisce, né rivaleggia con l'azione onnipossente ed universale dello Spirito Santo, ma la implora e la prepara, non soltanto con la ***preghiera*** di intercessione, in armonia con i disegni divini contemplati nella visione beata, ma anche con l'influsso diretto ***dell'esempio,*** compreso quello, importantissimo, della massima docilità alle ispirazioni del divino Spirito.[20] È quindi sempre in dipendenza dallo Spirito Santo che Maria conduce a Gesù le anime, le foggia a sua immagine, ispira ad esse buoni consigli, è vincolo di amore tra Gesù e i credenti.

3. Ripetiamo : sia l'amore la nostra fortezza : « Noi abbiamo riconosciuto e creduto nell'amore ! ».[8] La realtà del Cuore di Cristo ci spinge a questo amore, anche ***in spem contra spem!*** Sì, fratelli, oggi la società ha bisogno d'amore : vi sono disordini sociali, fermenti di disgregazione, errori morali (droga, perversioni, ecc.) perché forse il nostro popolo, in alcune espressioni della sua vita (il bisogno di giustizia sociale, ad esempio, l'impegno del lavoro industriale, lo studio della mentalità moderna) non si è sentito abbastanza amato ! Anche nella diffidenza e nei pregiudizi che tengono lontana dalla Chiesa tanta parte delle classi sociali più preparate, della cultura, dell'insegnamento, delle arti, è stata vista, a torto una mancanza d'interesse e d'amore. Tutti invece debbono sentirsi di casa nella Chiesa, che non è ostile a nessuno perché a tutti porge la verità, la luce, la lungimiranza, la pazienza, la pace, la carità di Dio. Ecco la nostra forza : un maggiore amore, una maggiore bontà : dobbiamo farci amare di più, amando,

[7] Cfr. *Eph.* 4, 14-15.

[8] *1 Gv.* 4, 16.

farci, come Paolo, « tutto a tutti per fare tutti salvi ».[9] È la nostra professione, la nostra vocazione, la nostra tremenda e corroborante responsabilità. A tanto ci chiama il Cristo, che, per mezzo nostro — di noi Vescovi, di noi sacerdoti, come dei laici generosi — vuol far sentire a tutti gli uomini le ansie del suo Cuore ; l'abbiamo udito nel Vangelo : « Venite a me, voi tutti che siete affaticati e oppressi, e io vi ristorerò. Prendete il mio giogo sopra di voi e imparate da me, che sono mite e umile di cuore e troverete ristoro per le vostre anime ! ».[10] Il mondo che soffre nel gelo dell'egoismo e della paura ha bisogno di risentire questa certezza, che rinnova e avvera per sempre le grandi parole dell'Alleanza: ((Il Signore si è legato a voi ... Il Signore vi ama».[11]

Sì, Fratelli, sì, amici : questo il nostro impegno, questa la nostra gloria, questo il nostro premio. Ci confortino San Pietro e tutti gli apostoli con la loro eroica testimonianza; ci aiuti la Vergine Santissima, Madre della Chiesa ; ci incoraggi e ci benedica Dio Padre, Figlio, Spirito Santo. Amen.

IV

Ad Excellentissimum Virum Humayun Rasheed Choudhury, apud Sedem Apostolicam Reipublicae Popularis Bangladesanae primum cum auctoritate Legatum, qui Summo Pontifici Litteras concrediti muneris fidem facientes tradidit. *

Mr Ambassador,

We are pleased to welcome you as the first Ambassador of Bangladesh to the Holy See. In thanking you for your kind words we also wish to express our sincere appréciation of the greetings which His Excellency the President has sent to us in his own name and in that of the Government and people of your country. We would ask Your Excellency to inform him that we gratefully and willingly reciprocate thèse greetings.

You have spoken of our very brief stop in your country, and we are happy to assure you that the memory of that occasion is always in

[9] Cfr. *1 Cor.* 9, 22.
[10] *Mt.* 11, 28-29.
[11] *Dt* 7, 7. 8.

* Die 9 mensis iunii a. 1975.

our thoughts, just as the needs and legitímate aspirations of the belo ved people of Bangladesh are always in our prayers.

Although the Catholic Church has only very limited material means at her disposai she will always continue to do her best to help people in need, whatever their religious beliefs, and we rejoice to hear from you of the beneficiai effects of this help in your land. However, the Church can draw upon unlimited resources in fulfilling her spiritual mission. Thus, while continuing to con tribute in whatever way possible to the establishment of a worthy standard of material prosperity for everyone, she will strive always and everywhere to promote among ali people a knowledge and appréciation of spiritual truths together with a strong and invincible love for one another.

The practice in Bangladesh of moral virtues in the atmosphère of religious freedom, to which you have referred, can indeed be a powerful aid to the strengthening of a loving brotherhood among men. God, to whom it is so pleasing to see brothers d **Welling** peaceably together, will indeed come to the help of a people where men and women love their neighbours as themselves.

The very first words we spoke to the Bengalees at Dacca were to teli them that we had come "as a friend among friends, as a brother among brothers V Mr Ambassador, in assuring you of our continuing prayerful under standing for Bangladesch, for its Authorities and for all its people, we do so truly as one who is proud to have been and to remain a friend and a brother to you ali.

[1] **27 November 1970.**

SS.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

I

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Paulus Divina Providentia Pp. VI, successivis decretis Sacrae Congregationis pro Episcopis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

die 18 Martii 1975. — Cathedrali Ecclesiae Triventinae praefecit R. P. Entium d'Antonio, e clero archidioecesis Lancianensis.

— Coadiutorem cum iure successionis Exc.mi P. D. Alberti Carinci, Archiepiscopi Boianensis-Campobassensis, constituit Exc. P. D. Entium d'Antonio, Episcopum Triventinum.

die 25 Aprilis. — Cathedrali Ecclesiae Gravinensi R. P. Salvatorem Isgrò, moderatorem seminarii archidioecesani Arborensis.

— Praelaturae Altamurensi Exc. P. D. Salvatorem Isgrò, Episcopum Gravinensem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Risinitanae R. D. Ioannem Pes, e clero dioecesis Bosanensis, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Sebastiani Fraghi, Archiepiscopi Arborensis.

die 6 Maii. — Praelaturae Missionis Galliae seu Pontiniacensi E.mum ac Rev.mum P. D. Franciscum S. R. E. Cardinalem Marty, Archiepiscopum Parisiensem, Praesidem Conferentiae Episcoporum Galliae.

— Titulari episcopali Ecclesiae Utimmensi R. D. Ioannem Rémond, presbyterum Praelaturae Missionis Galliae, quem deputavit Auxiliarem E.mi ac Rev.mi P. D. Francisci S. R. E. Cardinalis Marty, Praelatum Missionis Galliae.

die 9 Maii. — Titulari episcopali Ecclesiae Aguntiensi R. D. Iosephum Plöger, parochum et decanum in urbe germanice Bonn archidioecesis Coloniensis, quem deputavit Auxiliarem E.mi ac Rev.mi P. D* Iosephi S. R. E. Cardinalis Höffner, Archiepiscopi Coloniensis.

die 22 Maii. — Metropolitanae Ecclesiae Manizalensi Exc. P. D. Iosephum de Jesu Pimiento Rodríguez, hactenus Episcopum Garzonensem.

— Cathedrali Ecclesiae Mercedanianae Exc. P. D. Andream Rubio García, hactenus Episcopum titularem Fori Traiani.

die 23 Maii. — Cathedrali Ecclesiae Picuensi, noviter erectae, R. D. Augustum Alves da Rocha, vicarium cooperatorem paroeciae S. Petri de Alcantara, in dioecesi Oeirensi.

die 24 Maii. — Titulari episcopali Ecclesiae Atellanae Rev.mum P. D. Clementem Riva, ex Instituto Caritatis, quem deputavit Auxiliarem E.mi Cardinalis Urbis Vicarii.

— Metropolitanae Ecclesiae Brundisinae, cui adnexa est Administratio perpetua dioecesis Ostunensis, Exc. P. D. Septimium Todisco, hactenus Episcopum tit. Bigastrensem.

die 26 Maii. — Titulari episcopali Ecclesiae Aquaealbensi in Mauritania R. D. Richardum Suriñach, e clero dioecesis Poncensis, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Ioannis Fremiot Torres Oliver, Episcopi Poncensis.

die 30 Maii. — Titulari episcopali Ecclesiae Valariensi Rev.mum P. D. Hugolinum Cerasuolo, sodalem Ordinis Fratrum Minorum, hactenus Praefectum Apostolicum Galagapensem, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Bernardini Echeverría Ruiz, Archiepiscopi Guayaquilensis.

die 6 Iunii. — Cathedrali Ecclesiae Derthonensi Exc. P. D. Aloisium Bongianino, hactenus Episcopum Albae Pompeiensis.

II

SEGOBRICENSIS - CASTELLIONENSIS TERULENSIS ET CONCHENSIS

DECRETUM

De mutatione finium

Spirituali Christifidelium bono sedulo prospicientes, Exc.mus P. D. Iosephus Maria Cases Deordal, Episcopus Segobricensis-Castellionensis, Exc.mus P. D. Damianus Iguacen Borau, Episcopus Terulensis et Exc.mus P. D. Iosephus Guerra Campos, Episcopus Conchensis, nuper

Apostolicae Sedi supplices porrexerunt preces ut suarum Ecclesiarum fines aliquatenus immutarentur aptiusque disponerentur.

Porro, Sacra Congregatio pro Episcopis, praehabito favorabili voto Exc.mi P. D. Aloisii Dadaglio, Archiepiscopi titularis Leriensis et in Hispania Nuntii Apostolici, rata huiusmodi petitionem in animarum utilitatem cessuram, preces ad se admotas excipiendas censuit.

Quapropter, suppleto quatenus opus sit, eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, hoc Decreto perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae fuissent, haec quae sequuntur decernit.

A dioecesi Segobricensi-Castellionensi separat :

— territorium paroeciarum hispanice Arcos de las Salinas, Cervera et Las Dueñas nuncupatarum illudque dioecesi Terulensi perpetuo adnectit ;

— territorium paroeciae hispanice Santa Cruz de Moya dictae, illudque dioecesi Conchensi assignat.

Ad haec vero exsequenda Sacra Congregatio pro Episcopis praefatum Exc.mum P. D. Aloisium Dadaglio deputat, necessarias et opportunas eidem tribuens facultates, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere ipsi imposito ad eandem Sacram Congregationem quam primum remittendi authenticum exemplar actus peractae exsecutionis.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Episcopis die 30 mensis Maii anno 1975.

ffi SEBASTIANUS Card. BAGGIO, ***Praefectus***

L. © S.

ffi Ernestus Civardi, Archiep. tit. Serdicen., ***a Secretis***

SACRA CONGREGATIO PRO GENTIUM EVANGELIZATIONE SEU DE PROPAGANDA FIDE

I

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Paulus Divina Providentia Pp. VI, successivis decretis Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

die 30 Ianuarii 1975. — Titulari episcopali Ecclesiae Zicensi praefecit R. D. Ioachimum Mbadu Kikhela, e clero saeculari autochthone, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Exc.mi P. D. Raimundi Nianga-Nzita, Bomaënsis Episcopi.

die 28 Februarii. — Cathedrali Ecclesiae Eshovensi R. D. Mansuetum Biyase, e clero dioecesis Marianhillensis eiusdemque Vicarium Generalem.

— Cathedrali Ecclesiae Hamiltonensi in Bermuda R. P. Brennum Leonem Ioannem Hennessy, e Congregatione a Resurrectione D. N. I. Chr., in civitate Hamiltonensi Sancti Ioseph paroeciae curionem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Mozotcoritanae R. P. Iosephum Albertum Llaguno Farias, sodalem Societatis Iesu, quem deputavit Vicarium Apostolicum Tarahumarensem.

die 17 Martii. — Cathedrali Ecclesiae Portus Victoriae seu Seychellarum R. D. Felicem Paul, e clero dioecesano, ecclesiae cathedralis parochum.

die 5 Aprilis. — Cathedrali Ecclesiae Sciiamchiamensi R. D. Ioannem Baptistam Cheng-chung Wu, curionem ecclesiae Sanctae Annae, in oppido vulgo Hsin Miaoli, dioeceseos Hsinchuensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Novensi R. P. Alfredum Gontium in religione Pium, Datubara, Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum, Vicarium Generalem archidioecesis Medanensis, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Antonii Henrici van den Hurk, Medanensis Archiepiscopi.

die 6 Aprilis. — Titulari episcopali Ecclesiae Siguitanae R. D. Iosephum Chhmar Salas, e clero saeculari nativo, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Exc.mi P. D. Ivonis Georgii Renati Ramousse, episcopi titularis Pisitani et Vicarii Apostolici de Phnom-Penh.

die 15 Aprilis. — Titulari episcopali Ecclesiae Tabuniensi R. D. Ioannem Baptistam Bui-Tuân, moderatorem spiritus in seminario dioecesis Longxuyensis, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Exc.mi P. D. Michaelis Nguyên-Khac-Ngu, Episcopi Longxuyensis.

die 28 Aprilis. — Metropolitanae Ecclesiae Praetoriensi R. D. Georgium Franciscum Daniel, presbyterum eiusdem archidioecesis, curionem SS. Trinitatis paroeciae, in oppido vulgo Olifantsfontein nuncupato.

— Cathedrali Ecclesiae Chiangmaiensi Exc. P. D. Robertum Ratna Bamrungtrakul, hactenus Episcopum Ratchaburensem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Horrensi R. D. Alfonsum U Than Aung, sacerdotem nativum, ecclesiae cathedralis curionem, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Aloisii U Ba Khin, Archiepiscopi Mandalayensis.

II

NOMINATIONES

Decretis ut infra datis, Sacra Congregatio pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide ad suum beneplacitum renuntiavit :

die 4 Martii 1975. — Exc. P. D. Ioannem Rupp, Archiepiscopum titularem Dionysopolitanum, Pro-Nuntium Apostolicum in Cuvaitensi Dominatu.

die 19 Martii. — Exc. P. D. Nicolaum Huynh van Nghi, Episcopum titularem Saelesiensem necnon Auxiliarem Exc.mi P. D. Pauli Nguyên van Binh, Archiepiscopi Saigonensis, Administratorem Apostolicum « ad nutum Sanctae Sedis » dioecesis nuper erectae, Phanthietensis in Vietnamensi Natione.

die 22 Maii. — Exc. P. D. Thomam Nantha, Episcopum titularem Succubensem, Vicarium Apostolicum Vientianensis Vicariatus.

III

ANTILLARUM

DECRETUM

De nova erectione Delegationis Apostolicae Antillarum

Sacra Congregatio Consistorialis, ut religioso bono consuleret, a. D. 1925 Delegationem Apostolicam Antillarum erexit, quae tamen, mutatis circumstantiis, a. D. 1938 a Sacra Congregatione pro Negotiis Ecclesiasticis Extraordinariis abolita fuit.

Nunc autem, cum Conferentia Episcopalis Antillarum constituta sit pro nonnullarum circumscriptionum ecclesiasticarum Sacro Consilio Christiano Nomini Propagando subiectarum Ordinariis in Antillis et territoriis adiacentibus sitarum, Summus Pontifex Paulus Divina Providentia Pp. VI, ut Ecclesiae Sanctae status in illis locis magis magisque floreat, votum Archiepiscoporum et Episcoporum illius Conferentiae Episcopalis Antillarum benigne excipiens, omnibus mature perpensis, Delegationem Apostolicam Antillarum noviter erigere dignatus est, sub ditione huius Sacri Dicasterii, statuens eiusdem Sedem pro nunc in urbe Portus Principis stabiliendam esse ; in cuius rei memoria Litteras Apostolicas in forma Brevis maioris confici iussit et expediri.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, in Sollemnitate Sancti Ioseph, B. V. M. Sponsi et Ecclesiae Universalis Patroni, die 19 mensis Martii anno Domini 1975.

AGNELLUS Card. Rossi, ***Praefectus***

L. & S.

© Bernardinus Gantin, ***a Secretis***

IV

PORTUS HISPANIAE

DECRETUM

De ecclesiae concathedralis erectione

Urbs vulgo San Fernando in Archidioecesi Portus Hispaniae et Statu Sanctissimae Trinitatis et Tabacensis exstans, loci opportunitate felicia labentibus annis suscepit incrementa et eadem in praesens Populi Dei numero incolarumque industria ac negotiis floret.

Itaque Exc.mus ac Rev.mus Dominus Antonius Pantin, Archiepiscopus Portus Hispaniae, ab Apostolica Sede petivit — ad aptius tutiusque totius Archidioeceseos animarum bono consulendum — ut templum in eadem urbe Sancti Ferdinandi exstans et Deo in honorem Beatissimae Virginis sub invocatione A Perpetuo Succursu dicatum, ad dignitatem et fastigium Ecclesiae Concathedralis eveheretur.

Porro hoc Sacrum Consilium Christiano Nomini Propagando, vigore facultatum a Sanctissimo Domino Nostro Paulo Divina Providentia Pp. VI sibi tributarum, omnibus rerum adiunctis mature perpensis, rata id in animarum bonum cessurum, porrectis precibus libenter annuendum censuit.

Quapropter eadem Sacra Congregatio pro Gentium Evangelizatione praesenti Decreto, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae expeditae forent, praefatum templum in urbe Sancti Ferdinandi exstans et Deo in honorem Beatissimae Virginis Mariae sub titulo A Perpetuo Succursu dicatum, ad dignitatem et fastigium Ecclesiae Concathedralis Archidioecesis Portus Hispaniae evehit, ita ut in eadem Ecclesia, modo in Concathedralem evecta, Cathedra Episcopalis erigi possit et Archiepiscopus pro tempore, prout ipsi magis expedire videbitur, etiam diebus sollemnioribus pontificalia exercere queat.

Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, in Festo B. V. M. « Auxilium Christianorum », die vicesima quarta mensis Maii anno Domini 1975.

AGNELLUS Card. Rossi, ***Praefectus***

L. SB S.

© Bernardinus Gantin, ***a Secretis***

V

INSULARUM COMORENSIUM

DECRETUM

Administratio Apostolica Insularum Comorensium constituitur

Quo aptius consuleretur bono animarum in Insulis vulgo « Comores », hucusque pertinentibus ad dioecesim Ambaniaënsem, in Madagascariae propositum est ut memoratae Insulae peculiaribus Administratoris Apostolici curis committerentur.

Qua de re Sacrum hoc Consilium Christiano Nomini Propagando, re mature perpensa atque accepto favorabili voto Exc.mi ac Rev.mi Domini Michaelis Cecchini, Archiepiscopi titulo Aquileiensis atque Apostolici in Madagascaria Pro-Nuntii, memoratas preces excipiendas esse censuit.

Quam eiusdem Sacri Consilii sententiam in Audientia diei 5 mensis Iunii vertentis anni Sanctissimo Domino Nostro Paulo Divina Providentia Papae VI ab infrascripto Cardinali Praefecto relatam, Ipse Summus Pontifex benigne excipiens ratamque habens statuit, ut praefatae Insulae a dioecesi Ambaniaënsi seiungantur atque Administrationem Apostolicam Insularum Comorensium constituant.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, die 5 mensis Iunii a. D. 1975.

AGNELLUS Card. Rossi, ***Praefectus***

L. © S.

© Bernardinus Gantin, ***a Secretis***

SACRA CONGREGATIO PRO CAUSIS SANCTORUM

I

ANICIEN.

Beatificationis et canonizationis Servi Dei Fratris Polycarpi Gondre, III Superioris Generalis Congregationis Fratrum a Ss.mo Corde Iesu.

SUPER DUBIO

An Causa eius introducenda sit

Christus, qui Ecclesiae suae numquam se defuturum spopondit, sapienti consilio prospicit ut unaquaeque aetas suos habeat electos viros, virtutibus donisque supernis praeditos, qui moribus restituendis vitam devoverent atque posteritati quoque servirent operibus in aevum mansuris.

Frater Polycarpus Gondre inter eos est accensendus qui morali religiosaeque renovationi se devoverunt societatis potissimum christiana iuventutis institutione atque religiosae vitae testimonio.

Is ortum duxit in Galliae vico ***Les Héritières,*** qui pars erat pagi ***La Motte-en-Champsaur,*** intra fines Vapicensis dioecesis, die 21 mensis Augusti anno 1801, eodemque die tinctus est salutis aqua, nominibus impositis Ioanne Hippolyto. Parentes eius, Ioannes Iosephus Gondre et Victoria Gonzalin, tenuis bonorum fortunae, sed morum integritate et christianae vitae laude conspicui, firma eum imbuerunt pietate ac religione, quae totam deinde eius vitam penetrarunt atque ad agendum moverunt.

Post elementorum ludum in natali loco celebratum, scholas frequentava superioris ordinis obtinuitque anno 1822 publicam docendi facultatem seu ludimagistri diploma; ideo paulo post scholam pro pueris sui pagi aperuit, quibus se per quinquennium litteris erudiendis et christiane educandis, futurae sane vocationis suae signum ac práelusio, totum devovit.

At Hippolytus maiore flagrabat desiderio se artius Deo tradendi eique famulandi. Cum usus intercessisset ei cum quibusdam Fratribus Instituti a Sacratissimo Corde Iesu, petiit ut in eorundem reciperetur

Institutum. Ingressus igitur eam Congregationem die 27 Iunii anno 1827, quam anno 1821 Lugduni condiderat sacerdos Andrea Coindre, sacrum induit habitum, sumpto nomine Fratris Polycarpi, die 6 mensis Septembris eodem anno. Tirocinio rite expleto post biennium, professus est statim ex privilegio vota perpetua. Ob peculiarem, quam consecutus erat, aestimationem, iam altero novitiatus anno commissa sunt ei spiritualis tironum cura necnon adnexae scholae moderamen, quae munia laudabiliter explevit.

Instituti novitiatus, ob civilium perturbationem rerum annis 1830-1834 clausus, apertus est anno 1837 et Fratri Polycarpo moderandum concreditus est. Iam anno 1835 secundus adiutor generalis Congrega tionis nominatus erat, atque anno 1830 primus adsistens Superioris Generalis electus.

Mense Septembri anni 1841 in rerum adiunctis haud favorabilibus capitulum celebratur generale Congregationis et unanimi suffragio, quippe qui carus acceptusque omnibus, Moderator Generalis renuntiatus est Dei Famulus; quinquennio autem transacto, anno scilicet 1846, ad vitam eodem in officio confirmatus est.

Ex quo Famulus Dei Congregationem Fratrum a Ss.mo Corde Iesu ingressus est, habitus fuit magnae vir humanae et religiosae maturitatis, affabilis simplicitatis, bonitatis et mansuetudinis, quibus alios sibi statim conciliabat. Plenus fuit fide et ad Dei unius voluntatem vitam accommodabat. Congregationi praefuit cum prudentia, suavitate et fortitudine; illius exstitit columen et fundamentum, nam eo duce solidas egit radices, mirum in modum aucta est tam in Gallia quam in Foederatis Americae Septentrionalis Civitatibus; insuper legibus propriis et statutis auxit ac perfecit, legalem eius approbationem obtinuit, fratres visitavit eosque erudivit et defendit. Iure igitur et merito Servus Dei veluti alter Congregationis conditor consalutatur. Constat enim ipsum condidisse alias 82 domus sodaliumque numerum ita excrevisse, ut ad eius obitum 400 numerarentur, dum in regiminis eius initio eorum 59 fuisset numerus ; sublevasse Congregationem ex ruinae periculo eamque fortem et florentem reliquisse.

Valetudine licet non fuisset praestans, omnia tamen fortiter sustinuit et numquam in suo munere patris et pastoris deflexit; officii negotia, visitationes et itinera numquam intermisit nisi mense Decembri anno 1858 ad finem vertente. Tandem a sodalibus et ab amicis comploratus, obdormivit in Domino die 9 Ianuarii anno 1859, aetatis suae octavo supra quinquagesimum, sanctitatis famam post se relinquens.

Quam sanctimoniae famam Deus supernis signis confirmare visus est. Quapropter, cum vix Fratribus Congregationis a Ss.mo Corde Iesu licuit, instantia est facta ut Causa de Beatorum Caelitum honoribus Servo Dei Polycarpo Gondre decernendis inchoaretur. Processus itaque episcopali potestate instructus est annis 1929-1930 apud Curiam Aniciensem Romamque delatus, ubi anno 1931, una cum processiculo super scriptis eidem Servo Dei tributis, apertus est Causaque commissa fuit Sectioni historicae S. Rituum Congregationis. Positio autem ex oûicio concinnata super vita et virtutibus favorabilia nacta est suffragia Consultorum in historia peritorum die 31 Novembris a. 1968.

Eadem in Curia Aniciensi a. 1936 processus adornatus est super cultu eidem Famulo Dei numquam praestito. Die 30 Novembris a. 1940, Sacra eadem Rituum Congregatio, Pio Papa XII probante, edixit nihil obstare ex parte scriptorum Servi Dei quominus ad ulteriora procedi posset; simili modo, die 21 Octobris a. 1965, circa scripta nuper inventa. Postulatoriae interim litterae Summo Pontifici adhibitae sunt, quibus plurimi patres cardinales, archiepiscopi et episcopi ex universo terrarum orbe efflagitabant ut Causa beatificationis Fratris Polycarpi apud Sedem Apostolicam introduceretur.

Servatis igitur omnibus de iure servandis, instanteque Rev. Fr. Brunone Bergeron, Congregationis Fratrum a Ss. Corde Iesu postulatore generali, habitus est, die 21 mensis Iunii a. 1974, Congressus Ordinarius S. Congregationis pro Causis Sanctorum, quem secuta est Congregatio Peculiaris die 17 Decembris eodem anno 1974 celebrata, in qua Em.mus ac Rev.mus Cardinalis Ioannes Villot, Causae Ponens seu Relator, dubium discutiendum proposuit : ***An introducenda sit Causa beatificationis in casu et ad effectum de quo agitur,*** et de ea rettulit. Et Patres Cardinales, omnibus mature perpensis, affirmativum protulerunt responsum, esse scilicet Causam introducendam, si Summo Pontifici placuisset.

Super hisce omnibus supra expositis facta Romano Pontifici Paulo VI per infrascriptum Cardinalem relatione, Beatissimus Pater responsum Patrum Cardinalium ratum habuit et confirmavit.

Datum Romae, die 16 Ianuarii Anno Iubilaeo 1975.

ALOISIUS Card. RAIMONDI, ***Praefectus*** ;

L. © S.

© Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., ***a Secretis***

II

BAIOCEN. ET LEXOVIEN.

Beatificationis et canonizationis Servi Dei Petri Francisci Jamet, Sacerdotis saecularis, Superioris Instituti Sororum a Bono Salvatore.

SUPER DUBIO

An Causa eius introducenda sit

« Ad sacerdotes, qua in fide educatores, pertinet curare ... ut singuli fideles ad suam propriam vocationem secundum Evangelium excolendam, ad sinceram, operosamque caritatem et ad libertatem, qua Christus nos liberavit, in Spiritu Sancto adducantur ». Quo in munere obeundo presbyteri « peculiari modo commendatos sibi habent pauperes et tenuiores cum quibus Dominus Ipse sese sociatum ostendit, et quorum evangelizatio signum messianici operis datur. Peculiari etiam diligentia prosequentur iuniores » ***(Presbyterorum ordinis,*** 6). Ad illud porro munus non parum ducit, si christiani, dum « quae sursum sunt quaerunt » ac sapiunt, cum omnibus hominibus adlaborant ad aedificationem mundi humanioris, ad integram hominis vocationem consequendam, ad quod multum confert incumbere in varias disciplinas et artes, illuminante divina Sapientia (cfr. ***Gaudium et spes,*** 57).

Haec Concilii Vaticani Secundi proposita et hortamenta, perpetuo maximeque in Ecclesia eulta, immensa humanae consortioni attulerunt commoda, quae nulla unquam socialis vitae ratio et disciplina attulit. Id etiam vita operaque Servi Dei Petri Francisci Jamet, presbyteri Cadomensis, Instituti a Bono Salvatore restauratoris, praeclare evincit.

Is die 12 mensis Septembris anno 1762, in loco cui nomen ***Fresnes,*** intra fines dioeceseos Baiocensis, natus, postridie baptizatus est, accepto nomine Petri Francisci, tertius inter octo filios optimae et locupletis familiae coniugum Petri Jamet et Mariae Busnot. Sancta in Deum pietate imbutus, in regio collegio Viriensi, annis 1777-1782, litterarum studiis impiger incubit, inter condiscipulos interdum princeps, nitore, religione et indolis firmitate enitens. Divina vocatione accepta, alumnus seminarii maioris Societatis S. Ioannis Eudes, apud Cadomensem studiorum universitatem philosophiae sacrisque disciplinis operam dedit, atque die 22 Septembris a. 1787 sacerdotio auctus est. Altiora theologiae

studia, ad academicos gradus consequendos, ob exortam Gallicam rerum perturbationem, absolvere haud potuit. Interim capellanus ac spiritualis pater parvae communitatis Sororum a Bono Salvatore in urbe Cadomensi seu vulgo ***Caen*** nominatus est.

Temporibus igitur difficillimis ministerium sacerdotale Famulus Dei inivit. Civili cleri constitutioni cum adversaretur, continuo ad necem quaesitus erat, sed insidias vigilum vanas semper faciens, sive noctu sive diu varia ministerii munia obibat. Anno 1799, sedata Gallica eversione, ad publicum ministerium alacer rediit multumque adlaboravit ad iterum coadunandam Congregationem fere extinctam Sororum Boni Salvatoris, nova acquisita sede multisque praestitutis caritatis operibus exercendis. Instituto autem Cadomi succrescente, Dei Servus et Albiae et apud ***Pont-V Abbé*** ampla nosocomia scholasque Sororibus curat erigenda vel adsignanda. In regendis moderandisque Sororibus elucent eius caritas cum firmitate coniuncta, in curanda praesertim regulari observantia, zelus sanae doctrinae, studium adipiscendae sanctitatis, sacrae liturgiae et cantus provehendi diligentia, amor ad aeternam proximi salutem procurandam. Annis 1811-1814, graviter aegrotantibus Hispanicis captivis ut adstaret, omni periculo posthabito, eorum sermonem discit eosque solatur, instruit et Ecclesiae sacramentis munit. Mortis periculo iterum iterumque se exponit, dum anno 1832 morbo cholera affectis, caritate plenus, adest. Ceterum omnes Famuli Dei res gestae fidei, spei et caritatis praeclaris notis signatae sunt. Equidem, ut Dei scientiam et salutis viam adulescentes surdos ac mutos doceret sive ipse per se sive per religiosas Instituti, novam aptiorem invexit methodum et propagavit. Cui curae salutis, alia opera addidit praeclara, auxilium nempe mente captis ab Instituto Boni Salvatoris ample praestitum, et scholas, praesertim pro pauperibus, a sororibus erectas. Fidei, caritatis et prudentiae validissimum ministerium illi fuit regimen quoque studiorum Universitatis Cadomensis, cuius magnificus exstitit rector annis 1822-1830, magno actus zelo incredulitatis f ugandae et catholicae religionis restituendae morumque integritatis servandae post tot tantasque ruinas a Gallica eversione cumulatas. A quo munere se anno 1830 abdicavit, contentus se illud studiorum domicilium florentius novisque disciplinis uberius reliquisse. Paulo post bis episcopatum recusavit omnique ope nisus est ne cuiquam id innotesceret, /tunc se totum spirituali impendit regimini et dilatationi Instituti a Bono Salvatore, sive praedicatione et sacris colloquiis, sive scriptis, etiam

editis, praesertim ad alendam fovendamque religionem et cultum in Christi Passionem et SS. Cor Iesu, erga Deiparam Virginem, atque ad contemplandam et adorandam SS. Trinitatem, praecipua Famuli Dei devotionis obiecta, contra resurgentem rigorismum. Infirma quoque valetudine perculsus atque progrediente senectute, semper vigil, orationi instans omnibusque virtutibus clarus, domos Instituti invisebat, infirmorum, alumnorum ac sororum in Christo pater, eis iterans veluti signum : ***Filioli, diligite alterutrum.*** Tandem invalescente paralysi, qua iam ab anno 1840 pluribus ictibus percussus erat, editis novis virtutum exemplis sacramentisque piissime receptis, die 12 Ianuarii a. 1845 in domo Cadomensi ad superos evolavit.

Iam anno 1846 biographia Servi Dei in lucem prodiit, confirmans genuinam illam sanctitatis famam, qua ille et vivens fruitus est. Qua percrebrescente apud christifideles cuiusque ordinis et gradus atque caelestibus confirmata signis, Causa de Beatorum Caelitum honoribus ei decernendis agi coepta est. Instructi itaque sunt aa. 1936-1941, processus ordinarii super fama sanctitatis vitae, virtutum et miraculorum in genere, super scriptis eidem tributis et super cultu non praestito, Romamque translati. Ex capite autem scriptorum nihil obstare quominus ad ulteriora procedi posset, Sacra tunc Rituum Congregatio, probante Pio Papa XII, die 3 mensis Decembris a. 1944 decrevit. Cum autem in processu ordinario testes de visu interrogari non potuerint, eadem Causa studio Sectionis Historicae eiusdem Sacrae Congregationis die 17 Martii a. 1945 commissa fuit. Quae, documentis et testimoniis scriptis undique diligenter collectis eorumque valore et authenticitate in tuto positis, amplam Positionem, servatis normis de tractatione Causarum, quae dicuntur, historicarum, digessit, quam Promotori Generali Fidei transmisit ut disceptatio fieret, ad iuris normam, super Causae introductione.

Instante deinde Rev.do P. Friderico a Virgine Perdolente, Congregationis Passionis, Causae novo postulatore, habitus est, die 28 Octobris a. 1974, Ordinarius Congressus S. Congregationis pro Causis Sanctorum, quem excepit, die 17 Decembris eodem anno, Peculiaris, quae dicitur, Congregatio; in qua, relatore Em.mo Cardinali Gabriele Garrone, dubium disceptatum est : ***An introducenda sit Causa, in casu et ad effectum de quo agitur.*** Et Patres Cardinales adfirmando responderunt, si Summo Pontifici placuisset.

Facta postmodum, die 16 Ianuarii anni huius 1975, de hisce omni-

bus Summo Pontifici per subscriptum Cardinalem Praefectum relatione, Sanctitas Sua responsum Patrum Cardinalium ratum habuit et approbavit, edicens Causam Servi Dei Petri Francisci Jamet esse introducendam.

Datum Romae, die 16 Ianuarii Anno Sacro 1975.

ALOISIUS Card. RAIMONDI, ***Praefectus***

L. © S.

© Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., ***a Secretis***

III

SYRACUSANA SEU RAGUSIEN.

Beatificationis et canonizationis Servae Dei Mariae a Sacro Corde (in saeculo: Mariae Schininá), Fundatricis Congregationis Sororum a S. Corde Iesu.

SUPER DUBIO

An Causa eius introducenda sit

Prudentes inter virgines, quae cum lampadibus oleo paenitentiae ornatis flammaque caritatis accensis ad púdicas Caelesti Sponsi nuptias receptae sunt, Famula Dei Maria a S. Corde referri potest.

Ipsa Ragusae, die 10 Aprilis anno 1844, ortum habuit eique eodem nativitatis die lustralibus aquis ablutae nomen Mariae fuit. Parentes, qui praeter quam nobilitate censuque etiam religione praestabant, omnes contulerunt vires ut sex, quos susceperant liberos, inter quos Serva Dei quinta erat, christianae religionis praeceptis instituèrent. Humanarum litterarum rudimenta domi, ex sacerdotis cuiusdam disciplina, didicit, artemque musicam felici cum profectu tractavit.

Sextum aetatis annum cum ageret, Confirmationis chrismate fuit uñeta, atque septennis ad Eucharisticam mensam primum est admissa. Ex eo tempore sacerdotem a confessionibus habuit praeclaris virtutibus praeditum, cuius moderamine haud parva obtigit Servae Dei utilitas. Eodem pietatis magistro suadente ac permittente, puella Christi Corpore bis in mensem, iuvenis autem qualibet hebdomada reficiebatur.

Cum autem aetate floresceret, Dei ancilla e sedulo virtutum exercitio parumper deflexit, saeculi indulgens vanitatibus, praesertim quod

corporis cultum ornamentumque attineret. Nihilominus, sacra profanis miscens, communia pietatis, caritatis spectataeque honestatis officia non intermisit, idque non sine vulgi admiratione. Sane, nuptias pluries sibi oblatas praefracte recusavit. Annos nata duo et viginti optimo genitore fuit orbata; cuius repentina mors vehementissime eam afflixit, parum tamen aut nihil ab iis mundanis moribus recedens.

Trigesimum annum agens, fere extemplo atque inopinato a mundano splendore ad severae vitae rationem et mores transiit. Novo itaque inito vitae genere, Missae cotidie intererat, ad sacram synaxim accedebat, deinde se ad pauperes derelictos vel infirmos visendos, solandos adiuvandosque conferebat, posteaque denuo ecclesiam Iesum in Eucharistia delitescentem adoratura petebat; per civitatis vias et plateas modeste incedebat. Pueros christiana doctrina statis diebus diligenter imbuebat; cultum et devotionem SS. Iesu Cordis et B. Mariae Virginis, Rosarii Reginae, instanter et assidue dilatabat. Tum certam quamdam experiri coepit ad monasticam vitam attractionem seseque convertit ad monasterium quoddam Melitense strictioris observantiae; sed ab eiusmodi inito consilio parochus eam avertit, ratus matrem senectute provectam, quacum Serva Dei in paternis aedibus vitam duceret, non deserendam.

Matre autem anno 1884 e vita migrata, Famula Dei negotium de religioso statu capessendo omni ope egit. At Syracusanus Archiepiscopus ei persuasit ut, deposito consilio adeundae Melitae, omnes impenderet vires ad Institutum religiosum propria in urbe aperiendum, cui peculiare esset caritatis opera exercenda. Die igitur statuto, 9 mensis Maii anno 1889, cum quinque aliis sociis, studio miseris opitulandi incensis, religiosum habitum ab eodem Syracusano Praesule recepit emisitque tria religiosa vota, addito quidem quarto, ad annum dumtaxat, serviendi scilicet pauperibus. Atque adeo evenit ut Christi Ecclesia novo sacrarum virginum coetu ditaretur et exornaretur, a Sacro Corde Iesu nuncupato. Cuius primarium domicilium in domo conducticia constitutum fuit una cum hospitio pro vetulis egestate vel infirmitate laborantibus necnon pro puellis parentibus orbatis excipiendis.

Aspera sane et paupérrima Instituti fuere exordia; non defuerunt et in solidando firmandoque Instituto vexationes et aerumnae, quas neque paucas neque leves sollers fundatrix passa est. Sed pia ac prudens legifera Mater tot in adversis numquam est conquesta, quin immo, se totam Deo committendo, omnibus semper apparuit ut vera Christi sponsa recto animo corroborata et suavitate perfusa. Solebat

enim dicere: ***Omnia possum in eo qui me confortât (Philip.*** 4, 13). Divina Providentia opitulante difficultates sunt superatae, ita ut paulatim orphanarum atque anicularum numerus hospitio receptarum, necnon et novitiarum, succreverit. Ceterum, primis Instituti temporibus Famula Dei pauperibus subveniebat etiam in ipsorum domibus ; fuitque ipsa inter primas Unionis Dominarum a Caritate S. Vincentii socias Ragusae anno 1894 constitutae et fuit a consiliis eiusdem sodalicii.

Annis 1896-1897 verità non est strenue decertare adversus eos qui fideles a catholica fide avertere studebant. Erga eos qui in carcerem conditi erant summam aluit pietatem, et obstinatorum pertinaciam interdum devicit. Pari allaborabat studio ut operarii paschale praeceptum adimplerent. Pauperibus, aegrotis atque angustia quavis laborantibus solacio erat et levamini, pro quibus ostiatim emendicare non erubuit. Quae antea dives erat, facta est pauper cum pauperibus; quae aliquando elegantia specieque praecipuam esse cupiebat inter aequales, facta est humilis omniumque famula.

Laboribus vitaeque asperitatibus fracta, digna fuit indefaticata miserorum adiutrix, quae acciperet praemium, quod Christus Dominus iis pollicitus est, qui Sibi in minimis fratribus bene fecissent. Die enim 11 mensis Iunii anno 1910, aetatis suae septimo supra sexagesimum, extremis Ecclesiae Sacramentis munita, dulciter subridens ad Dominum evolavit. Die quo funeris exequiae sunt celebratae, perfrequens populus Ragusiensis ei parentavit, conclamantibus multis « Sanctam » e vivis excessisse.

Percrebrescens autem in dies eius fama sanctitatis caelestibus signis visa est confirmari. Quapropter Causa de Beatorum Caelitum honoribus eidem decernendis agi coepta est. Constructi itaque sunt annis 1937-1945 processus ordinarii in Curia archiepiscopali Syracusana super fama sanctitatis vitae, virtutum et miraculorum in genere, et super scriptis Servae Dei ; ad quas inquisitiones accessit processus additionalis annis 1956-1957 in Curia episcopali dioeceseos Ragusiensis, interea erectae. Qui processus una cum pluribus litteris sacrorum Antistitum postulatoriis ad Sacram tunc Rituum Congregationem transmissi sunt. Et Sacra eadem Congregatio, scriptis Servae Dei perpensis, ut ad ulteriora procedi posset, probante Pio Papa XII, die 2 Ianuarii a. 1949 edixit.

Instante denique Rev. P. Antonio Ricciardi, O.F.M. Conv., nuius Causae legitime constituto postulatore, habitus est die 2 mensis Iulii anno 1974 Congressus Peculiaris S. huius Congregationis pro Causis

Sanctorum, quem secuta est Congregatio Peculiaris diei 17 mensis Decembris eodem anno, in qua Em.mus Cardinalis Silvius Oddi, Causae Ponens seu Relator, dubium discutiendum posuit : ***An introducenda sit causa beatificationis, in casu et ad effectum de quo agitur.*** Et Patres Cardinales, omnibus mature perpensis, affirmando responderunt, Causam scilicet esse introducendam, si Summo Pontifici placuisset.

Quibus de rebus facta Summo Pontifici Paulo VI per subscriptum Cardinalem Praefectum, in Audientia diei 16 mensis Ianuarii anni huius, relatione, Sanctitas Sua rescriptum Patrum Cardinalium ratum habuit et confirmavit.

Datum Romae, ex aedibus S. Congregationis pro Causis Sanctorum, die 16 Ianuarii, Anno Sacro 1975.

ALOISIUS Card. RAIMONDI, ***Praefectus***

L. © S.

© Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., ***a Secretis***

IV

OSNABRUGEN.

Beatificationis et canonizationis Servi Dei Nicolai Stenonis, Episcopi tit. Titiopolitani.

SUPER DUBIO

An Causa eius introducenda sit

Sacrosanctum Oecumenicum Concilium Vaticanum II in Constitutione dogmatica ***Lumen gentium*** praeclaris verbis perennem extulit valorem cultus Sanctorum, in quibus scilicet Deus ***praesentiam cultumque suum hominibus vivide manifestat,*** immo ***nos alloquitur signumque nobis praebet Regni sui*** (n. 50).

Nemo sane dixerit argumenta deesse quibus eruatur voluisse forsitan Deum Ecclesiam suam hoc modo alioqui etiam per Dei Servum Nicolaum Stenonis vulgo Stensen. Is enim, cum vir esset scientiarum fama clarissimus, sacerdos dein, atque adeo, episcopus effectus, vitam suam in servitium veritatis et caritatis totam impendit, exemplum, hodie perquam opportunum, tradens concinnae illius unionis quae'vi-

geat oportet scientiam inter et fidem, pariterque inter dilectionem Ecclesiae catholicae et verum oecumenicum spiritum, necnon inter indefessam exteriorem actuositatem et cum Deo unionem.

Is natus est e lutherana familia in urbe ***Copenhagen*** (Hafnia), die 11 mensis Ianuarii anni 1638; vitae autem cursum absolvit in urbe ***Schwerin,*** tunc in Ducatu Mecklenburgensi, die 5 Decembris a. 1686. Studia quae in natali loco inceperat, in Neerlandia complevit, lauream medicinae adeptus. Inventiones vero quas continenti rei anatomicae investigatione perfecerat, eum notissimum per totam Europam reddiderunt amicitiasque plurium claror um virorum ipsi conciliaverunt.

Accidit autem ut, matre demortua et ablato per competifcorem munere anatomiam in Hafniensi studiorum Universitate docendi (a. 1664), itinerandi studio sese dederit, per Galliam primum (aa. 1664-1665), deinde per Italiam (aa. 1666-1667) ubi, inventis Florentiae Magno Duce Ferdinando II de Medicis, eiusque fratre Leopoldo, solida eisdem iungitur amicitia, profunda invicem reverentia atque aestimatione suffulta. Usus autem et consuetudo, quibus ad ferventes quosdam catholicos viros adnectebatur Florentiae, necnon sollemnis liturgica pompa Corporis Christi, cui adfuit Liburni, denique adsidua de rebus religiosis colloquia cum piissima femina Lavinia Arnolfini, occasiones fuere ut animum ad catholicam religionem pressius considerandam et cognoscendam converteret. Tandem, divina adiuvante gratia, catholicam fidem amplexatus, publice receptus est in Ecclesiam catholicam die 7 Novembris anno 1667.

Sacerdotio initiatus est die 14 Aprilis a. 1675. Post biennium vero, die 19 Septembris a. 1677, episcopali consecratione insignitus, renuntiatus est Vicarius Apostolicus in ditione Hannoveriana (aa. 1677-1679). Datus est deinde Episcopo Paderbornensi et Monasteriensi ut suffraganeus pro dioecesi Monasteriensi (aa. 1680-1683), ubi, iuxta Tridentini Concilii normas, ecclesiasticam disciplinam instaurare conatus est. Demortuo autem Episcopo-Principe Monasteriensi Ferdinando de Füstenberg, reliquum vitae tempus Servus Dei totum impendit in spiritualem curam Vicariatuum Apostolicorum ipsi concreditorum, cominorans primum Hamburgi (aa. 1683-1686), deinde Sverini (aa. 1685-1686) ubi, ut superius est dictum, piam obiit mortem.

Ubique Dei Famulus vitam egit rigidae paupertatis legibus accommodatam totamque apostolicae missioni deditam. Difficultates illi apostolatus generi adnexas magno superavit animo, Dei gloriae animarumque saluti unice intentus.

Sanctitatis fama, qua vivens ornatus erat, post obitum Servi Dei non periit. Eius corpus, cura et sollicitudine amici ac benefactoris Cosimi III de Medicis Florentiam est delatum ibique, in crypta sancti Laurentii rite conditum.

Progrediente autem tempore, ac praesertim inde a fine superioris saeculi, merita quoque scientiae et doctrinae Famuli Dei prosecuti sunt viri docti ac studiosi. Hinc factum est ut non solum virum doctrina instructum et eruditum magni facerent, verum etiam hominem Dei, christianis virtutibus ornatum et sanctimoniae fama clarum cognoverint. Quapropter, die 29 mensis Martii anni 1950, Commissio quaedam, quae vices gerebat cum cleri tum laicorum ex dioecesibus Osnabrugensi, Monasteriensi, Hildesiensi et ex universa Dania, rogavit Osnabrugensem Episcopum, Rev.mum Dominum Villelmum Berning, vellet instruere ordinarios, qui vocabantur, processus in Causa beatificationis eiusdem Servi Dei.

Adornati itaque sunt apud Curiam Osnabrugensem, et per rogatorias litteras, apud Curiam Florentinam, annis 1963-1964, processus ordinarii super fama sanctitatis vitae, virtutum et miraculorum in genere, necnon et super scriptis et super cultu publico Famulo Dei non praestito ; qui Romam translati apud Sacram tunc Rituum Congregationem, die 7 Novembris a. 1964 aperti sunt. Scriptis autem Servo Dei tributis perpensis, Sacra eadem Congregatio, probante Paulo Papa VI, die 21 Decembris a. 1968 edixit nihil obstare quominus ad ulteriora procedi posset.

Cum autem in processu ordinario nullus testis, uti patet, fuisset de visu, Causa tota studio Officii Historici Hagiografici Sacrae huius Congregationis pro Causis Sanctorum, interea institutae, commissa est. Quod quidem Officium, documentis et testimoniis scriptis undique collectis eorumque valore criticae methodi trutina expensis, amplissimam Positionem super introductione Causae et super virtutibus Servi Dei concinnavit publicique iuris superiore anno fecit.

Instante igitur Rev.do P. Paulo Molinari, Societatis Iesu sodali atque huius Causae persedulo Postulatore legitime constituto, habitus est die 13 Decembris a. 1974 Congressus Ordinarius Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum, in quo disceptatum est super dubio num Causa Servi Dei Nicolai Stenonis introducenda esset. Super eodem dubio iterum, ad iuris normam, discussum est, die 30 Ianuarii anni huius 1975, in Congregatione Peculiari Patrum Cardinalium, qui, referente Em.mo Cardinali Silvio Oddi, loco et vice Em.mi Domini

Aloisii Traglia, Causae Ponentis seu Relatoris, cunctis suffragiis affirmando responderunt.

Facta postmodum, die 13 Martii hoc eodem anno, Summo Pontifici Paulo VI, per infra scriptum Cardinalem Praefectum relatione, Sanctitas Sua rescriptum Patrum Cardinalium ratum habuit et confirmavit, Causam nempe Servi Dei Nicolai Stenonis, Episcopi titularis Titiopolitani, introducendam esse.

Datum Romae, die 13 Martii, Anno Iubilaeo 1975.

ALOISIUS Card. RAIMONDI, ***Praefectus***

L. © S.

© Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., ***a Secretis***

V

ROMANA SEU PLATEN. IN ARGENTINA

Beatificationis et canonizationis Servae Dei Camillae Rolón a S. Ioseph, Fundatricis Congregationis Sororum Pauperum Bonaërensium a Sancto Ioseph.

SUPER DUBIO

An Causa eius introducenda sit

Ecclesia, Iesu Christi doctrina exemploque permota, « omnes infirmitate humana afflictos amore circumdat, imo in pauperibus et patientius imaginem Fundatoris sui pauperis et patientis agnoscit, eorum inopiam sublevare satagit, et Christo in eis inservire intendit» (Const. dogm. ***Lumen gentium,*** n. 8).

Cui evangelicae normae, a Concilio Vaticano II enunciatae constanterque in Ecclesia excultae, Camilla Rolón a Sancto Ioseph propriam vivendi agendique rationem conformare studiose contendit.

Nata est Famula Dei in oppido Sancti Isidori Agricolae nomine insignito, intra fines archidioeceseos Bonaërensis in Argentina, die 18 mensis Iulii anno 1842, a piis honestisque parentibus Eusebio Rolón et Maria Gutiérrez, atque in Baptismi sacramento Corinna Camilla appellata.

Sacro Chrismate sexennis, prout loci tunc ferebat consuetudo, .confirmata, et eucharistica dape circa decimum aetatis annum refecta, christianae educationis semina apud familiae saepta docili mente suscepta alacri confovit animo, assidua in sacramentis participandis

pietatisque exercitiis peragendis et caritatis operibus inde ab adolescentia apprime intenta.

Dum adhuc saecularem degeret vitam, praeclarum, inter alia, edidit caritatis exemplum, cum anno 1868 iterumque anno 1871, saeva per Bonaërensem urbem grassante pestilentia, miseris aegrotis, spreto quovis propriae vitae periculo, suis manibus inservivit et christianae pietatis officia sollerter impendit.

De religioso amplectendae vitae genere secum iamdiu recogitans, at propositum, ob infirmam plerumque valetudinem, diutius differre coacta, tandem anno 1875, triginta et tres circiter annos nata, Bonaerense Carmelitarum Excalceatarum monasterium ingressa est; sed, ingravescente valetudinis infirmitate, incoeptum tirocinium mox abrumpere debuit. Nec tamen, ex monasterio egressa, religiosae vitae desiderium atque propositum amplectendae dimisit, assiduam interim tum in opitulandis infirmis tum in christianae doctrinae institutione pueris rudibusque tradenda, in parochi auxilium, operam impendens.

Voti tandem compos effecta, consiliis pii Vincentiani presbyteri Aemilii George permota, ipsius Bonaërensis Ordinarii Friderici Aneiros benevolentia suffulta, die 28 Ianuarii anno 1880 novae Congregationis ***Sororum Pauperum Bonaërensium a sancto Ioseph*** nuncupatarum fundamenta iecit, cuius peculiaris propriusque finis hic esset, varia quaeque caritatis opera in opitulandis orphanis, infirmis et pauperibus exercere.

Rebus itaque feliciter initis, die 19 Martii a. 1882, aetate vitaeque experientia iam matura, Camilla Rolón, una cum duabus primis sociabus, Deo in proximorum servitium religiosis se mancipavit votis. Generalis Antistita iterum atque iterum electa, novum Institutum per sex fere lustra, quoad vixit, moderata est, prudentiae sedulitatem cum materna dilectione coniungens, eiusque opera ac domicilia, in Argentinae praesertim et Uruquariae regionibus, firmare ac dilatare sategit, apostolica approbatione a Leone Papa XIII primum, die 16 Iunii a. 1891, per ***Laudis,*** quod dicunt, ***decretum,*** ac definitive a S. Pio X, die 29 Iunii a. 1909, impetrata.

Actuosam vitam Famula Dei die 16 Februarii anno 1913, in Urbe, pia iustorum morte absolvit ; eius exuviae, in Argentinam subinde translatae, apud oratorium Sororum Pauperum Bonaërensium in urbe ***MuMz,*** tunc Platensis dioecesis, tumulatae sunt.

Camillam Rolón per diuturnam ac numquam interruptam innocentis vitae seriem, praesertim vero sex ultimis religiosae vitae lustris, praeclara edidisse virtutum specimina, constans fuit aequalium opinio

ac testimonium. At singularem in modum caritas in proximum, in pauperes potissimum et infirmos, atque evangelicae paupertatis cultus et exercitium in eius vita enituerunt. Paupertatem autem pro Christi amore susceptam, ceu ***pretiosum thesaurum*** adamavit suisque sodalibus veluti peculiarem Instituti notam tradidit servandam, earumque operam in orphanorum et egenorum servitium penitus dicatam voluit.

Nil proinde mirum quod sanctitudinis fama, qua Dei ancilla adhuc vivens apud aequales inclaruerat, post eius obitum magis increverit et ad nostros usque dies vigere dignoscatur. Re quidem vera, ubi primum, post alterius mundialis conflictus acerbitatem, serenitas inter populos denuo illuxit, de Beatorum Caelitum honoribus eidem comparandis mature cogitatum est. Instructi itaque sunt processus ordinaria potestate apud Urbis Vicariatum annis 1950-1952 et per rogatorias apud ecclesiasticas Curias Platensem et Bonaërensem anno 1951 et ad Sacram, quae tunc vocabatur, Rituum Congregationem transmissi. Interim plurimae Litterae Postulatoriae praesertim sacrorum Antistitum Reipublicae Argentinae, ad Summum Pontificem pervenerunt, quibus Causae beatificationis introductio expostulabatur. Sacra autem eadem Congregatio, scriptis eidem Servae Dei tributis ad iuris normam perpensis, die 28 mensis Ianuarii a. 1959 nihil obstare decrevit quominus ad ulteriora procedi posset.

Instante itaque Rev. P. Antonio Ricciardi, O.F.M. Conv., sedulo huius Causae postulatore legitime constituto, Congressus Peculiaris S. Congregationis pro Causis Sanctorum die 10 Decembris prioris anni 1974 habitus est, in quo dubium est disceptatum super introductione Causae praedictae Servae Dei. Quod dubium iterum in discussionem venit in Congregatione Peculiari die 30 mensis Ianuarii a. 1975 celebrata, referente Em.mo Cardinali Humberto Mozzoni, Causae ponente seu relatore. Et qui aderant Patres Cardinales responderunt affirmando, si tamen Summo Pontifici placuisset.

Facta demum ab infrascripto Cardinali Praefecto relatione in Audientia diei 13 Martii anni huius, Paulus Papa VI responsum Sacrae Congregationis ratum habuit et confirmavit, Causam nempe beatificationis Servae Dei Camillae Rolón a Sancto Ioseph esse introducendam.

Datum Romae, die 13 Martii, Anno Iubilaeo 1975.

ALOISIUS Card. RAIMONDI, ***Praefectus*** /

L. m s.

© Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., ***a Secretis***

VI

AREQUIPEN.

Beatificationis et canonizationis Servae Dei Annae ab Angelis Monteagudo, Monialis Professae Ord. S. Dominici.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia, earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

Longinquae ad occasum spectantes Americae meridionalis orae, humani civilisque cultus ab antiquo feraces, multis etiam claustris, quae sunt Dominici schola servitii (cf. ***Reg. S. Benedicti,*** prol.), virent; idcirco, ex quo Christi fides illuc invecta est, efficiunt ut : « Fideliter serventur atque magis in dies elucescat in suo germano spiritu tum in Oriente tum in Occidente venerabile vitae monasticae institutum, quod praeclara merita longo saeculorum cursu in Ecclesia et in humana consortione sibi acquisivit » ***(Perfectae caritatis,*** 9).

Ad id autem assequendum summopere contulit Serva Dei Anna Monteagudo, Arequipae in Peruvia inito saeculo xvn progenita, patre Sebastiano, hispano, matre Francisca Ponce de León, arequipensi. Pro stirpe paterna oriunda fuit e familia ad quam pertinuit S. Thomas de Villanova, archiepiscopus Valentinus.

Cum esset trium annorum, monialibus Ordinis Praedicatorum in monasterio S. Catharinae Senensis educanda, ut ceteroquin mos erat, concreditur; septennis vero domesticos lares repetere cogitur, parentibus post futurum matrimonium proponentibus. Anna tamen, plane ((cogitans quae Domini sunt, ut esset sancta corpore et spiritu » ***(1 Cor.,*** 7, 34), nullis ut recederet consiliis allici potuit. A Sebastiano fratre adiuta et ab altero fratre Francisco, sacerdote, canonica dote suppeditata, die 30 Novembris a. 1618 novitiatum in eodem Arequipensi claustro incepit, appellativo ab Angelis nomine sumpto.

Sollemnibus, anno sequenti, religionis revincta votis, praecipuum Deo suum sacravit officium, praestans scilicet eius « Maiestati humile simul ac nobile servitium » ***(Perf. car.,*** 9). Quod et in umbratili vita adimplevit et in bonum commune persolvit cum, sacristanae et novitia-

rum magistrae munere iuncta, piae devotionis affectu erudita, sodales quoque divino cultu erudivit. Et caritate acta, qua nobis magis propinqui magis simul diligendi sunt (cf. ***8. Th.,*** II-II, 26, 7), sanctimoniales annis 1645-1647 moderata est, quibus prae cunctis ibat exemplo, molestis nonnullis rebus constanter devictis.

Nec modo intra claustra suam continuit dilectionem qua, Senensis Virginis instar, hominum sitiebat salutem, quia persuasum sibi habebat fieri « monasteria velut seminaria aedificationis populi christiani)) ***(Perf. car.,*** 9). Igitur, Ecclesiae Arequipensis episcopis religiose accepta et ab ipsis confirmata, universos iuvit fidelium coetus, orationibus, consiliis et charismatibus bene multis. Et in eo perseverans monasterio quod, in media urbe Arequipa, mole et arte oppidulum adhuc exstat insigne, terrena paupertate necnon superna spe suffulta, cives edocuit suos quod « non habemus hic manentem civitatem, sed futuram inquirimus » ***(Hebr.,*** 13, 14). Quin amplius, eadem ultra terras vecta misericordia, S. Nicolao de Tolentino magistro et protectore, defunctorum animis precum solaciis quam frequenter est opitulata.

Semetipsam vero ad aeternum convivium apparare eucharistico continuavit pane, et spiritum suum purificare, extremos praesertim per decem annos, quos caecitate et febri laborans transegit, dum caeli munera exultabunda contemplabatur. Mane diei 10 Ianuarii a. 1686, diutinum monasticae conversationis explevit cursum atque honorifico fuit a tota urbe Arequipensi decorata funere.

Inde eodem anno, ipso loci Ordinario actore, Processus Informativus inchoatus est, cuius acta Romam cum mitterentur undis probabiliter fuerunt summersa. Quia vero Serva Dei non intermissa virtutum et miraculorum fama per saecula gavisa est, et fidelis quaedam primi Processus copia supererai, beatificationis Causa circa finem saeculi praeteriti iterum sumpta fuit. Constructa ergo annis 1902-1903 de continuatione famae Processu, Causa apud S. Rituum Congregationem die 13 Iunii 1917 introduci potuit. Apostolicis inquisitionibus annis 1921-1923 peractis, S. Rituum Congregationis Sectioni Historicae munus fuit commissum ut Summarium additionale ad Positionem super virtutibus ex officio compilaret : quod anno 1943 editum est.

Die autem 8 Februarii a. 1966 locum habuit, super virtutibus discutiendis, Congregatio quae dicebatur Antepraeparatoria; quam secuti sunt, iuxta novum S. Congregationis pro Causis Sanctorum ordiiiem, Congressus Consultorum peculiaris die 10 Decembris a. 1974 et plenarius PP. Cardinalium coetus die 11 Martii a. 1975. Postquam ideo

per Rev.mum eiusdem S. C. Praefectum die 13 Martii huius anni relatio de favorabili exitu ei facta fuit, Summus Pontifex Paulus VI decretum de virtutibus redigendum statuit.

Hodierna demum die, accitis coram se Rev.mis PP. Cardinalibus Aloisio Raimondi, Praefecto, et Aloisio Traglia, Causae relatore, me Secretario aliisque de more convocandis, edixit : ***Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia, earumque adnexis, in gradu heroico, Servae Dei Annae ab Angelis Monteagudo, monialis professae Ordinis S. Dominici, in casu et ad effectum de quo agitur.***

Hoc idem decretum promulgari et in actis S. C. pro Causis Sanctorum inseri iussit.

Datum Romae, die 23 Maii, Anno Sacro 1975.

ALOISIUS Card. RAIMONDI, ***Praefectus***

L. © S.

© Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., ***a Secretis***

VII

RUREMONDEN.

Beatificationis et canonizationis Ven. Servi Dei Arnoldi Janssen, Sacerdotis, fundatoris Societatis Verbi Divini necnon duarum Congregationum: Missionalis Servarunt Spiritus Sancti et Servarum Spiritus Sancti ab adoratione perpetua.

SUPER DUBIO

An et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum de quo agitur

Recentioribus praesertim saeculis, Spiritu afflante Sancto, non defuerunt viri qui cognitionem, amorem plenamque ad evangelizationem mundi deditionem in seipsis et in aliis fovendo, ab Ecclesia peculiari aestimatione et honore digni sunt habiti, cum ipsi maximopere dent operam « ***ut ... gentes quamprimum ad agnitionem veritatis adducantur (1 Tim.*** 2, 4) ***et claritas Dei, quae in facie Christi Iesu resplendet, per Spiritum Sanctum omnibus illucescat (2 Cor.*** 4, 6) » (Con. Vat. II, ***Ad gentes,*** n. 42).

Quos inter Evangelii praecones iure meritoque adnumeratur Ve-

nerabilis Servus Dei Arnoldus Janssen qui, ortus in oppido ***Qoch,*** intra fines Monasteriensis dioeceseos in Germania, die 5 Novembris a. 1837, ad superos evolavit die 15 mensis Ianuarii a. 1909, in domo missionali Steylensi ab ipso in Neerlandia fundata.

Cuius inter alia praeclara opera tres exstant Congregationes missionales, quae actione, oratione atque scriptis per totum terrarum orbem a lumine Evangelii paganos inter et non catholicos et catholicos quoque homines diffundendo non cessaverunt.

Ipsum Servum Dei heroicum attigisse christianarum gradum virtutum Summus Pontifex Paulus VI, servatis omnibus de iure servandis, die 10 mensis Maii a. 1973 declaravit. Ita gressus est factus ad duo miracula rite cognoscenda quae, Dei Famulo intercessore, a Deo ferebantur patrata quaeque ad ipsum inter Beatos Caelites recensendum proposita sunt.

Prior autem ex binis sanationibus mirum in modum obtentis atque Dei Famuli intercessioni tributis haec est : frater laicus Kostka (in saeculo Iosephus Wasel), sodalis Societatis Verbi Divini in domo apud ***St. Wendel*** intra Trevirensis dioeceseos fines, sexagesimum aetatis annum agens, frigidissima hieme anni 1929 in valetudinario domus missionalis degebat propter pessima tubera ex congelatione orta et ulcera in cruribus. Cum morbus in dies ingravesceret atque salus ab humana arte in vanum quaereretur, aegrotus divino quodam instinctu actus, mense Martio a. 1929, sanationem a Deo per intercessionem fundatoris proprii Instituti efflagitavit ; et ecce, eodem die, repente sanatum se sensit. Sanatio ita perfecta et constans fuit, ut insequentibus annis pedes numquam tumidi fuerint neque ulcera apparuerint. Praeter naturae vires hanc sanationem evenisse testes, medicus a curatione, periti ex officio et ab inspectione necnon Medicum Consilium huius Sacrae Congregationis uno ore confessi sunt.

Altera autem mira sanatione fruitus est dominus Iosephus Miehlich (antea Frater Pancratius, sodalis eiusdem Societatis Verbi Divini), ortus in loco ***KircKbierlingen,*** in finibus dioeceseos Rottenburgensis, viginti tunc annorum, mulctoris fungens officio. Medicis curationibus in cassum adhibitis, status eius laevi cruris, ob imarum venarum inflammationem cum sanguinis coagulo atque in statu chronico postoperatorio, quem vocant, magis magisque in peius vertebatur. Effusis autem ferventibus ad Venerabilem Arnoldum Janssen precibus novendialibus cum ab aegroto tum a novitiorum coetu sanationis impetrandae causa, nocte inter diem 18 et 19 mensis Iulii anno 1924 crus per-

fecte est restitutum. Hanc quoque sanationem ultra naturae vires et leges contigisse testes, medicus a curatione, periti medici ab inspectione atque ex officio deputati, necnon Sacrae huius Congregationis Medicorum Consulta unanimiter affirmarunt.

Super utraque sanatione processus episcopali potestate in Curia Trevirensi a die 31 Octobris anni 1935 usque ad diem 31 Martii anni 1936 adornatus est, cuius iuridicam vim haec Congregatio agnovit et declaravit die 6 Iulii a. 1973 et die 24 Octobris a. 1974.

Praehabito igitur medicorum iudicio favorabili, habitus est die 14 Ianuarii a. 1975 Congressus, qui dicitur, Peculiaris S. Congregationis pro Causis Sanctorum, quem postmodum, die 11 mensis Martii eiusdem anni, secuta est Congregatio Plenaria, in Vaticanis coadunata Aedibus, in qua Rev.mus Cardinalis Agnelus Rossi, Causae Ponens seu Relator, dubium posuit discutiendum : ***An et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum de quo agitur.*** Et Patres Cardinales cunctis suffragiis affirmaverunt.

Facta deinde de hisce omnibus Summo Pontifici Paulo VI per subscriptum Cardinalem relatione, idem Summus Pontifex, responsum Patrum Cardinalium excipiens ratumque habens, mandavit ut super duabus miris sanationibus Decretum rite appararetur.

Quod cum factum esset, hodierno die Beatissimus Pater, ad se accitis infrascripto Cardinali Praefecto atque Cardinali Agnelo Rossi, Causae Ponente seu Relatore, meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, edixit : ***Constare de duobus miraculis, Venerabili Servo Dei Arnoldo Janssen intercedente, a Deo patratis, videlicet: de instantánea, perfecta constantique sanatione tum Fratris Kostka, in saeculo Iosephi Wasel, a congelatione membrorum inferiorum, ulceribus ac necrosibus affectorum, in subiecto flebopathico; tum de instantánea, perfecta atque constanti sanatione domini Iosephi Miehlich, antea Fratris Pancratii, a trombophlebite in statu chronico postoperatorio venarum imarum cruris sinistri.***

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 23 Maii, Sacri Iubilaei 1975.

ALOISIUS Card. RAIMONDI, ***Praefectus***

L. © S.

© Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., ***a Secretis***

VIII

TIRASONEN. SEU PASTOPOLITANA

Beatificationis et canonizationis Ven. Servi Dei Ezechielis Moreno Díaz, Ordinis Recollectorum S. Augustini, Episcopi Pastopolitani.

SUPER DUBIO

An et de quo miraculo constet in casu et ad effectum de quo agitur

Religiosae Augustinianae vitae observantissimi^, Evangelii nuntium in Philippinis Insulis studiosissimum atque vigilantissimum episcopum Pastopolitanum in Columbia, Venerabilem Servum Dei Ezechielem Moreno Díaz, anno 1906 vita functum, heroum in modum exercuisse virtutes tam théologales, fidem videlicet, spem et caritatem, quam cardinales, scilicet prudentiam, iustitiam, fortitudinem et temperantiam, iisque adnexas, Paulus Papa VI fel. reg. die 1 Februarii Anni huius Iubilaris 1975 sollemniter declaravit.

Pro impetrandis autem Beatorum Caelitum honoribus huic Venerabili Servo Dei, bina facta tamquam prodigiosa, quot nempe, pro iuridica Causa condicione, afferri probarique necesse erat, ad cognoscendum proponere sollertes auctuosique actores curarunt, idque, de Summi ipsius Pontificis venia, antequam Decretum super virtutum heroici tate publici iuris fieret.

E duabus vero sanationibus, ad intercessionem eiusdem Servi Dei, uti ferebatur, patratis, prior praevio Consilii Medici Sacrae huius Congregationis examini subiecta, etsi positivis non careret elementis, ob lacunosas tamen probationes circa diagnosim statuendam, non ita clara visa est ut certum tutumque super eadem ferri posset iudicium. Quapropter actores ipsi ab ulteriore eiusdem clinici casus disceptatione sponte destiterunt.

Altera vero sanatio, quae felicem sortita est exitum et in praevia peritali investigatione et in formali huius sacri Fori disceptatione, haec est : Maria Carmelitis Jurado, domicilio Pastopolitana in Columbia, annos nata quattuor et quinquaginta, mense Iulio anni 1946 molesta ad fauces animadvertere coepit incommoda, ita quidem ut sensim - sine sensu vocem nonnisi difficulter emitteret, vehementes per sentiret dolores atque cibum vel potum gluttire vix iam posset. Mense autem Decem-

bri eiusdem anni, peractis radiologicis et histologicis explicationibus, periti medici agi edixerunt de mali moris tumore in palati velo. Cumque nulla sanandi spes superesset, infirma novendiales preces Deo ferventissimas per Servi Dei Ezechielis Moreno Díaz intercessionem adhibuit easque pluries iteravit; et ecce, dictu mirabile, sub vespere diei 11 Februarii insequentis anni 1947, placidissimo correpta est somno ad sequens usque mane, ex quo expergefacta plene se convaluisse persensit. A cura medici primum, peritique ab inspectione deinde absolutam sanationem comprovarunt.

Qua super sanatione processus est institutus Apostolicae Sedis auctoritate in Curia episcopali Pastopolitana a die 15 Octobris ad diem 14 Decembris anni 1951 Romamque delatus, de eius iuridica vi et validitate die 18 Decembris anno 1965 declaratum est. Consilium autem Medicum huius Sacrae Congregationis, severo examini subiectis depositionibus tum testium excussorum tum medicorum a curatione, ab inspectione et ex officio adlectorum, praeter naturae vires et ordinem eandem sanationem evenisse affirmavit in coetu diei 29 Novembris a. 1967.

Servatis itaque de iure servandis, eadem asserta mira sanatio ad examen theologorum semel et iterum vocata est : primum in Congressu Peculiari, qui appellatur, die 25 Februarii anni huius 1975, deinde in Congregatione Plenaria Patrum Cardinalium, die 15 decurrentis huius mensis Aprilis in Vaticanis aedibus celebrata, in qua Reverendissimus Cardinalis Arturus Tabera Araoz, Causae ipsius Ponens seu Relator, sequens dubium proposuit disceptandum : ***An et de quo miraculo constet in casu et ad effectum de quo agitur.*** Et qui interfuere Patres Cardinales omnino affirmantes responderunt.

Facta postmodum Summo Pontifici Paulo VI per subscriptum Cardinalem Praefectum in Audientia eidem concessa die 17 Aprilis mensis, relatione, Beatissimus Pater responsum S. Congregationis ratum habens, mandavit ut decretum super memorata mira sanatione exararetur ; facta simul, actoribus Causae enixe instantibus, dispensatione ab altero miraculo iure praescripto, ita ut ad sollemnem Venerabilis Servi Dei beatificationem uno dumtaxat miraculo rite agnito et approbato deveniri queat.

Hodierno tandem die, accitis ad Se Cardinalibus infrascripto et Rev.mo Arturo Tabera Araoz, Causae Ponente, meque Antistite a Secretis, ceterisque de more accersendis, iisque adstantibus edixit : ***Constare de uno miraculo, Venerabili Servo Dei Ezechiele Moreno Diaz, Episcopo***

Pastopolitano intercedente, a Deo patrato, nimirum instantaneae, perfectae constantisque sanationis dominae Mariae Garmelitidis Jurado a carcinomate veli palati.

Hoc autem Decretum in vulgus edi et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 23 Maii, Anno Iubilaeo 1975.

ALOISIUS Card. RAIMONDI, ***Praefectus***

L. & S.

© Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., ***a Secretis***

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Lunedì, 9 Giugno 1975, il Santo Padre Paolo VI ha ricevuto in solenne Udienza, per la presentazione delle Lettere Credenziali, Sua Eccellenza il Signor HUMAYUN RASHEED CHOUDHURY, primo Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario del Bangladesh.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha nominato:

26 maggio 1975. Il Rev.mo P. de Couesnongle Vincent, ***Membro della Sacra Congregazione per i Religiosi e gli Istituti Secolari.***

30 » » Gli Ecc.mi Monsignori: Sin Jaime L., Arcivescovo di Manila; Badré Jean, Vescovo di Bayeux; Khoarai Paul, Vescovo di Leribe; Moser Georg, Vescovo di Rottenburg; Vallarne Fausto, Vescovo tit. di Frigento; Castrillón Hoyos Darío, Vescovo tit. di Villa del re; Crowley Joseph Robert, Vescovo tit. di Maraguia; Clancy Edward Bede, Vescovo tit. di Ard Carna, ***Membri della Pontificia Commissione per le Comunicazioni Sociali.***

1 giugno » S. E. Mons. Zacchi Cesare, Arcivescovo tit. di Maura, ***Presidente della Pontificia Accademia Ecclesiastica.***

10 » » S. E. il Sig. Cardinale Carpino Francesco, ***Membro del Supremo Tribunale della Segnatura Apostolica.***

» » » Gli Ecc.mi Monsignori: Romero Oscar A., Vescovo di Santiago de Maria, e Bernal Vargas Jorge, Vescovo tit. di Velen, Prelato di Chetumal, ***Consultori della Pontificia Commissione per f America Latina.***

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha nominato :

Prelati d'onore di Sua Santità :

3 febbraio 1974. Mons. Donnelly Giovanni Giuseppe (Miami).
15 novembre » Mons. Reiss Carlo (Mainz).
5 febbraio 1975. Mons. Cepon Antonio (Ljubljana).
28 » » Mons. Auer Massimiliano (Augsburg).
» » » Mons. Scharf Ludwig (Regensburg).
» » » Mons. Hörning Oskar (Würzburg).
» » » Mons. Schultes Heinrich (Würzburg).
24 marzo » Mons. AUag y Belda Narciso (Tuguegarao).
» » » Mons. Talamayan y Aenlle Diosdado (Tuguegarao).
13 aprile » Mons. Walmsley Francis Joseph (Southwark).
18 » » Mons. Giusti Mario (Luni-La Spezia).
» » » Mons. Zolesi Ivaldo (Luni-La Spezia).
» » » Mons. Pennese Giuseppe (Segni).
23 maggio » Mons. Andritzki Giovanni (Meissen).
» » » Mons. Weisbender Ermanno Giuseppe (Meissen).

Cappellani di Sua Santità:

26 settembre 1974. Mons. Beccherie Angelo (Verona).
21 dicembre » Mons. Ciaramitaro Francesco (Palermo).
» » » Mons. Scardamaglia Gaetano (Palermo).
» » » Mons. Vinci Pietro (Palermo).
17 gennaio 1975. Mons. Wey and Alfons (Trier).
5 febbraio » Mons. Rupnik Giovanni (Ljubljana).
12 » » Mons. Nanning Antonio (Feldkirch).
28 » » Mons. Günther Karl (Regensburg).
» » » Mons. Knauer Ludwig (Regensburg).
» » » Mons. Königbauer Andrea (Regensburg).
» » » Mons. Steinbauer Antonio (Regensburg).
6 aprile » Mons. Janko Anton.
8 » » Mons. Thiemeyer Anton (Essen).
12 » » Mons. Dzwonyk Danilo (Lwów degli Ucraini).
18 » » Mons. Orengo Luigi (Luni-La Spezia).
» » » Mons. Viviani Armando (Luni-La Spezia).
» » » Mons. Amadio Orlando (Segni).
» » » Mons. Proscio Alberto (Segni).
30 » » Mons. Manoni Adalberto (Pesaro).
24 maggio » Mons. Belvedere Bruno (Roma).

ONORIFICENZE

Con Breve Apostolico il Santo Padre Paolo VI ha conferito :

La Cran Croce dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

12 marzo 1975. Al sig. Pakenhan Francis Aungi er (Arundel and Brighton).

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha conferito:

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

3 aprile 1975. Al sig. Valentinotti Cesare (Roma).

La Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

10 febbraio » Al sig. Martinelli Giuseppe (Milano).
24 marzo » Al sig. Kasel Joseph Charles (Luxembourg).

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile

5 novembre 1971. Al sig. Bonner Clarence A. (Austin).
» » » Al sig. Boriski Frank (Austin).
» » Al sig. Parson Walter (Austin).
» » » Al sig. Zubik Jerome (Austin).
20 marzo 1974. Al sig. Grillot Pierre (Autun).
28 febbraio 1975. Al sig. Winkelheide Bernhard (Münster).
10 aprile » Al sig. Rossi Guy (Paris).
» » » Al sig. Giardini Augusto (Roma).
» » » Al sig. Zandl Leopoldo (Wien).
12 » » Al sig. Tonietti Carlo (Bagdad).
13 » » Al sig. Lewis Sauders (Cardin*).
» » Al sig. Lyons James (Cardiff).
18 » » Al sig. Jandot Marcel (Lyon).
8 maggio » Al sig. Laudisi Giuseppe (Genova).

Il Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

27 novembre 1971. Al sig. Brady Jesse John (Austin).
» » » Al sig. Clark George E. (Austin).
18 gennaio 1975. Al sig. Mountrose Joseph (Arundel and Brighton)
27 febbraio » Al sig. Bonnet Georges (Rennes).
» » » Al sig. Brun André (Rennes).
» » » Al sig. Buffet Henry (Rennes).
» » Al sig. Fournier Gaston (Rennes).
» » » Al sig. Quentier Henry (Rennes).
17 marzo Al sig. Strode Michele (Arundel and Brighton).
8 aprile Al sig. Jannelli Otello (Roma).
» » » Al sig. Marcucci Gian Carlo (Roma).
10 » » Al sig. Masucci Enzo (Roma).
» » Al sig. Tranquilli Antonio (Roma).
18 » » Al sig. Bernardoni Silvio (Luni-La Spezia).
» » Al sig. Brizzi Francesco (Luni-La Spezia).
» » Al sig. Cozzani Mario (Luni-La Spezia).

La Commenda dell'Ordine di san Silvestro Papa:

25 novembre 1974. Al sig. Jung Franz (Mainz).
18 dicembre » Al sig. Bellotti Eugenio (Palermo).
» » » Al sig. Galasso Renato (Palermo).
» » Al sig. Sinagra Emanuele (Palermo).

27	febbraio	1975.	Al sig. Hubner Paolo (Freiburg im Breisgau).
17	marzo	»	Al sig. Allocco Franco (Alessandria).
20	»	»	Al sig. Carmina Giorgio (Agrigento).
»	»	»	Al sig. Catanzaro Omero (Agrigento).
»	»	»	Al sig. Leto Domenico (Agrigento).
»	»	»	Al sig. Montanaro Giuseppe (Agrigento).
»	»	»	Al sig. Sammartino Vincenzo (Agrigento).
8	aprile	»	Al sig. Aime Ugo (Casale Monferrato).
10	»	»	Al sig. Mafifei Vincenzo (Rimini).
»	»	»	Al sig. Giovine Guido (Roma).
»	»	»	Al sig. Oliveri Renato (Roma).
18	»	»	Al sig. Franchini Franco (Luni-La Spezia).
»	»	»	Al sig. Lattanzi Pacifico (Luni-La Spezia).
14	maggio	»	Al sig. Cesaroni Gino (Chiusi e Pienza).
»	»	»	Al sig. Dall'Osso Tullio (Imola).
»	»	»	Al sig. Fiorentini Vittorio (Imola).

Il Cavalierato dell'Ordine di san Silvestro Papa:

9	novembre	1974.	Al sig. Widder Ladislao (Eisenstadt).
22	febbraio	1975.	Al sig. Chao Su Luigi (Kiayi).
28	»	»	Al sig. Biaggioni Mario (Roma).
»	»	»	Al sig. Salustri Luciano (Roma).
»	»	»	Al sig. Tarpani Adolfo (Roma).
11	marzo	»	Al sig. Grabner Ernesto (Eisenstadt).
17	»	»	Al sig. Dadone Umberto (Alessandria).
20	»	»	Al sig. Marno Alfonso (Agrigento).
»	»	»	Al sig. Sarullo Ignazio (Agrigento).
»	»	»	Al sig. Feigl Leopoldo (Sankt Pölten).
8	aprile	»	Al sig. Scassini Isidoro (Todi).
10	»	»	Al sig. Anzellini Lorenzo (Civita Castellana-Orte-Gallese).
»	»	»	Al sig. Valeriani Pietro (Roma).
13	»	»	Al sig. Lashford Wilfred D. (Cardia[3]).
18	»	»	Al sig. Martinelli Mameli (Luni-La Spezia).

NECROLOGIO

6	giugno	1975.	Mons. García Fernández Segundo, Vescovo tit. di Olimpo.
12	»	»	Mons. MacCarthy John, già Arcivescovo di Kaduna.
13	»	»	L'E.mo Sig. Cardinale Tabera Araoz Arturo, del Titolo di S. Pietro in Montorio, Prefetto della S. Congregazione per i Religiosi e gli Istituti Secolari.
»	»	»	Mons. Smith Eustache J., Vescovo tit. di Apamea Ciboto.
17	»	»	Mons. Brustia Francesco, Vescovo di Mondovì.
19	»	»	Mons. Massimiliani Roberto, Vescovo di Civita Castellana, Orte e Gallese.
24	»	»	L'E.mo Sig. Cardinale Raimondi Luigi, Diacono dei SS. Biagio e Carlo ai Catinari, Prefetto della S. Congregazione per le Cause dei Santi.
»	»	»	Mons. Duc Frédéric, già Vescovo di Saint-Jean-çle Maurienne.

31 Iulii 1975 N. 7

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA PAULI PP. VI

CONSTITUTIO APOSTOLICA

Sacris Congregationibus de Disciplina Sacramentorum et pro Cultu Divino suppressis nova inde erigitur Sacra Congregatio Sacramentis Divinoque Cultui moderandis.

PAULUS PP. VI

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

CONSTANS NOBIS studium assiduaque cura fuit hisce praesertim annis, qui Oecumenicum Concilium Vaticanum II subsecuti sunt, Romanam Curiam ita disponere, ut eius instituta, per quae bono ac profectui Ecclesiae universae consulimus, suorum munerum amplitudinem efficaciter exsequerentur, atque adeo augescentibus rei pastoralis necessitatibus aptius usque responderent. Inde primum factum est, ut edita Apostolica Constitutione ***Regimini Ecclesiae Universae,*** secundum eiusdem Concilii vota,[1] novam uberioremque concinnaremus generalem ordinationem, ad Sacras Congregationes, Tribunalia, Secretariatus, Officia ceteraque Curiae instituta pertinen-

[1] Cfr. Decretum de past. Episcop. munere in Ecclesia, *Christus Dominus,* 9: *AAS* 58 (1966), pp. 676-677.

tem,[2] quae sane, dum antiquiores formas seu ***structuras*** prudenti ratione immutavit, alias deinde inducendi aliasve abolendi, pro rerum opportunitate, neque facultatem neque viam praepediebat.

Has autem formas recolere supervacaneum nunc esse arbitramur, quippe quae, suo statutae tempore, rite iam sint evulgatae.[3] Sed illud potius monere iuvat, si plures in praesenti fiant ecclesiastici regiminis permutationes, ex altera parte citatissimum apparere cursum societatis hodiernae; ex altera vero parte sollicitudinem sedulitatemque ipsius Ecclesiae eminere, quae quidem, idoneis tempestive usa instrumentis, huiusmodi attendere cursum quasi quoddam signum temporis nitatur, ad supernaturalem nempe missionem, a divino sibi Conditore creditam, accurandam. Certo enim movemur proposito, ut eae, quas diximus, structurae cunctis Dei Populi membris inserviant, cum earum natura in ministrando reapse contineatur.

Nunc vero ex iis, quae ab anno MCMLXIX — cum scilicet Sacram Congregationem pro Cultu divino instituimus[4] — ad praesens usque tempus experti sumus, clare perspectum est mutuas inter hanc Congregationem et Congregationem de disciplina Sacramentorum necessitudines tam arctas eodemque vergentes esse, ut primo quidem consilium et deinde firmum in Nobis propositum ortum sit: operam reapse utilem, immo etiam necessariam fieri, si duorum horum Dicasteriorum materia uni novoque Instituto attribueretur. Agitur

[2] **Cfr. Const. Apost. *Regimini Ecclesiae Universae:* *AAS* 59 (1967), pp. 885-928.**

[3] **Cfr. Const. Apost. *Sacra Rituum Congregatio,* qua nempe S. Congregatio Rituum divisa est in duas Congregationes: *AAS* 61 (1969), pp. 297-305; Litt. Apost. Motu Proprio datae *Apostolicae Caritatis,* quibus Pontificia Commissio de spirituali migratorum atque itinerantium cura constituta est: *AAS* 62 (1970), pp. 193-197; Epist. *Amoris officio,* ad D.num Card. Ioannem Villot, qua Pontificium Consilium «Cor Unum» conditum est: *AAS* 63 (1971), pp. 669-673; Litt. Apost. Motu Proprio datae *Quo aptius,* quibus Cancellariae Apostolicae munera in Secretariam Status seu Papalem translata sunt: *AAS* 65 (1973), pp. 113-116.**

[4] **Cfr. Const. Apost. *Sacra Rituum Congregatio:* *AAS* 61 (1969), pp. 297-305.**

etenim, aliquo saltem modo, unum theologici generis negotium, in quo pars sive liturgica-cultualis sive pastoralis cum canonica et iuridica parte ita copulatur, ut altera ab altera vix separari nequeat. Quapropter, plane Nobis persuasum habemus per aptiorem compositionem rerum, quas adhuc duo illa Dicasteria exsequebantur, vel commodius adiuvari atque augeri posse illam Sacrae Liturgiae renovationem, quae, a Concilio Vaticano II sapienter decreta, iam multum profecit, tantique operis rectam exsecutionem, cui sane Nobis esse assidue adlaborandum sentimus, et ex qua tot iam laetique religiosae vitae fructus in universum Dei Populum redundarunt.

Quae cum ita sint, postquam totam huiusmodi quaestionem diligenter expendimus, sententiamque gravium peritorumque virorum cognovimus, prae oculis habita — ut diximus — opportunitate ad unitatem redigendi munera sive ad Sacramentorum disciplinam, sive ad divinum Cultum attinentia, pro illis, quae antea fuerant, Congregationibus novum Dicasterium substituere decrevimus.

Cuius rei causa haec, quae sequuntur, statuimus:

1. S. Congregatio de disciplina Sacramentorum et S. Congregatio pro Cultu divino in ea, quam nunc obtinent, conformatione esse desinunt.

2. Nova S. Congregatio instituitur, quae « *Sacra Congregatio pro Sacramentis divinoque Cultu* » appellabitur.

3. Nova haec Congregatio, cui praeest Cardinalis Praefectus, Secretario operam conferente, in duas partes seu *sectiones* dividitur, alteram pro Sacramentorum disciplina, alteram pro Cultu divino. Utrique sectioni Subsecretarius destinatur.

4. Sectio prior pro commisso sibi munere recipit materiam, quae antea ad S. C. de disciplina Sacramentorum spec-

tavit, ut in Const. Apost. *Regimini Ecclesiae Universae,* nn. 54-57[5] propositum fuit; altera vero Sectio pro commisso sibi munere recipit materiam, quae antea ad S. C. pro Cultu divino spectavit, quemadmodum in Const. Apost. *Sacra Rituum Congregatio,* nn. 1-4 statutum fuit.[6]

5. Ea omnia, quae hac Nostra Constitutione praescribimus, a die i insequentis mensis Augusti vigere incipient.

Nostra haec autem statuta et praescripta nunc et in posterum firma et efficacia esse et fore volumus, non obstantibus, quatenus opus est, contrariis Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, a Nobis et Decessoribus Nostris editis, ceterisque praescriptionibus, etiam specialissima mentione dignis.

Datum Romae, apud S. Petrum, die xi mensis Iulii, anno MCMLXXV, Pontificatus Nostri tertiodecimo.

PAULUS PP. VI

[5] Cfr. *AAS* 59 (1967), pp. 903-904.
[6] Cfr. *AAS* 61 (1969), pp. 299-301.

SOLLEMNIS CONVENTIO

INTER SANCTAM SEDEM ET REMPUBLICAM COLUMBIANAM

CONCORDATO

FRA LA SANTA SEDE E LA REPUBBLICA DI COLOMBIA

La Santa Sede e la Repubblica di Colombia, con il proposito di assicurare una feconda collaborazione per il maggior bene della Nazione Colombiana, animate dal desiderio di tener conto delle nuove circostanze che si sono verificate tanto per la Chiesa Cattolica, Apostolica e Romana quanto per la Repubblica di Colombia dopo il 1887, data del Concordato da esse sottoscritto, hanno determinato di stipulare un nuovo Concordato, il quale costituisce la norma che regolerà per l'avvenire, su basi di reciproca deferenza e mutuo rispetto, le relazioni fra la Chiesa Cattolica e lo Stato.

A tal fine Sua Santità PAOLO VI ha nominato Suo Plenipotenziario :

Sua Eccellenza Mons. Angelo Palmas, Arcivescovo titolare di Vibiana, Nunzio Apostolico in Bogota

E Sua Eccellenza il Presidente di Colombia, Signor Dottor MISABL PASTRANA BORRERO, ha nominato Suo Plenipotenziario :

CONCORDATO

ENTRE LA REPUBLICA DE COLOMBIA Y LA SANTA SEDE

La República de Colombia y la Santa Sede, con el propósito de asegurar una fecunda colaboración para el mayor bien de la Nación Colombiana, animados por el deseo de tener en cuenta las nuevas circunstancias que han ocurrido, tanto para la Iglesia Católica, Apostólica y Romana como para la República de Colombia desde 1887, fecha del Concordato suscrito entre ellas, han determinado celebrar un nuevo Concordato, que constituye la norma que regulará en lo sucesivo, sobre bases de recíproca deferencia y mutuo respeto, las relaciones entre la Iglesia Católica y el Estado.

Con tal fin, Su Excelencia el Presidente de Colombia, Señor Doctor MiSAEL PASTRANA BORRBRO, ha designado como su Plenipotenciario :

A Su Excelencia el Señor Doctor Alfredo Vázquez Carrizosa, Ministro de Relaciones Exteriores; y

Su Santidad el PAPA PAULO VI ha designado como su Plenipotenciario :

Sua Eccellenza Dottor Alfredo Vázquez Carrizosa, Ministro degli Affari Esteri,

i quali, scambiati i loro Pieni Poteri e trovatili in buona e dovuta forma, hanno convenuto negli articoli seguenti :

Articolo I

Lo Stato, in ossequio al tradizionale sentimento cattolico della Nazione Colombiana, considera la Religione Cattolica, Apostolica e Romana come elemento fondamentale del bene comune e dello sviluppo integrale della comunità nazionale.

Lo Stato garantisce alla Chiesa Cattolica e a quanti appartengono ad essa il pieno godimento dei loro diritti religiosi, senza pregiudizio della giusta libertà religiosa delle altre confessioni e dei rispettivi membri, come pure di tutti i cittadini.

Articolo II

La Chiesa Cattolica conserverà la sua piena libertà e indipendenza dal potere civile e di conseguenza potrà esercitare liberamente e integralmente la sua autorità spirituale e la sua giurisdizione ecclesiastica, governandosi e amministrandosi in conformità alle sue proprie leggi.

Articolo III

La legislazione canonica è indipendente da quella civile e non ne costituisce parte, però sarà rispettata dalle Autorità della Repubblica.

A Su Excelencia Monseñor Angelo Palmas, Arzobispo titular de Vibiana, Nuncio Apostólico en Bogotá,

quienes, después de canjear sus respectivos Plenos Poderes, hallados en buena y debida forma, han convenido en lo siguiente :

Artículo I

El Estado, en atención al tradicional sentimiento católico de la Nación Colombiana, considera la Religión Católica, Apostólica y Romana como elemento fundamental del bien común y del desarrollo integral de la comunidad nacional.

El Estado garantiza a la Iglesia Católica y a quienes a ella pertenecen el pleno goce de sus derechos religiosos, sin perjuicio de la justa libertad religiosa de las demás confesiones y de sus miembros lo mismo que de todo ciudadano.

Artículo II

La Iglesia Católica conservará su plena libertad e independencia de la potestad civil y por consiguiente podrá ejercer libremente toda su autoridad espiritual y su jurisdicción eclesiástica, conformándose en su gobierno y administración con sus propias leyes.

Artículo III

La Legislación canònica es independiente de la civil y no forma parte de ésta, pero será respetada por las autoridades de la República.

Articolo IV

Alla Chiesa Cattolica, come anche alle Diocesi, alle Comunità Religiose e agli altri enti ecclesiastici ai quali la legge canonica concede personalità giuridica, rappresentati dalle rispettive legittime autorità, lo Stato riconosce vera e propria personalità giuridica.

Di uguale riconoscimento godranno gli enti ecclesiastici che abbiano ricevuto personalità giuridica mediante un atto della legittima autorità, in conformità alle leggi canoniche. Affinché il riconoscimento civile di questi ultimi divenga effettivo è sufficiente che essi comprovino con certificato la propria esistenza canonica.

Artículo IV

El Estado reconoce verdadera y propia personería jurídica a la Iglesia Católica. Igualmente a las Diócesis, Comunidades Religiosas y demás entidades eclesiásticas a las que la ley canónica otorga personería jurídica, representadas por su legítima autoridad.

Gozarán de igual reconocimiento las entidades eclesiásticas que hayan recibido personería jurídica por un acto de la legítima autoridad, de conformidad con las leyes canónicas. Para que sea efectivo el reconocimiento civil de estas últimas basta que acrediten con certificación su existencia canónica.

Articolo V

La Chiesa, cosciente della missione che le spetta di servire alla persona umana, continuerà a cooperare per lo sviluppo della medesima e della comunità per mezzo delle sue istituzioni e servizi pastorali, in particolare mediante la educazione, l'insegnamento, la promozione sociale ed altre attività di pubblico beneficio.

Artículo V

La Iglesia, consciente de la misión que le compete de servir a la persona humana, continuará cooperando para el desarrollo de ésta y de la comunidad por medio de sus instituciones y servicios pastorales, en particular mediante la educación, la enseñanza, la promoción social y otras actividades de público beneficio.

Articolo VI

Lo Stato e la Chiesa collaboreranno alla sollecita ed efficace promozione delle condizioni umane e sociali degli indigeni e della popolazione residente in zone marginali suscettibili di un regime canonico speciale. Una Commissione Permanente composta di funzionari designati dal Governo Nazionale e di prelati scelti dalla Conferenza Episcopale, regolata di co-

Artículo VI

El Estado y la Iglesia colaborarán en la pronta y eficaz promoción de las condiciones humanas y sociales de los indígenas y de la población residente en zonas marginadas susceptibles de un régimen canónico especial. Una Comisión Permanente integrada por funcionarios designados por el Gobierno Nacional y prelados elegidos por la Conferencia Episcopal, reglamentada

mune accordo, progetterà piani di sviluppo e vigilerà sulla graduale esecuzione di quelli adottati.

Le funzioni della Commissione Permanente saranno esercitate senza pregiudizio dell'autorità che è propria della pianificazione dello Stato e senza che la Chiesa debba assumere attività aliene dalla sua natura e missione.

Articolo VII

Lo Stato riconosce pieni effetti civili al matrimonio celebrato conformemente alle norme del diritto canonico. Per rendere effettivo tale riconoscimento, la competente autorità ecclesiastica trasmetterà copia autentica dell'Atto al rispettivo funzionario dello Stato il quale dovrà trascriverlo nel registro civile.

Articolo VIII

Le cause relative alla nullità e allo scioglimento del vincolo dei matrimoni canonici, comprese quelle che si riferiscono alla dispensa del matrimonio rato e non consumato, sono di competenza esclusiva dei Tribunali Ecclesiastici e delle Congregazioni della Sede Apostolica.

Le decisioni e le sentenze di queste cause, quando siano divenute definitive ed esecutive, secondo il diritto canonico, saranno trasmesse al Tribunale Superiore del distretto giudiziario territorialmente competente, il quale emanerà i decreti per Ja loro esecuzione quanto agli effetti civili e ordinerà la loro iscrizione nel registro civile.

de común acuerdo, programará y vigilará el desarrollo progresivo de los planes que se adopten.

Las funciones de la Comisión Permanente serán ejercidas sin perjuicio de la autoridad propia de planeación del Estado y sin que la Iglesia tenga a su cargo actividades ajenas a su naturaleza y misión.

Artículo VII

El Estado reconoce plenos efectos civiles al matrimonio celebrado de conformidad con las normas del derecho canónico. Para la efectividad de este reconocimiento la competente autoridad eclesiástica transmitirá copia auténtica del Acta al correspondiente funcionario del Estado quien deberá inscribirla en el registro civil.

Artículo VIII

Las causas relativas a la nulidad o a la disolución del vínculo de los matrimonios canónicos, incluidas las que se refieren a la dispensa del matrimonio rato y no consumado, son de competencia exclusiva de los Tribunales Eclesiásticos y Congregaciones de la Sede Apostólica.

Las decisiones y sentencias de éstas, cuando sean firmes y ejecutivas, conforme al derecho canónico, serán transmitidas al Tribunal Superior del distrito judicial territorialmente competente, el cual decretará su ejecución en cuanto a efectos civiles y ordenará su inscripción en el registro civil.

Articolo IX

Le Alte Parti Contraenti convengono che le cause di separazione dei coniugi legati da matrimoni canonici siano trattate dai Giudici dello Stato, in prima istanza presso il Tribunale Superiore rispettivo ed in seconda istanza presso la Corte Suprema di Giustizia.

A richiesta di uno dei coniugi la causa relativa si sospenderà in prima istanza e per una volta sola, durante trenta giorni, per rendere possibile l'azione conciliatrice e pastorale della Chiesa, salva la competenza del Tribunale per adottare i provvedimenti cautelativi che stimi convenienti. Trascorso tale termine il rispettivo Tribunale riprenderà la relativa trattazione.

Artículo IX

Las Altas Partes Contratantes convienen en que las causas de separación de cuerpos de los matrimonios canónicos sean tramitadas por los Jueces del Estado, en primera instancia ante el Tribunal Superior respectivo y en segunda instancia ante la Corte Suprema de Justicia.

A solicitud de uno de los cónyuges la causa respectiva se suspenderá en primera instancia y por una sola vez, durante treinta días, para dar lugar a la acción conciliadora y pastoral de la Iglesia, salvo la competencia del Tribunal para adoptar las medidas precautelativas que estime convenientes. Vencido el plazo el respectivo Tribunal reanudará el trámite correspondiente.

Articolo X

1. Lo Stato garantisce alla Chiesa Cattolica la libertà di fondare, organizzare e dirigere sotto la dipendenza dell'autorità ecclesiastica centri di educazione di qualsiasi livello e di qualsiasi specialità e ramo dell'insegnamento, senza pregiudizio del diritto d'ispezione e vigilanza che spetta allo Stato.

2. La Chiesa Cattolica conserverà la sua autonomia per fondare, organizzare e dirigere facoltà, istituti di scienze ecclesiastiche, seminari e case di formazione di religiosi. Il riconoscimento da parte dello Stato degli studi e dei titoli concessi da questi centri sarà oggetto di regolamentazione successiva.

Artículo X

1. El Estado garantiza a la Iglesia Católica la libertad de fundar, organizar y dirigir bajo la dependencia de la autoridad eclesiástica centros de educación en cualquier nivel, especialidad y rama de la enseñanza, sin menoscabo del derecho de inspección y vigilancia que corresponde al Estado.

2. La Iglesia Católica conservará su autonomía para establecer, organizar y dirigir facultades, institutos de ciencias eclesiásticas, seminarios y casas de formación de religiosos. El reconocimiento por el Estado de los estudios y de los títulos otorgados por dichos centros será objeto de reglamentación posterior.

Articolo XI

Al fine di rendere effettivo il diritto che hanno le famiglie di scegliere liberamente centri di educazione per i propri figli, lo Stato contribuirà in misura equa, con fondi del Bilancio Nazionale, al sostentamento delle istituzioni cattoliche.

Articolo XII

Per l'attuazione del diritto che hanno le famiglie cattoliche di dare ai propri figli una educazione religiosa corrispondente alla loro fede, i programmi educativi, a livello di grado primario e secondario, comprenderanno negli istituti scolastici ufficiali l'insegnamento della religione e la formazione religiosa secondo il Magistero della Chiesa. Al fine di rendere effettivo tale diritto, spetta alla competente autorità ecclesiastica fornire i programmi, approvare i testi dell'insegnamento religioso e verificare come si imparte detto insegnamento. L'autorità civile terrà conto dei certificati di idoneità per insegnare la **Teligione,** rilasciati dalla competente autorità ecclesiastica.

Lo Stato favorirà nei gradi superiori dell'insegnamento la creazione di istituti o dipartimenti di scienze superiori religiose, dove gli studenti •cattolici abbiano la possibilità di perfezionare la loro cultura in **armonia** <;on la propria fede

Articolo XIII

Come servizio alla comunità nelle zone marginali, che hanno bisogno temporaneamente di un regime canonico speciale, la Chiesa collaborerà nel settore dell'educazione ufficiale me-

Artículo XI

A fin de hacer más viable el derecho que tienen las familias de escoger libremente centros de educación para sus hijos, el Estado contribuirá equitativamente, con fondos del Presupuesto Nacional, al sostenimiento de planteles católicos.

Artículo XII

En desarrollo del derecho que tienen las familias católicas de que sus hijos reciban educación religiosa acorde con su fe, los planes educativos, en los niveles de primaria y secundaria, incluirán en los establecimientos oficiales enseñanza y formación religiosas según el Magisterio de la Iglesia. Para la efectividad de este derecho, corresponde a la competente autoridad eclesiástica suministrar los programas, aprobar los textos de enseñanza religiosa y comprobar cómo se imparte dicha enseñanza. La autoridad civil tendrá en cuenta los certificados de idoneidad para enseñar la religión, expedidos por la competente autoridad eclesiástica.

El Estado propiciará en los niveles de educación superior la creación de institutos o departamentos de ciencias superiores religiosas, donde los estudiantes católicos tengan opción de perfeccionar su cultura en armonía con su fe.

Artículo XIII

Como servicio a la comunidad en las zonas marginadas, necesitadas temporalmente de un régimen canónico especial, la Iglesia colaborará en el sector de la educación oficial

diante contratti che svolgano i relativi programmi ufficiali e contemplino le circostanze e le esigenze specifiche di ciascun luogo. Tali contratti stipulati col Governo Nazionale si adatteranno a criteri previamente concordati fra questo e la Conferenza Episcopale, conformemente alle disposizioni dell'Articolo VI.

mediante contratos que desarrollen los programas oficiales respectivos y contemplen las circunstancias y exigencias específicas de cada lugar. Tales contratos celebrados con el gobierno nacional se ajustarán a criterios previamente acordados entre éste y la Conferencia Episcopal, de conformidad con lo dispuesto en el Artículo VI.

Articolo XIV

Il diritto di nominare Arcivescovi e Vescovi spetta esclusivamente al Romano Pontefice. Prima di procedere alla nomina di un Arcivescovo o di un Vescovo residenziali, e di un Coadiutore con diritto di successione, nomina che dovrà ricadere su cittadini colombiani, la Santa Sede comunicherà al Presidente della Repubblica il nome della persona prescelta, al fine di sapere se ha obiezioni di carattere civile o politico. Si intenderà che esse non esistono se egli non le manifesta entro trenta giorni. Queste pratiche si svolgeranno da entrambe le parti con la maggiore sollecitudine e riserva.

Artículo XIV

El derecho de nombrar Arzobispos y Obispos corresponde exclusivamente al Romano Pontífice. La Santa Sede antes de proceder al nombramiento de un Arzobispo u Obispo residencial, o de un Coadjutor con derecho a sucesión, que deberá recaer en ciudadano colombiano, comunicará al Presidente de la República el nombre de la persona escogida, a fin de saber si tiene objeciones de carácter civil o político. Se entenderá que ellas no existen si no las manifiesta dentro de treinta días. Estas gestiones se adelantarán por ambas partes con la mayor diligencia y reserva.

Articolo XV

La Santa Sede, potrà erigere nuove circoscrizioni ecclesiastiche e modificare i confini di quelle esistenti, quando lo stimi opportuno, per il miglior compimento della missione della Chiesa. A tale scopo informerà previamente il Governo, accogliendo le indicazioni giuste e convenienti che da esso riceva.

Artículo XV

La Santa Sede podrá erigir nuevas circunscripciones eclesiásticas y modificar los límites de las existentes, cuando lo creyere oportuno para el mejor desempeño de la misión de la Iglesia. Con tal finalidad informará previamente al Gobierno, acogiendo las indicaciones justas y convenientes que de él reciba.

Articolo XVI

La Santa Sede è d'accordo per elevare con la maggior sollecitudine possibile le giurisdizioni missionarie alla

Artículo XVI

La Santa Sede conviene en elevar con la mayor celeridad posible las jurisdicciones misionales a la categoría

categoria di diocesi, nella misura in cui lo sviluppo delle regioni sia in armonia con le esigenze pastorali diocesane.

Articolo XVII

L'assistenza spirituale e pastorale dei membri delle Forze Armate si effettuerà per mezzo del Vicariato Castrense, secondo le norme e i regolamenti emanati al riguardo dalla Santa Sede, d'accordo col Governo.

Articolo XVIII

I chierici e religiosi non potranno essere obbligati ad assumere pubblici incarichi incompatibili col loro ministero e professione religiosa e saranno inoltre esenti dal servizio militare.

Articolo XIX

Com Cristo, por certo, vos sentastes a calcular[8] o pao que possuís para repartir, confiantes em que Ele, o Senhor, tem sempre a ultima palavra : foi Ele que o disse — « sem mim, nada podéis[9] — e o demonstrou praticamente, ao saciar mais de cinco mil pessoas, com apenas alguns poueos päes.[10]

Na luz de Cristo, vistes sem dúvida, a quem prioritariamente haveis de repartir o päo : ao Brasil jovem e dos jovens ; ao Brasil das boas familias, tradicionalmente sadias e sólidas; ao Brasil levado ñas asas de um surto de progresso admira vel, bem como ao Brasil ainda à beira do caminho, à margem do comum bem-estar, da solidariedade fraterna e do amor; enfim, ao Brasil todo, ainda näo completamente fermentado pela Boa Nova evangélica, apesar da sua profunda e bem arraigada religiosidade.

E, por firn, interrogastes-vos : e quem há-de repartir o päo? Em Tiberíade, o Senhor confìou essa tarefa, bem explícitamente, aos discípulos : ((partiu os päes e os deu aos discípulos, e estes as turbas».[11] Sim : o sentido problema das vocaçôes para o sacerdocio, a consagracao, os ministerios e os diversos serviços eclesiais ! Sem desánimos nem atrópelos, pecamos « ao Dono da messe, que mande mais trabalhadores para a sua messe »,[12] pelo valimento da Mäe da Igreja, Nossa Senhora Aparecida, a querida Padroeira do Brasil.

A Igreja volta-se para a Amazonia, como todo o dileto Povo brasileiro, nesta hora de esperança : com a certeza do Nosso afecto e da Nossa solidariedade, os votos de que Deus omnipotente satisfacá essa esperança e vos cumule de seus bens e alegrías.

Em nome do Pai e do Filho e do Espirito Santo. Amen!

[4] *Io.* 6, 45.
[5] *ma.* 47.
[6] *-Ioidi* 48.
[7] Cfr. *1 Reis,* 19, 7.
[8] Cfr. *Lc.* 14, 28 e 31.
[9] *Io.* 15, 5.
[10] Cfr. *Me.* 6, 44.
[11] *Mt.* 14, 19.
[12] *Lc.* 10, 2.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Paulus Divina Providentia Pp. VI, successivis decretis Sacrae Congregationis pro Episcopis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

die 11 Iunii 1975. — Cathedrali Ecclesiae Ibarrensi praefecit Exc. P. D. Ioannem Larrea Holguin, Episcopum titularem uellensem in Proconsolari, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Exc.mi P. D. Silvii Aloisii Haro Alvear, Episcopi Ibarrensis.

die 12 Iunii. — Titulari episcopali Ecclesiae Tagariensi R. D. Paulum Bertrand, parochum ad Sancti Saviniani in dioecesi Senonensi, quem deputavit Auxiliarem E.mi P. D. Alexandri Caroli Renard, Archiepiscopi Lugdunensis.

die 17 Iunii. — Praelatitiae Ecclesiae Pinerensi Exc. P. D. Carmelum Cassati, M.S.C., Episcopum titularem Novagermaniensem, hactenus Auxiliarem Ecx.mi P. D. Alfonsi M. Ungarelli, Praelati Pinerensis.

die 20 Iunii. — Titulari ((pro hac vice » archiepiscopali Ecclesiae Thibicensi R. D. Ludovicum Kada, e clero archidioecesis Strigoniensis, Antistitem Urbanum, Subsecretarium Pontificii Consilii «Cor Unum », quem deputavit Nuntium Apostolicum in Costarica.

die 21 Iunii. — Cathedrali Ecclesiae Altaripensi Rev.mum D. Ioannem-Vidonem Couture, canonicum capituli metropolitani Quebecensis.

— Coadiutorem cum iure successionis Exc.mi P. D. Cypriani Tourel, Episcopi Montis Pessulani, constituit P. D. Aloisium Boffet, Episcopum titularem Taciamontanensem.

die 27 Iunii. — Cathedrali Ecclesiae Lublinensi praefecit Exc. P. D. Boleslaum Pylak, hactenus Episcopum titularem Midicensem.

— Cathedrali Ecclesiae Ioassabensi, noviter erectae, R. P. .Henricum Mueller, sodalem Ordinis Fratrum Minorum.

— Titulari « pro hac vice » archiepiscopali Ecclesiae Turrensi in

Byzacena R. D. Bonifacium Piccinini, sodalem Societatis S. Francisci Salesii, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Exc.mi P. D. Rolandi Chaves, Archiepiscopi Cuiabensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Telensi R. P. Dominicum Wisniewski, sodalem Congregationis Missionis, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Petri Antonii Fedalto, Archiepiscopi Curitibensis.

die 10 Iulii. — Cathedrali suburbicariae Ecclesiae Veliternae Exc. P. D. Dantem Bernini, hactenus Episcopum titularem Assidonensem.

— Cathedrali Ecclesiae Signinae Exc. P. D. Dantem Bernini, Episcopum Veliternum.

— Titulari Episcopali Ecclesiae Mustitanae R. D. Caietanum Bonicelli e clero Bergomensi, adiutorem a secretis Conferentiae Episcopalis Italiae, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Raphaelis Macario, Episcopi Albanensis.

die 26 Iulii. — Titulari episcopali Ecclesiae Vissalsensi R. P. Angelum Cella, Congregationis Missionariorum Sacratissimi Cordis Iesu sodalem, quem deputavit Auxiliarem E.mi ac Rev.mi P. D. Salvatoris S. R. E. Cardinalis Pappalardo, Archiepiscopi Panormitani.

die 30 Iulii. — Metropolitanae Ecclesiae Cochabambensi, noviter erectae, Exc. P. D. Iosephum Armandum Gutiérrez Granier, hactenus Episcopum eiusdem dioecesis.

— Metropolitanae Ecclesiae S. Crucis de Sierra, noviter erectae, Exc. P. D. Aloisium Rodríguez Pardo, hactenus Episcopum eiusdem dioecesis.

die 1 Augusti. — Titulari pro hac vice archiepiscopali Ecclesiae Gratianensi R. D. Aloisium Conti, e clero dioecesis Verulanae-Frusinatensis, quem deputavit Nuntium Apostolicum in Republica Haitiana et Delegatum Apostolicum in dicione vulgo Antille.

die 9 Augusti. — Titulari episcopali Ecclesiae Uzitensi R. D. Romulum García, Vicarium Generalem archidioecesis Sinus Albi, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Eduardi Pironio, Episcopi Maris Platensis.

die 19 Augusti. — Titulari « pro hac vice)) archiepiscopali Ecclesiae Ulciniensi Exc. P. D. Iosephum Gonçalves da Costa, hactenus Episcopum Prudentinopolitanum, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Exc.mi P. D. Antonii de Almeida Moraes, Archiepiscopi Nichteroyensis.

SACRA CONGREGATIO PRO GENTIUM EVANGELIZATIONE SEU DE PROPAGANDA FIDE

i

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Paulus Divina Providentia Pp. VI, successivis decretis Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

die 27 Martii 1975. — Titulari episcopali Ecclesiae Respectensi praefecit R. D. Alexium Pham-van-Lôc, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Exc.mi Pauli Leonis Seitz, Episcopi Kontumensis.

die 2Jf Aprilis. — Cathedrali Ecclesiae Nhatrangensi Exc. P. D. Paulum Nguyên-van-Hoa, hactenus Episcopum Phanthietensem.

— Titulari pro hac vice, archiepiscopali, Ecclesiae Vadesitanae, Exc. D. P. Franciscum Xaverium Nguyên-van-Thuan, hucusque Episcopum Nhatrangensem, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Exc.mi P. D. Pauli Nguyên-van-Binh, Archiepiscopi Saigonensis.

die 28 Aprilis. — Cathedrali Ecclesiae Buichuênsi R. D. P. Dominicum Mariam Lê-Huu-Cung, eiusdem dioeceseos Vicarium Capitularem.

die 5 Iunii. — Cathedrali Ecclesiae Pusanensi Exc. P. D. Gabrielem Kap-Sou Lee, hactenus Episcopum titularem Catabitanum.

— Cathedrali Ecclesiae Vollongongensi R. D. Gulielmum Eduardum Murray, e clero saeculari Sydneyensi, Seminarii minoris archidioecesani rectorem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Tortibulanae R. P. Sergium Govi, Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum sodalem, Regularem Superiorem ac Vicarium episcopalem in dioecesi Bossangoënsi, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Exc.mi P. D. Panhagii Leonis Chambón, Episcopi Bossangoénsis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Lugmadensi R. D. Ioannem Géry, curionem in pago vulgo Stafford nuncupato, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Francisci Roberti Rush, Archiepiscopi Brisbanensis.

die 21 Iunii. — Cathedrali Ecclesiae Kiayensi R. D. Iosephum Ti-Kang, Vicarium Generalem Taipehensis Archidioecesis.

die 1 Iulii. — Metropolitanae Ecclesiae Nagpurensi Exc. **D.** P. Leobardum D'Souza hactenus Episcopum Iabalpurensem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Ardstratensi R. D. Iosephum Wang Yu-Jung, Vicarium Generalem Archidioeceseos Taipehensis, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Stanislai Lokuang, Archiepiscopi Taipehensis.

die 10 Iulii. — Cathedrali Ecclesiae Umtatanae Exc. P. D. Petrum Ioannem Butelezi, hactenus Episcopum titularem Elephantariensem in Proconsulari.

— Cathedrali Ecclesiae Ndolaënsi R. D. Dionysium Haraldum De Jong, Vicarium Generalem eiusdem dioeceseos.

— Titulari episcopali Ecclesiae Ausafensi R. P. D. Fulgentium Werner Le Roy, Ordinis Sancti Benedicti sodalem, Abbatem Abbatiae Nullius Pietersburgensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Sfasferiensi R. D. Ioannem Baptistam Outhay, sacerdotem laotianum, quem deputavit Vicarium Apostolicum Savannakhetensem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Seminensi R. D. Thomam Khamphan, e clero saeculari autochthone, quem deputavit Vicarium Apostolicum Paksensem.

II

NOMINATIONES

Decretis ut infra datis, Sacra Congregatio pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide ad suum beneplacitum renunciavit :

die 5 Iunii. — Exc. P. D. Leonem Adolf um Messmer, Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum, Episcopum iam Ambaniaënsem, Administratorem Apostolicum Administrationis Apostolicae, nuper erectae, Insularum Comorensium.

die 6 Iunii. — R. P. Henricum Haripranata, sodalem Societatis Iesu, Administratorem Apostolicum « sede vacante et ad nutum S. Sedis » dioeceseos Veetebulaënsis.

die 16 Iulii. — R. P. Edgardum Radulfum Pinto Espin, e fratrum Minorum Ordine, Administratorem Apostolicum Praefecturae Apostolicae Galapagensis.

III

KETAENSIS

(KETAENSIS - HOËNSIS)

DECRETUM

De sedis episcopalis translatione atque mutatione dioecesis nominis

Cum Exc.mus ac Rev.mus Dominus Antonius Konings, Episcopus Ketaënsis, proposuisset ut sedes sua episcopalis ab urbe Keta in urbem vulgo Ho transferetur, Sacra Congregatio pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, re mature perpensa auditisque favorabilius votis Exc.mi ac Rev.mi Domini Hieronymi Prigione, Archiepiscopi tit. Lauriacensis et Apostolici in Ghana Delegati, necnon Conferentiae Episcopalis Ghanae, optatis praelaudati Ordinarii inhaerendum esse censuit.

Itaque eadem Sacra Congregatio, vigore facultatum sibi a SS.mo Domino Nostro PAULO Divina Providentia Papa VI concessarum, sedem episcopalem Ketaënsem in urbem Ho transtulit simulque constituit ut nomen eiusdem dioecesis deinde sit dioecesis « Ketaënsis-Hoënsis », ac praesens ad rem Decretum confici iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, die 20 mensis Iunii a. D. 1975.

AGNELLUS Card. Rossi, ***Praefectus***

68 B. G ANTIN, a ***Secretis***

SACRA CONGREGATIO PRO CAUSIS SANCTORUM

I

FLORENTINA

Beatificationis et canonizationis Servae Dei Teresiae Mariae a Cruce (in saec. Teresiae Adelaidis Caesirae Manetti), fundatricis Instituti Sororum Tertiariarum a S. Teresia.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia, earumque adnexis, in gradu heroico in casu et ad effectum de quo agitur.

Veri Dei amatores caritatem qua exardescunt abscondere haud possunt. Et quo maiore Dei dilectione incenduntur, eo magis ad homines universos corde et opere amplectendos adiguntur, quos per Crucem et Resurrectionem suam Christus redemit et Corpore suo mystico coagmentavit. Apprime proinde sancta Teresia a Iesu scribere potuit: ***« Qui vere Deum diligunt quodcumque bonum est diligunt, quodcumque bonum est quaerunt, quodcumque bonum est promovent, quodcumque bonum est laudant, cum bonis omnibus sese coniungunt, iisdem favent et auxiliantur. Nihil aliud amant nisi quod verum est et amorem reapse meretur ... Amor enim Dei, si verus est, latere nequit » (Iter perfectionis*** 40, 3). Amor etenim, cum ad perfectionem pervenit, « ***in opera et opera profluit*** », eadem seraphica Matre testante (cf. ***Mansiones*** VII, 4, 6), quae caritatem et mensuram asserit iuxta quam Christi amicus crucem diligit et portat (cf. ***Iter perfectionis*** 32, 7).

Haec de Serva Dei Teresia Maria a Cruce asserta dixeris, quae Abulensis Matris doctrinis imbuta, Christi caritati se totam dedit, in caritate indefatigabilis suae actuositatis secretum habuit, in caritate vim hausit qua, Christi confìxa cruci, acerbos inter dolores vitae holocaustum pro Ecclesia et fratribus obtulit.

Die 2 mensis Martii anni 1846, humilibus piisque parentibus Salvatore Manetti et Rosa Bigali, in paroecia S. Martini in loco cui vulgo nomen ***Campi Bisenzio,*** intra Florentinae archidioecesis fines, nata est, atque postridie salutaribus aquis renatae imposita sunt nomina Tere-

siae Adelaidis Caesirae. Patre autem mature vita functo, sub piae matris disciplina ad christianam vitam alte agendam et ad caritatis opera in humiliores et pauperes impendenda fortiter est educata. Quamvis in ipsa prima adolescentia vestium vanitatibus aliquantum indulserit, numquam tamen a recta declinavit via neque ab operibus pietatis et caritatis se abstinuit; imo, oblatis nuptiis recusatis, annos nata novem supra decem, intensiore studio christianae perfectionis semitam arripuit. Anno 1868, alterum et vicesimum annum agens, se Assumptae Biagiotti coniunxit, quae de religiosa domo molienda cogitabat, quod tamen ad exitum ducere non valuit, ob praeproperam etiam mortem. Divino autem instinctu acta, Famula Dei, duabus ascitis sociabus, in paterna domo vitae communis fecit initium, atque biennio post, sacerdote Ernesto Iacopozzi favente, parvulam religiosam familiam apud oratorium S. Iusti, ad fluminis Bisentii ripam, transtulit ibique die 16 Iulii a. 1874 Tertio Ordini Carmelitarum Discalceatorum, una cum duabus sodalibus, adscripta fuit, assumpto nomine Teresiae Mariae a Cruce. Humili illo in loco, pusillus grex, ipsa Serva Dei praeeunte, orationibus et poenitentiae operibus summa in paupertate primos annos transegit, Dei voluntatis clariorem exspectans manifestationem. Interim Teresia Maria, communioni cum Deo quam maxime inhians, divinae caritatis ignibus accendebatur, in sanctissimae potissimum Eucharistiae sacramento donationis cuiuslibet palaestram et incitamentum habens. Paullatim nomen eius tota in regione Bisentii divulgatum est omniumque conciliabat venerationem; unde factum est ut plures, homines et mulieres cuiuscumque condicionis, ad eam accurrerent solamen, consilia, salutis monita precesque petituri, qui eam Deo valde dilectam reputabant, ob caelestia praesertim charismata, quibus ditata videbatur. Quae tamen charismata nihili ipsa faciebat, caritatem super omnia aemulando, qua ingenuo animo, suavitate et comitate omnia omnibus fiebat. Itaque, anno 1877, eadem caritate impellente, cor suum et domum orphanis derelictisque puellis, quas deinde suum pretiosiorem appellabat thesaurum, aperuit. Hoc autem caritatis opus cum esset in incremento, domum conducere, emere, ampliare coacta fuit, soli Deo conflsa, qui fideli ancillae numquam munifice subvenire defuit per beneficorum hominum liberalitatem. Aliae quoque piae iuvenes se ei adiunxerunt, quas ad religiosam vitam instituebat in nova disciplinae semita quam in Carmeli Teresiani spiritu ipsa inauguraverat. Parvus igitur coetus in magnam familiam paullatim transiit et humilis domus, aliis aedificiis aucta, verum coenobium est facta et Teresia Maria veluti

mater amantissima sodales verbo et exemplo informabat et ad carita tem exercebat et urgebat. Anno proinde 1885 Teresia Maria a Cruce eiusque sociae Ordini Carmelitarum Discalceatorum aggregatae sunt, atque triennio post, die scilicet 12 Iulii anni 1888 habitum Teresianae familiae induerant et professionem carmeliticam emiserunt. Hinc aliae religiosae domus per Tusciae fines opera Famulae Dei aperiri coeptae sunt. Cum autem granum sinapis in arborem iam crescerei, praehabita anno 1891 approbatione Florentini Archiepiscopi, novum Institutum ***Decretum,*** quod dicitur, ***laudis*** anno 1900 meruit atque pontificii iuris factum est.

Huiusmodi Apostolicae Sedis approbatio novos operi Servae Dei aperuit fines. Antiquo desiderio satisfaciens, coenobium Florentiae instituere valuit, ubi filiae, Matris sororumque omnium nomine, sacrosanctum Eucharistiae sacramentum diu noctuque adorarent ; simul, animarum salutis ardore, ex Christi amoris contemplatione, mire accensa, primos sodalium coetus in Syriam, ut missionali operi incumberent, misit, domumque in Terra Sancta, ad Montem Carmelum, pueris pauperibus et derelictis excipiendis aperuit.

Nemo ad Dei Famulam accessit, quin plenior fide factus sit. Nemo eam adivit, quin cordis eius ardorem, perpetuo cum Deo coniuncti, sit expertus. Ad tantam enim cum Deo pervenit unionem, ut et actio et oratio sese invicem fulcirent et sustinerent, ita quidem ut et Dei contemplatio ad fraternam donationem veluti ad communionem cum Deo in proximo praesenti excitaret, et apostolica actuositas unionem cum Deo foveret aleretque.

Quod quidem in Dei Famula et per intimam mysterii Crucis participationem factum est, a qua nomen et vitae spiritualis rationem ipsa, Dei instinctu, sortita est. Beatitudinem habuit persecutionem pati pro Sponsi nomine; calumnias non paucas perpessa est pro opere quod instituit; difficultates haud parvas fere continuo portare debuit, veluti peculiare donum Institutorum religiosorum conditoribus reservatum. Omnia in pace et aequissimo animo pertulit, crucem sibi gaudium, lucem, solamen, divini amoris signum et causam asserens. Crucis autem et Crucifixi amorem novissimis tribus vitae annis praesertim alere potuit et manifestare, cum et intimam spiritus noctem experiri et corporis atrocissimos dolores perpeti debuit. Omnia ex Dei amore fortiter sustulit, nihil antiquius habens quam substantiam suam una cum Christo in cruce consummare pro Ecclesia et animarum salute.

Diutina doloris probatione praeparata, Ecclesiae sacramentis re-

fecta, inter filias, die 23 Aprilis a. 1910, ad Patrem de hoc mundo migravit.

Increbrescente Servae Dei fama sanctitatis, qua et vivens fruita erat, quamque Deus miraculis etiam visus est comprobare, Causa de Beatorum Caelitum honoribus ei decernendis agi coepta est. Instructo igitur processu ordinaria potestate annis 1930-1936 in Curia archiepiscopali Florentina, Causa beatificationis Servae Dei introducta est apud Sedem Apostolicam die 30 mensis Iulii a. 1944. Deinde, annis 1946-1949, eadem in Curia Florentina adornatus est processus apostolicus super virtutibus in specie; de utriusque autem processus iuridica validitate decretum est editum die 14 Ianuarii a. 1953. Quaestio itaque super virtutibus agitata est die 11 Ianuarii a. 1966 apud Sacram tunc Rituum Congregationem, in coetu, quem vocabant, antepraeparatorio. Postmodum, copiosiore apparata Patroni responsione, disceptatum est, die 28 mensis Ianuarii a. 1975, in Congressu Peculiari Sacrae huius Congregationis pro Causis Sanctorum, in quo Officiales Praelati Patresque Consultores dubio num Famula Dei virtutes théologales necnon cardinales iisque adnexas heroum in modum coluisset, affirmando responderunt. Quod Patres Cardinales, in Congregatione Plenaria ad Vaticanum die 15 Aprilis eodem anno habita, suis suffragiis confirmarunt.

Summus autem Pontifex Paulus VI, de praedictis omnibus certior factus per infrascriptum Cardinalem Praefectum in Audientia diei 17 eiusdem mensis, sententiam Patrum Cardinalium ratam habens, ut Decretum super heroicis virtutibus eiusdem Servae Dei rite conscriberetur mandavit.

Hoc tandem die Beatissimus Pater, accitis Cardinalibus infrascripto Praefecto atque Pericle Felici, Causae ponente, meque a Secretis Congregationis aliisque de more convocandis, iisque adstantibus edixit: ***Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, earumque adnexis, in gradu heroico, Servae Dei Teresiae Mariae a Cruce, in casu et ad effectum de quo agitur.***

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 23 Maii, Anno Sacro 1975.

ALOISIUS Card. RAIMONDI, ***Praefectus***

L. © S.

© Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., ***a Secretis***

II

TAURINEN.

Beatificationis et canonizationis Ven. Servae Dei Ioannae Franciscae a Visitatione S. Mariae (in saeculo Annae Michelotti), fundatricis Parvarum Sororum a S. Corde Iesu pro Infirmis Pauperibus.

SUPER DUBIO

An et de quo miraculo constet in casu et ad effectum de quo agitur

Annecii in Gallia, die 29 mensis Augusti a. 1843 nata, Ioanna Francisca a Visitatione S. Mariae (in saeculo Anna Michelotti), benemeritum condidit anno 1875 Taurinense Institutum Sororum, quibus proprium esset aegrotos pauperes in propriis privatisque domiciliis curare. Die 1 mensis Februarii anno 1888 vita iuncta est sanctitatis circumdata fama. Servatis omnibus de iure servandis, Summus Pontifex Paulus VI eamdem Famulam Dei christianarum virtutum fastigium attigisse die 15 Decembris anni 1966 edixit.

Cum autem sacri canones miracula quoque requirant ut Venerabiles Servi Dei Beatorum caelitum honoribus condecorentur, Causae actores duas, intercedente Venerabili Ioanna Francisca a Visitatione S. Mariae, sanationes, quae ferebantur divinae potentiae tributae, huic Foro ad cognoscendum proposuerunt. Earum autem ordine propositionis prior, medicorum examini subiecta, ob lacunosum technicum, quem vocant, probationum instructum, non eum nacta est exitum, ut ad ulteriora procedi posset.

Altera vero portentosa sanatio haec est : Soror Maria Victoria Vezzoli, sodalis Congregationis ab ipsa Venerabili conditae, septem et triginta annos nata, iam anno 1941, prima morbi indicia experta est ; moleste scilicet vexabatur ex gluttitione. Qui morbus adeo increvit et invaluit ut, die 11 mensis Iunii insequentis anni 1942, cibum et potum quemlibet deglutire omnino non valeret statusque valetudinis peior fieret; immo, cum comperiretur a peritis medicis agi de stenosi oesophagi indolis neoplasticae, spes recuperandae valetudinis deposita est, edicta gravissima prognosi. Verum tamen, Sorores domus Veronensis, cui aggregata erat infelix aegrota, ad caeleste patrocinium Venerabilis fundatricis confugerunt, quae tertio iam die ex quo novendiales preces

fundi coeptae erant, benigne adfuit. Namque, mane diei 16 mensis Iunii infirma ex improviso se sanatam persensit, potum et cibum illico sumere valuit; et haud multo post, e faucibus mortis erepta, Soror quam diximus pristina resumpsit officia et in recuperata valetudine permansit. Medici a curatione et testes excussi ultra naturae vires eiusmodi sanationem evenisse fassi sunt.

Hac super asserta prodigiosa sanatione instructus est apud Veronensem Curiam episcopalem apostolica auctoritate processus a die 7 Octobris a. 1946 ad diem 24 Ianuarii anni 1947; quem iuridica vi et validitate potitum declaravit die 11 Novembris a. 1967 Sacra tunc Rituum Congregatio.

Post favorabile et propitium nostri Collegii Medici iudicium de praeternaturali sanationis indole, actio super eadem sanatione agitata est primum in Congressu, qui vocatur, Peculiari Officialium Praelatorum et Patrum Consultorum die 25 mensis Februarii hoc anno celebrato; deinde in Plenaria Congregatione Patrum Cardinalium die 15 Aprilis eodem anno habita, in qua Reverendissimus Cardinalis Humbertus Mozzoni, Causae Ponens seu Relator, sequens dubium proposuit discutiendum : ***An et de quo miraculo constet in casu et ad effectum de quo agitur.*** Et qui interfuerunt Patres Cardinales, omnibus mature perpensis, adfirmantes responderunt.

De hisce omnibus facta postmodum Summo Pontifici Paulo VI per infrascriptum Cardinalem Praefectum relatione, Sanctitas Sua suffragia Patrum Cardinalium rata habens, ut decretum super eadem mira sanatione exararetur mandavit.

Quod cum rite factum esset, accitis ad Se Cardinalibus subscripto Praefecto atque Humberto Mozzoni, Causae Ponente, meque Antistite a Secretis S. Congregationis pro Causis Sanctorum, ceterisque de more con vocandis, iisque adstantibus edixit : ***Constare de uno miraculo, intercedente Venerabili Serva Dei Ioanna Francisca a Visitatione Sanctae Mariae, a Deo patrato, nimirum de instantánea perfectaque et constanti sanatione Sororis Mariae Victoriae Vezzoli a carcinomate oesophageo.***

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum referri iussit.

Datum Romae, die 23 Maii, Anno Sacro 1975.

ALOISIUS Card. RAIMONDI, ***Praefectus***

L. SS S.

© Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., ***a Secretis***

SACRA CONGREGATIO PRO INSTITUTIONE CATHOLICA

DECRETUM

Facultas Theologica in « Kirchliche Gesamthochschule Eichstätt », in Bavaria, canonice erigitur.

Grandaevum insigneque Theologicum Studium Eystettense, anno Domini MDLXIV qua Collegium Willibaldinum constitutum atque antiquissimum Tridentinum Seminarium totius Germaniae primum universaeque Ecclesiae secundum communiter habitum, clericorum efformationem curandam scientiasque theologicas, Magisterio Ecclesiastico fideliter obsequendo, promovendas adeo sibi praestituit ut uberrimos sortitum sit fructus, in totius Ecclesiae germanicae incrementum. Praestantioribus docentibus exornatum, tanquam Superior Schola studia philosophica et theologica ita excoluit ut plures studentes ex variis dioecesibus etiam non germanicis allicere meruerit.

Elabentibus iam recentioribus annis, sacrorum hoc studiorum domicilium tale momentum adeptum est, ut a Bavarica Episcopali Conferentia dignum habitum sit quod « Kirchliche Theologische Hochschule in Bayern, Sitz Eichstätt » declararetur et postea in noviter erectam ((Kirchliche Gesamthochschule Eichstätt » insereretur ; quapropter civile Bavaricum Gubernium illud tanquam « Fachbereich Katholische Theologie der Kirchlichen Gesamthochschule Eichstätt » publice agnovit, potestate eidem concessa gradus academicos Doctoratus et Habilitationis conferendi. Per conventionem inter Sanctam Sedem et Bavariam die iv mensis Septembris anno MDCCCCLXXIV initam, eidem « Fachbereich » ius confirmatum est eosdem gradus academicos conferendi, qui a Reipublicae Universitatibus et aliis similibus Institutis in comparabilibus disciplinis sub eisdem condicionibus conf eren tur (art. 5, par. 4).

Sacra igitur Congregatio pro Institutione Catholica, cum comperit in Studio omnia quae a normis academicis Ecclesiae Catholicae requiruntur, praesertim quoad selectorum docentium numerum, adamussim servari, postulatis Episcopi Eystettensis, Exc.mi ac Rev.mi Domini D.ni Aloisii Brems, perlibenter annuens, auctoritate ab Au-

gusto Pontifice PAULO div. Prov. Pp. VI sibi concredita, in Dei Optimi Maximi gloriam Ecclesiaeque in primis germanicae decus ac incrementum, STUDIUM THEOLOGICUM EYSTETTENSE (Fachbereich Katholische Theologie der Kirchlichen Gesamthochschule Eichstätt) in FACULTATEM THEOLOGICAM hoc Decreto canonice ***erectum declarat, approbat atque in perpetuum confirmat,*** facta eidem potestate academicos Sacrae Theologiae gradus Diplomatis, Licentiatus, Doctoratus atque docendi Habilitationem ad normam canonicarum de studiis superioribus legum conferendi.

Sacrum idem Dicasterium insuper Ordinarium loci MAGNUM CANCELLARIUM ***Facultatis statuit, nominat atque renuntiat,*** omnia ipsi agnoscens ac tribuens huiusmodi muneris officia ac iura, in primis catholicae doctrinae orthodoxiam, morum probitatem ecclesiasticam que disciplinam vigilanter tutandi, Docentibus quibuslibet missionem canonicam antequam nominentur concedendi et pro necessitate revocandi, peculiaria Facultatis Statuta, Studiorum Ordinationes atque Programmata S. Congregationi pro Institutione Catholica approbanda proponendi; ceteris servatis de iure servandis, contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis, die xxv m. ianuarii, in Festo Conversionis S. Pauli, anno rep. sal. MCMLXXV.

GABRIEL MARIA Card. GARRONE, ***Praefectus***

Iosephus Schroffer, Archiep. tit. Volturnen., ***a Secretis***

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Giovedì, 26 Giugno 1975, il Santo Padre Paolo VI ha ricevuto in solenne Udienza, per la presentazione delle Lettere Credenziali, Sua Eccellenza il Signor MARCEL SANDOUNGOUT, Ambasciatore Straordinario é Plenipotenziario del Gabon.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Paolo VI ha nominato :

5 agosto 1975. Il Rev.mo Mons. Conti Luigi, ***Nunzio Apostolico in Haiti e Delegato Apostolico nelle Antille.***

13 » » S. E. Mons. Del Mestri Guido, Arcivescovo tit. di Tuscamia, ***Nunzio Apostolico nella Repubblica Federale di Germania.***

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha nominato :

30 luglio 1975. S. E. Mons. Bello Stephane, Vescovo di Alep dei Caldei; Mons. Paska Walter; Mons. Haymans Winfried; P. Giovanni Crisostomo, O. S.. B.; il Dott. Bucci Onorato, ***Consultori della Pontificia Commissione per la Revisione del Codice di Diritto Canonico Orientale.***

1 agosto » S. E. Mons. Castillo Lara Rosalio José, Vescovo tit. di Precausa, ***Membro della Pontificia Commissione per l'interpretazione dei Decreti del Concilio Vaticano II.***

9 » » Il Dott. Stoppa Giorgio, ***Segretario Generale della Sezione Straordinaria dell'Amministrazione del Patrimonio della Sede Apostolica.***

» » » Il Dott. Labella Camillo, ***Contabile Principale della Sezione Straordinaria dell'Amministrazione del Patrimonio della Sede Apostolica.***

13 » » Mons. Frana Renzo, ***Osservatore Permanente della Santa Sede presso V UN E SCO.***

18 » » S. E. il Sig. Cardinale Knox James Robert, ***Membro della Amministrazione del Patrimonio della Sede Apostolica.***

18 agosto 1975. Il Rev.do Sac. Angelicchio Francesco, ***Consultore delia Pontificia Commissione per le Comunicazioni Sociali.***
25 » » S. E. il Sig. Cardinale Carpino Francesco, ***Membro della Sacra Congregazione per le Cause dei Santi.***

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha nominato :

Protonotari Apostolici soprannumerari:

20 marzo 1975. Mons. Watkins Carlo (Cape Town).
4 luglio » Mons. Piéger Nikolaus (Bamberg).

Prelati d'onore di Sua Santità:

26 aprile 1974. Mons. Doyle Thomas Bernard (Leeds).
» » » Mons. Flynn Leo James (Leeds).
27 luglio » Mons. Thi-Lha Leo (Rangoon).
19 agosto Mons. Bryan Colin W. (Kingston in Jamaica).
» » » Mons. Bygrave Alphonso X. (Kingston in Jamaica).
» » Mons. Meaney John (Kingston in Jamaica).
» » » Mons. Shearer Stanley S. (Kingston in Jamaica).
22 settembre » Mons. Obine Alfonso (Warri).
29 ottobre » Mons. Mbadi Paul (Douala).
» » Mons. Ntamack Nicolas (Douala).
15 febbraio 1975. Mons. Müller Franz Sales (München und Freising).
» » Mons. Strasser Johannes (München und Freising).
» Mons. Wellenhof er Stefan (München und Freising).
19 aprile » Mons. Celi Ottavio (Avezzano).
» » Mons. Bel vis Rufino (Capiz).
» » » Mons. Bolivar Pastor (Capiz).
» » » Mons. Fuerte Sinforiano (Capiz).
» » » Mons. Iledan Felix (Capiz).
» » » Mons. Insaurica José (Capiz).
» » » Mons. Menez Luis (Capiz).
» » Mons. Tanalgo Domingo (Capiz).
3 maggio » Mons. Affolti Mario (Parma).
19 » » Mons. Scannell Kevin (Leeds).
22 » » Mons. Becker Karl Stanislao (Freiburg im Breisgau).
24 » » Mons. Kredel Elma Maria (Bamberg).
2 giugno » Mons. Doria Michele (Andria).
» » » Mons. Facciolongo Sabino (Andria). *
14 » » Mons. Castelli Renato (Fiesole).
» » » Mons. Bonadeo Agostino (Tortona).
» » » Mons. Santini Pietro (Ugento).
1 luglio » Mons. Pasca Antonio (Otranto).

Cappellani di Sua Santità:

30	ottobre	1974.	Mons. De La Cruz Alejandro Victor (Huánuco)
24	gennaio	1975.	Mons. Joosten J. Thomas (Roermond).
»	»	»	Mons. Meertens A. H. Lamberto (Roermond).
9	marzo	»	Mons. Weinmann Anton (Freiburg im Breisgau
»		»	Mons. Hütter Giuseppe (Graz-Seckau).
»		»	Mons. Kanko Anton (Limburg).
12	aprile	»	Mons. Ngobya Aloysius (Masaka).
19	»	»	Mons. Amparo Rogelio (Capiz).
»	»	»	Mons. Ardena Ernesto (Capiz).
		»	Mons. Gutiérrez Dinualdo (Capiz).
		»	Mons. Navarra Vicente (Capiz).
	»	»	Mons. Ramos Genaro (Capiz).
»		»	Mons. Salido José (Capiz).
14	maggio	»	Mons. Cei Franco (Pisa).
31	»	»	Mons. Mannarini Franco (Lecce).
2	giugno	»	Mons. De Pillis Emilio (Ortona).
»	»	»	Mons. Grande Dieter (Meissen).
»	»	»	Mons. Adragna Antonio (Trapani).
»			Mons. Bambina Rosario (Trapani).
	»	»	Mons. Flores Antonio (Trapani).
	»		Mons. Giacalone Giacomo (Trapani).
»	»		Mons. Puma Lodovico (Trapani).
14	»	»	Mons. Giglio Nelfo (Biella).
»	»	»	Mons. Pes Santino (Cagliari).
	»	»	Mons. Santa Mario (Ivrea).
»		»	Mons. Ballerini Pietro (Massa Carrara).
»	»		Mons. Giovanardi Renato (Modena).
»	»	»	Mons. Salvatico Domenico (Mondovì).
		»	Mons. Cipolla Salvatore (Palermo).
»		»	Mons. Bellando Annibale (Susa).
	»	»	Mons. Antolini Catullo (Trento).
		»	Mons. Callegaro Luigi (Vittorio Veneto).
1	luglio	»	Mons. Villani Giuseppe (Otranto).
»	»	»	Mons. Calzavara Ampelio (Padova).
		»	Mons. Perin Luigi (Padova).
»			Mons. Ponchia Placido (Padova).

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Paolo VI ha conferito :

La Gran Croce dell'Ordine Piano:

21	giugno	1975.	A S. E. Boudjakdji Raouf ***{Algeria).***
»	»	»	A S. E. de Merode Werner ***(Belgio).***
»	»	»	A S. E. Yousuf Mohammad ***(Pakistan).***
»	»	»	A S. E. Mtonga Mloka Daniel Narcis ***(Tanzania).***

21	giugno	1975.	A S. E. Morgan Morales Arturo ***(Panama).***
»	»	»	A S. E. Al Mutawa Faisal Salen ***(Kuwait).***
»	»	»	A S. E. Bergaoui Abdelmelek ***(Tunisia).***
»	»	»	A S. E. Wiles Reide ***(Liberia).***

La Gran Croce dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

13	giugno	1975.	Al sig. Le Clercq Pietro Enrico ***(Olanda).***
29	»	»	Al sig. Magi Filippo (Roma).

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha conferito :

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

18	aprile	1975.	Al sig. Brasseur Maurice (Namur).

La Commenda dplVOrdine di san Gregorio Magno, classe civile:

5	agosto	1974.	Al sig. Balonwu Mose (Enugu).
»	»	»	Al sig. Udoji Jerome (Enugu).
2	novembre	»	Al sig. Doumith Giuseppe (Beirut dei Maroniti)
8	aprile	1975.	Al sig. Wezenberg Everardo G. L. (Rotterdam).
10	»	»	Al sig. Bender Gerardo A. (Groningen).
12	»	»	Al sig. Willemsen Cornelio G. (Rotterdam).
8	maggio		Al sig. Bouvyer Yves (Paris).
22	»	»	Al sig. Cencelli Ugo (Roma).
»		»	Al sig. Cinelli Mario (Roma).
25	»	»	Al sig. Dal Lago Anacleto (Padova).
13	giugno	»	Al sig. Biancini Angelo (Imola).
14	»	»	Al sig. Veri Giordano (Lanciano e Ortona).
19	»	»	Al sig. Cacciatori Mario Ettore (Gallipoli).
25			Al sig. Berardi Mario (Roma).
5	luglio	»	Al sig. Klein Charles Joseph (Grenoble).

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe militare:

5	agosto	1974.	Al sig. Etse Dotse Gabriele (Lagos).

Il Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

5	agosto	1974.	Al sig. Agboifo Samuel (Benin City).
»	»	»	Al sig. Eigbe Albert (Benin City).
»		»	Al sig. Emunwen Augustine (Benin City).
		»	Al sig. Halim Emmanuel (Benin City).
	»	»	Al sig. Izilen Paul (Benin City).
		»	Al sig. Lawani Daniel (Benin City).
		»	Al sig. Abuah Louis N. R. (Issele-Uku).
»	»	»	Al sig. Akumabor Daniel (Issele-Uku).
»	»	»	Al sig. Anumonwo Charles N. (Issele-Uku)
»	»		Al sig. Mordi Cyril C. (Issele-Uku).

5	agosto	1974.	Al sig. Agbaje Julius (Lagos).
»			Al sig. Idowu Antonio (Lagos).
»		»	Al sig. Obilana Alfonso (Lagos).
»	»	»	Al sig. Oladele Oridota Giuseppe (Lagos).
»	»	»	Al sig. Savage Giuseppe (Lagos).
	»		Al sig. Ecri-Okwajii Fidelis (Warri).
			Al sig. Ovie-Whiskey Victor (Warri).
	»	»	Al sig. Preston Patrick (Warri).
20	settembre	»	Al sig. Archibong Etubom Maurice (Calabar).
»	»	»	Al sig. Ofiiong Francis A. (Calabar).
		»	Al sig. Okon Fabian Edet (Calabar).
»		»	Al sig. Usanga Edmund Etim (Calabar).
21	dicembre		Al sig. Baker George (Leeds).
15	febbraio	1975.	Al sig. Van Kaam Giovanni (Haarlem).
14	marzo	»	Al sig. Hupperetz Giulio C. (Roermond).
8	aprile	»	Al sig. Van Lanschot Francesco G.G.L. ('s-Hertogenbosch).
10	»	»	Al sig. Bleibrunner Hans (Passau).
12	»		Al sig. Kaminski Clemens (Osnabrück).
8	maggio	»	Al sig. Espinasse Georges (Tulle).
22	»	»	Al sig. Punzólo Antonio (Pozzuoli).
		»	Al sig. Punzólo Mario (Pozzuoli).
	»	»	Al sig. Angiolino Gennaro (Roma).
	»	»	Al sig. Bentivoglio Camillo (Roma).
	»	»	Al sig. Porretti Mauro (Roma).
		»	Al sig. Schwarzenberg Claudio (Roma).

La ***Commenda con Placca dell'Ordine di san Silvestro Papa:***

7	giugno	1975.	Al sig. Romanazzi Stefano ***(Italia).***

La Placca dell'Ordine di san Silvestro Papa:

8	aprile	1975.	Al sig. Noel Emmanuel (Mechelen-Brussel).
6	giugno	»	Al sig. Battelli Giulio (Roma).
7	»	»	Al sig. Rana Nicola ***(Italia).***

La Commenda dell'Ordine di san Silvestro Papa:

18	aprile	1975.	Al sig. Schmitz Aloys (Trier).
16	maggio	»	Al sig. Concha Alfonso (Cartago).
7	giugno	»	Al sig. Attanasio Renato ***(Italia).***
15	»		Al sig. Paternostro Agostino ***(Italia).***
»	»	»	Al sig. Straniero Cesare ***(Italia).***
19	»	»	Al sig. Bavassano Enzo ***(Italia).***
»		»	Al sig. Tassitani Alfredo (Roma).
20	»	»	Al sig. Testaverde Alfonso ***(Italia).***
2	luglio		Al sig. Raoelina Raymond ***(Madagascar).***

II Cavalierato dell'Ordine di san Silvestro Papa:

5 agosto 1974. Al Sig. Eme Emmanuel (Benin City).
» » » Al sig. Idehen George (Benin City).
» » » Al sig. Obaedo Augustine (Benin City).
» » » Al sig. Obaseki Julius (Benin City).
» » » Al sig. Ojo Mark (Benin City).
» » » Al sig. Okoh Donatus (Benin City).
» » » Al sig. Okosun Pius Usianene (Benin City).
» » » Al sig. Oluyole Julius (Benin City).
» » » Al sig. TJmole Francis (Benin City).
» » » Al sig. Usenbor Emmanuel (Benin City).
» » » Al sig. Adedeji Clement Bayo (Ekiti).
» » » Al sig. Afolabi Ojo Gabriel (Ekiti).
» » » Al sig. Akinyede End Asamo (Ekiti).
» » » Al sig. Aluko Ojo Francis (Ekiti).
» » » Al sig. Alumona Alfonso (Enugu).
» » » Al sig. Echeruo Michele (Enugu).
» » » Al sig. Okeke Patrick (Enugu).
» » » Al sig. Onugu Nelson (Enugu).
» » » Al sig. Diagboya Augustine (Issele-Uku).
» » » Al sig. Okwechime Michael C. (Issele-Uku).
» » » Al sig. Omesiete Edward (Issele-Uku).
» » » Al sig. Osamor Francis O. (Issele-Uku).
» » » Al sig. Otedola Michele (Lagos).
» » » Al sig. Harrison Jena Paolo (Warri).
13 » » Al sig. Amichia Antoine (Abidjan).
» » » Al sig. Diaco Faustin (Abidjan).
20 settembre » Al sig. Akpan Okon Athanas (Calabar).
» » » Al sig. Akwa Issua James (Calabar).
» » » Al sig. Asuquo Akpan Peter (Calabar).
» » » Al sig. Bassey Effiong Francis (Calabar).
» » » Al sig. Eyo Ita Joseph (Calabar).
» » » Al sig. Nsa Emmanuel E. (Calabar).
» » » Al sig. Nya Joseph (Calabar).
» » » Al sig. Odey John (Calabar).
» » » Al sig. Okon Etim Thomas (Calabar).
» » » Al sig. Okon Eyo Sebastian (Calabar).
» » » Al sig. Oyo Ita Joseph (Calabar).
» » » Al sig. Uwemedimo Vincent (Calabar).
10 ottobre » Al sig. Cullen Frank (Babaul).
29 novembre » Al sig. Horsfall Riccardo (Lydenburg-Witbank).
» » » Al sig. Moffett Roberto (Lydenburg-Witbank).

NECROLOGIO

3 maggio 1975. Mons. Livraghi Carlo, Vescovo tit. di Tagora.
2 agosto » Mons. Rolim Loureiro Paulo, Vescovo di Mogi das Cruzes.
3 » » Mons. Principi Primo, Arcivescovo tit. di Tiana.
23 » » Mons. Tillemans Herman, già Arcivescovo di Merauke.

An. et vol. LXVII 30 Septembris 1975 N. 9

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Librería Editrice Vaticana

ACTA PAULI PP. VI

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

IOASSABENSIS

In Brasilia nova constituitur dioecesis, nomine « Ioassabensis »

PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quo aptius spirituali suorum fidelium utilitati consulerent, ut nova dioecesis conderetur ex diviso suarum territorio censuerunt Venerabiles Fratres Honoratus Piazera, Episcopus Lagensis, Iosephus Gomes, Episcopus Xapecoënsis, et Rolandus Octacilius Dotti, Episcopus Captatoropolitanus. Quod cum ut fieret Apostolicae Sedi proposuissent, audita videlicet Conferentia Episcopali Brasiliana, cumque Nos omnino postulationi illi concedendum esse aestimaverimus, de sententia sive Sacrae Congregationis pro Episcopis sive Venerabilis Fratris Carmeli Rocco, Archiepiscopi titulo Iustinianopolitani in Galatia atque in Brasilia Apostolici Nuntii, sequentia decernimus. A dioecesi Lagensi territorium municipiorum separamus, vulgo appellatorum Campos Novos, Capinzal, Castelo Branco, Catanduvas, Erval Velho, Herval do Oeste, Ibicaré, Ipira, Iraní, Jaborá, Joaçaba, Lacerdopolis, Ouro, Peritiba, Piratuba, Tangará; a dioecesi Xapecoënsi, territorium municipiorum vulgo dictorum Concordia et Ponte Serrada; a dioecesi Captatoropolitana, territorium municipii vulgo Agua Doce, iisque novam dioecesim constituimus ***Ioassabensem*** appellandam, iisdemque circumscriben-

dam finibus ac simul sumpta territoria, quae diximus, limitantur. Huius dioecesis episcopalis sedes in urbe vulgo Joaçaba erit; episcopalis autem magisterii cathedra in paroeciali templo ibidem exstante, Deo dicato in honorem Sanctae Teresiae a Iesu Infante, quam ad cathedralium templorum dignitatem attollimus. Sacrorum vero Antistiti praeterquam quod iusta iura damus, obligationes imponimus et officia, dignitati ac muneri congrua. Eam praeterea suffraganeam facimus metropolitanae Sedi Florianopolitanae, sic ut eiusdem Episcopum metropolitano iuri Plorianopolitani Archiepiscopi subdimus. Mandamus insuper ut, pro Canonicorum collegio in posterum condendo, consultores dioecesani deligantur, Episcopum iuvaturi; ut mensam episcopalem constituant Curiae emolumenta, fidelium sponte oblata pecunia ac bona, conditae dioecesi obvenientia ad normam canonis 1500 C. I. C. ; ut, ad Seminarium quod attinet alumnorumque sacrorum educationem, serventur praescripta iuris communis, normae decreti Concilii Vaticani II ((Optatam totius », peculiares a Sacra Congregatione pro Institutione Catholica regulae : Seminarii autem alumni, ingenio atque animi virtutibus praestantes, Romam mittantur, in Pontificium Collegium Pianum Brasilianum, philosophicis theologicisque disciplinis imbuendi; ut, dioecesi rite constituta, sacerdotes ei Ecclesiae adscribantur, in cuius territorio officium vel beneficium habeant, ceteri ei, in qua legitimo domicilio degant ; ut acta denique et documenta dioecesim Ioassabensem respicientia, ad eius Curiam transferantur, in tabulario religiose custodienda. Haec quae praescripsimus ad effectum adducat Venerabilis Frater Carmelus Rocco, quem diximus, vel ab eo delegatus sacerdos, qui perfecti negotii documenta ad Sacram Congregationem pro Episcopis mittat, de more signata sigilloque impressa.

Has vero Litteras Apostolicas sive nunc sive in posterum ratas esse volumus, contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die duodecimo mensis Iunii, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo quinto, Pontificatus Nostri duodecimo.

IOANNES Card. VILLOT
Secretarius Status

SEBASTIANUS Card. BAGGIO
S. Congr. pro Episcopis Praefectus

Eugenius Sevi, ***Proton. Apost.***

Ioannes Coppa, ***Proton. Apost; s.n.***

Loco £ß Plumbi

In Secret. Status tab. n. 285876.

II
SCALABITANAE

In Lusitania nova excitatur dioecesis, nomine « Scalabitana »

PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Apostolicae Sedis consuetudinem servantes, visum est Nobis precibus accedendum esse Venerabilis Fratris Nostri Antonii S. R. E. Cardinalis Ribeiro, Patriarchae Lisbonensis, qui audita Conferentia Episcopali Lusitana, petiit ut e suae Ecclesiae latiore territorio alia excitaretur dioecesis ; non dubitavimus enim quin id maximo cum animorum bono eveniret. Quapropter, post etiam auditum Venerabilem Fratrem Iosephum Mariam Sensi, Archiepiscopum titulo Sardianum et in Lusitania Apostolicum Nuntium, summa Nostra potestate a patriarchatu Lisbonensi territorium separamus, quod in praesens regionem pastoralem circa oppidum Santarem nuncupatam constituit, eoque dioecesim constituimus ***Scalabitanam*** appellandam. Eius sedes in urbe vulgo Santarem erit, episcopalis vero magisterii cathedra in templo, Deo sacro in honorem B. M. V. omni labe ab origine expertis, quod cathedrale dehinc habebitur, cuius Episcopo iura officiaque ad hoc dantur. Haec dioecesis et Episcopus suffraganei erunt patriarchatui Lisbonensi eiusque Antistiti. Mensam episcopalem praeterea Curiae emolumenta efficient, a fidelibus sponte oblata pecunia et bonorum pars, quae novae dioecesi ob venient ex praescripto canonis 1500 C. I. C. Mandamus etiam ut, pro canonicis, consultorum dioecesanorum consilium deligatur, qui quidem a munere cessabunt, canonicis per alias sub plumbo Litteras constitutis. Quae ad dioecesis regimen spectat, administrationem, vicarii capitularis electionem, alia id genus, sacri canones religiose serventur. Ad Seminarii structionem quod attinet alumnorumque educationem, ratio habeatur ad canonica praescripta, ad normas Decreti Concilii Vaticani II ((Optatam totius » et ad peculiares Sacrae Congregationis pro Institutione Catholica regulas. De clero sic statuitur, ut, his Litteris ad effectum adductis, sacerdotes ei Ecclesiae addicantur, in cuius territorio officium vel beneficium habeant; ceteri vero,

una cum Seminarii tironibus ei, in qua legitime degant. Documenta denique et acta Scalabitanam dioecesim respicientia, ad eius Curiam a patriarchali Lisbonensi transferantur, in tabulario custodienda. Haec quae praescripsimus ad effectum adducat Venerabilis Frater Iosephus Maria Sensi, quem diximus, vel ab eo delegatus sacerdos, qui effectae rei documenta ad Sacram Congregationem pro Episcopis mittat, de more signata.

Has vero Litteras Apostolicas sive nunc sive in posterum ratas esse volumus, contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die sextodecimo mensis Iulii, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo quinto, Pontificatus Nostri tertio decimo.

IOANNES Card. VILLOT
Secretarius Status

SEBASTIANUS Card. RAGGIO
S. Congr. pro Episcopis Praefectus

83 Iosephus Rossi, Ep. tit. Palmyrenus, ***Proton. Apost.***
Ioannes Coppa, ***Proton. Apost. s.n.***

Loco SB Plumbi

In Secret. Status tab., n. 286897.

III

SETUBALENSIS

In Lusitaniae territorio nova conditur dioecesis, « Setubalensis » nomine

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Studentes Nos, pro apostolico quo fungimur officio, ea omnia procurare, quae sunt maiori Christifidelium utilitati ac bono consentanea, existimavimus votis annuendum esse Venerabilium Fratrum Antoiiii S. R. E. Cardinalis Ribeiro, Patriarchae Lisbonensis, Davidis de Sousa, Archiepiscopi Eborensis, atque Emmanuelis dos Santos Rocha, Episcopi Beiensis, ab Apostolica hac Sede de sententia Conferentiae Epi-

scopalis Lusitanae petentium, ut quibusdam Ecclesiarum suarum territoriis alia dioecesis conderetur. Audito igitur hac super re Venerabili Fratre Iosepho Maria Sensi, Archiepiscopo titulo Sardiano et in Lusitania Apostolico Nuntio, sequentia decernimus. A patriarchatu Lisbonensi territorium separamus regionis pastoralis Setubalensis, exemptis monumento Christi Regis et Seminario in urbe vulgo Almada exstantibus, quae ad eundem patriarchatum pertinere pergent, donec aliter provideatur ; ab archidioecesi Eborensi paroecias separamus vulgo appellatas Canha, Pegoês et Santo Isidro, ad municipium vulgo Montijo pertinentes, atque paroeciam Comporta cognominatam, in municipio Alcázar do Sal exstantem ; denique a dioecesi Beiensi partem territorii separamus paroeciae Melides appellatae, cui est nomen Ponta de Troia, ad municipium vulgo Grandola pertinentis. Hisce autem simul sumptis territoriis novam dioecesim constituimus, ***Setubalensem*** appellandam, cuius sedes in urbe Setubal erit, episcopalis autem magisterii cathedra in sacra aede, eadem in urbe exstante, Deo dicata in honorem Beatae Mariae Virginis Gratiarum, quae templum cathedrale habebitur, iustis cum iuribus. Episcopo sane etiam congruas obligationes imponimus, residentium sacrorum Pastorum proprias. Setubalensem dioecesim eiusque Episcopum Ecclesiae Lisbonensi eiusque Patriarchae suffraganeos facimus. Mensam episcopalem constituent Curiae emolumenta, a fidelibus sponte oblata pecunia, bona quae ei obvenient ad normam canonis 1500 C. I. C. Consultores dioecesani praeterea deligantur, usque dum Canonicorum collegium per alias sub plumbo Litteras rite constituatur. Item canonicae normae serventur, quod ad dioecesis regimen et administrationem spectat, vicarii capitularis electionem, alia id genus. De Seminario autem alumnorumque sacerdotali educatione sacri canones serventur, normae Decreti Concilii Vaticani II ((Optatam totius » et peculiares Sacrae Congregationis pro Institutione Catholica regulae. De clero statuimus ut, his Litteris ad effectum adductis, sacerdotes ei Ecclesiae addicantur, in cuius territorio officium vel beneficium habeant; ceteri vero clerici Seminariique tirones ei, in qua legitime degant. Omnia denique documenta novam dioecesim respicientia a Curiis Lisbonensi, Eborensi et Beiensi ad Setubalensem transferantur, in tabulario religiose custodienda. Haec quae praescripsimus exsequatur Venerabilis Frater Iosephus Maria Sensi, quem diximus, vel ab eo sacerdos delegatus, atque congrua documenta exaret ad Sacramque Congregationem pro Episcopis de more mittat.

Has vero Litteras sive nunc sive in posterum ratas esse volumus, contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die sextodecimo mensis Iulii, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo quinto, Pontificatus Nostri tertio decimo.

IOANNES Card. VILLOT
Secretarius Status

SEBASTIANUS Card. BAGGIO
S. Congr. pro Episcopis Praefectus

© Iosephus Rossi, Ep. tit. Palmyrenus, ***Proton. Apost.***

Ioannes Coppa, ***Proton. Apost. s.n.***

Loco £8 Plumbi

In Secret. Status tab. n. 286881.

IV

COCHABAMBENSIS

Dioecesis Cochabambensis ad Metropolitanae dignitatem evehitur

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quo gravius et propius spirituali christianorum utilitati consuleretur, censuerunt Reipublicae Bolivianae sacrorum Antistites, idque ut fieret ab Apostolica Sede enixe petierunt, ut episcopalis Ecclesia Cochabambensis ad dignitatem et honorem archiepiscopalis sedis metropolitanae eveheretur et nova eiusdem nominis ecclesiastica provincia constitueretur. Quam quidem rem diligenter considerantes, postque auditam de eodem negotio sententiam Venerabilis Fratris Iosephi Laigueglia, Archiepiscopi titulo Aeliensis atque in Republica Boliviana Nuntii Apostolici, summa Nostra potestate sequentia decernimus et iubemus. Sedem episcopalem ***Cochabambensem,*** a metropolitana Ecclesia Pacensi in Bolivia seiunctam, ad gradum archiepiscopalis metropolitanae^ Ecclesiae attollimus, eamque sedem et caput facimus novae ibidem constitutae provinciae ecclesiasticae, quae praeterea efformabitur metropolitana Ecclesia eiusdem nominis, dioecesi Orurensi et Praelatura

Aiquilensi tamquam suffraganeis Sedibus, ab Ecclesiis metropolitanis Pacensi in Bolivia et Sucrensi distrahendis. Venerabilem vero Fratrem Iosephum Armandum Gutiérrez Granier, adhuc Episcopum Cochabambensem in Bolivia, eiusque successores, Archiepiscopi dignitate ac Metropolitae auctoritate insignimus, iuribus et privilegiis concessis impositisque officiis et obligationibus, eiusmodi dignitatis et muneris propriis. Haec, quae praescripsimus, ad effectum adducat Venerabilis Frater Iosephus Laigueglia, quem diximus, vel ab eo delegatus sacerdos, confectaeque rei instrumenta ad Sacram Congregationem pro Episcopis mittat, de more signata sigilloque impressa. Apostolicas has Litteras sive nunc sive in posterum ratas esse volumus, contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die tricesimo mensis Iulii, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo quinto, Pontificatus Nostri tertio decimo.

IOANNES Card. VILLOT
Secretarius Status

SEBASTIANUS Card. BAGGIO
S. *Congr. pro Episcopis Praefectus*

Iosephus Del Ton, ***Proton. Apost.***

Ioannes Coppa, ***Proton. Apost. s.n.***

Loco £ß Plumbi

In Secret. Status tab. n. 2818$.

V

S. CRUCIS DE SIERRA

In Republica Boliviana nova constituitur provincia ecclesiastica

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quo gravius et propius spiritali Christifidelium commodo consuleretur, sacri Praesules Conferentiae Episcopalis Bolivianae postulaverunt ab Apostolica hac Sede ut episcopalis Ecclesia S. Crucis de Sierra ad honorem archiepiscopalis sedis Metropolitanae attolleretur novaque ibidem ecclesiastica eiusdem nominis provincia constitueretur.

Quibus probe consideratis, de sententia Venerabilis Fratris Iosephi Laigueglia, Archiepiscopi titulo Aeliensis et Apostolici Nuntii in Republica Boliviana, Nos, existimantes eius modi preces excipiendas, summa idcirco Nostra potestate haec quae sequuntur decernimus et iubemus. Episcopalem sedem ***S. Crucis de Sierra,*** quam diximus, ad dignitatem archiepiscopalis Ecclesiae Metropolitanae evehimus iuribus et privilegiis auctam ad Ecclesias eiusdem dignitatis pertinentibus, Antistitem vero « pro tempore » archidioecesis S. Crucis de Sierra, dignitate archiepiscopali graduque Metropolitae insignimus iuribus ac privilegiis cumulatum, necnon oneribus officiisque adstrictum, quae catholicis Metropolitis congruunt. Ipsi ita constitutae Metropolitanae Ecclesiae, initis consiliis cum Sacra Congregatione pro Gentium Evangelizatione, Vicariatus Apostolicos Cuevensem, Chiquitosensem, Niuflensem et Benensem aggregamus, quamdiu aliter provisum fuerit. Ipsum vero Venerabilem Fratrem Aloisium Rodríguez Pardo, hactenus Episcopum S. Crucis de Sierra, ad dignitatem archiepiscopalem promovemus novaeque Metropolitanae Ecclesiae eodem nomine praeditae Pastorem praeficimus. Haec, quae praescripsimus decreta, ad effectum adducat memoratus Venerabilis Frater Iosephus Laigueglia aut sacerdos ab eo delegatus, cuius utcumque erit instrumenta exsecutionis rite peractae ad Sacram Congregationem pro Episcopis mittere, de more signata sigilloque impressa. Apostolicas has Litteras et nunc et in posterum ratas esse volumus, contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die tricesimo mensis Iulii, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo quinto, Pontificatus Nostri tertio decimo.

IOANNES Card. VILLOT
Secretarius Status

SEBASTIANUS Card. BAGGIO
S. Congr. pro Episcopis Praefectus

Iosephus Del Ton, ***Proton. Apost.***

Godefridus Mariani, ***Proton. Apost.***

Loco © Plumbi

In Secret. Status tab. n. 287864.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Beata Maria Virgo in Caelum Assumpta praecipua dioecesis « Tuxpaniensis » patrona confirmatur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Beatissimam Virginem Mariam, Dei Matrem, superna fuisse atque aeterna, post terrenam vitam, corpore simul et anima gloria illustratam, firma est catholicae Ecclesiae veritas eademque Christifidelium animis carissima; quam praeclare confirmant plurima sacratae eidem Virgini per orbem terrarum dicata templa pictaeque imagines, poetarum carmina popularesque cantus, ad Deiparam atque ad caelestem patriam hominum corda allicientia. Libenter igitur precibus accedendum esse putavimus Venerabilis Fratris Ignatii Lehonor Arroyo, Episcopi Tuxpaniensis, qui suo ipsius suique populi et cleri nomine petiit, ut a se rite pronuntiatam Augustissimam Dei Matrem, caelo receptam, praecipuam suae dioecesis patronam, confirmaremus, cui quidem sacrum est cathedrale dioecesis templum. Re ideo attente considerata, acceptaque Sacrae Congregationis pro Cultu Divino sententia, auctoritate Nostra apostolica Beatam Mariam Virginem in Caelum Assumptam caelestem apud Deum praecipuamque Patronam dioecesis Tuxpaniensis probamus, ad normam videlicet electam Instructionis Sacrae Congregationis pro Cultu Divino de Calendariis particularibus atque Officiorum et Missarum Propriis recognoscendis, n. 30. Omnia exinde privilegia liturgica et honores adicimus, huiusmodi dioecesium Patronis competentia. Contrariis quibuslibet non obstantibus. Ceterum volumus ut hae Litterae Nostrae suos effectus sive nunc sive in posterum tempus habeant.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XVI mensis Iulii, anno MCMLXXV, Pontificatus Nostri tertio decimo.

IOANNES Card. VILLOT, ***Secretarius Status***

Loco *f£* Sigilli

In, Secret. Status tab. n. 286814.

II

Ecclesia cathedralis, Sancto Cerbonio Episcopo dicata in dioecesi Massana* Populoniensi, titulo ac dignitate Basilicae Minoris exornatur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Quoniam cathedrale templum Sancti Cerbonii Episcopi, quod in urbe Massa perantiquitus dicitur aedificatum atque anno MCCLXXXVII amplificatum, mirum in modum praestat in dioecesi Massana-Populoniensi magnoque est momento **ad** potiora pastoralia fovenda incepta, Nobis consentaneum visum est ac dignum quod Basilicae Minoris titulo decoraretur. Quare, mentem Nostram in primis ad maiorem Christifidelium pietatem intendentes, excipiendas existimavimus preces Venerabilis Fratris Laurentii Vivaldo, Episcopi Massani-Populoniensis, qui, tum cleri tum fidelium dioecesis suae expromens vota, a Nobis poposcit ut id cathedrale templum altiore augeretur huiusmodi honore. Sententiam igitur Sacrae Congregationis pro Cultu Divino ratam habentes, Apostolica Nostra potestate cathedrale templum Massanae civitatis Sancto Cerbonio Episcopo sacrum ad dignitatem Basilicae Minoris hasce per Litteras perpetuumque in modum evehimus, cunctis adiectis iuribus atque liturgicis concessionibus, quae rite templis hoc nomine insignibus competunt, iis tamen servatis quae ad normam decreti « de titulo Basilicae Minoris)), die vi mensis Iunii anno MCMLXVIII evulgati, servanda sunt. Contrariis quibuslibet minime obstantibus. Volumus deinde ut hae Litterae Nostrae religiose custodiantur suosque effectus tam nunc quam in posterum habeant.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxx mensis Iulii, anno Domini MCMLXXV, Pontificatus Nostri tertio decimo.

IOANNES Card. VILLOT, ***Secretarius Status***

Loco SB Sigilli

In Secret. Status tab. n. 286974. ,

EPISTULAE

I

Ad Rev.mum P. Ioannem Musinski, Moderatorem Generalem Societatis Verbi Divini, centesimo volvente anno a Societate constituta.

Laetam gratulationem Nostram hortationemque simul paternam tibimet, Dilecte Fili, ac per te universae Societati Verbi Divini, cui tu hoc tempore praees. Nos idcirco potissimum transmittere cupimus, ut pro Nostra quoque parte magis quidem exornemus ac multo fructuosiorem reddamus illum familiae vestrae fortunatum eventum, quem peculiari omnino religionis affectu studioque renovationis celebrandum esse arbitramur.

Mox enim summo ex Dei omnipotentis beneficio primum fauste complebitur saeculum, ex quo in Batava urbe Steyl ipse exercitatus doctrina et actione evangelica spectatusque pietate sacerdos, Venerabilis Arnoldus Janssen, pristinam suam missionalem scholam instituit ac fundamenta proinde firmissima locavit istius apostolicae communitatis, quae sinapis grani instar cretura erat cito in immensum et longinquos etiam orbis fines suis ramis salutariter tectura. Exoptamus itaque ut nunc ipsum maxime animi illorum paene quinque milium sodalium, qui merito se gloriantur ad insignem pertinere Societatem Verbi Divini ac tam excellentem sequi legiferum patrem, Nobiscum coniungantur quasi quodam laudis concentu in Deum et ferventiore accendantur eius vitae instituti operisque missionarii amore, quod centum abhinc annos divino plane nutu ac voluntate est inter vos exortum.

Gratulamur ante omnia vobis de praeclara memoria, quam religiosa vestra congregatio in Ecclesia adhuc reliquit, ac recreamur eodem tempore Nos conscientia eximiae industriae quam eadem Societas in Christi praedicatione, Verbi Divini disseminatione, sacrarum missionum confirmatione sedulo ponit. Magni praeterea aestimamus cunctos sectatores vestri conditoris, Venerabilis Arnoldi Janssen, qui hisce proximis centum annis Societatem Verbi Divini valde stabiliverunt et auxerunt idoneamque prorsus effecerunt quae tot Episcopos et sacerdotes et fratres laicos Ecclesiae Christum evangelizanti ac testificanti in terris offerret tamquam paratissimos boni salutis nuntii praecones ; diligimus nimirum eos qui etiam nunc Societatem custodiunt et ducunt, quique omnes

eius impigri sodales apostolicum docendi atque sanctificandi munus pluribus in continentibus ac nationibus magno animo exsequuntur.

Celebritatem vero centesimi natalis Societatis Verbi Divini dedecet contineri sola recordatione aliqua de praeterito eius splendore aut commoda gratulatione de praesenti. Habendum potius esse putamus illud felix eventum veluti caelitus allatam opportunitatem et occasionem altioris cuiusdam renovationis quam Concilium Vaticanum Secundum ab omnibus poposcerit religiosis familiis quamque ipse hic Iubilaeus Annus a toto flagitet Populo Dei. Cum gaudio videlicet et alacritate, cum diligentia et gravitate repetantur ab universis sodalibus oportet illa elementa sive principia insignia quibus Venerabilis Parens superstruxerit Societatem. Integrari necesse est hoc praecipue tempore solidas eius doctrinas et exempla quibus nempe is sapientissime consociaverit efficacitatem operae missionalis cum spiritalis vitae viriditate, perseverantiam strenui laboris cum interioris disciplinae constantia, prosperitatem inceptorum apostolicorum cum spectabili morum sanctitate.

Non sine iustissima ergo causa providentes statuimus Nos ut hoc centesimo Societatis Verbi Divini anno in caelitum Beatorum album sollemni ritu adscriberentur tam conditor vester, Arnoldus Janssen, quam unus primorum eius sociorum probatus in Sinis evangelii sator, Iosephus Freinademetz, simulque hi cunctae Ecclesiae communitati proponerentur in ipso mundiali die missionum tamquam luculenta exemplaria veri animi et studii missionalis — intus precatione et abnegatione roborati, foris navitate et assiduitate concitati.

Propterea iam nunc ante ritum illum sacrum, quo Beatorum honores decernentur, per has scilicet gratulatorias Nostras litteras cohortamur vehementer vos omnes ut, quo utilius praeparentur convenientiusque peragantur sollemnia proxima centesimi natalis Societatis Verbi Divini, respiciatis grata erga Deum mente origines et initia praeclara vestra, ut libentes amantesque colatis patres vestros maiores, ut retro sapienter spectantes prorsus certiore passu ac via tutiore tendatis alterumque vitae et industriae vestrae saeculum laetantes ingrediamini studioque novati.

Haec denique habuimus, Dilecte Fili, quae tibi omnique carissimae Societati Verbi Divini optaremus in centesimo ipsius die natali. Superest tantum ut, pro ea qua familiam vestram caritate paterna complectimur singulis vobis Apostolicam Nostram Benedictionem impertiamus particulatim ut pia optata Nostra et vestra desideria — qui per orbem terra-

rum Christo Domino tam laudabiliter famulamini — plenissimum Deo dante consequantur effectum.

Ex Aedibus Vaticanis, die xm mensis Augusti, anno MCMLXXV, Pontificatus Nostri tertio decimo.

PAULUS PP. VI

II

Ad Rev.mum D. Aloisium Ricceri, Societatis S. Francisci Salesii Generalem Rectorem, integro revoluto saeculo ex quo decem S. Ioannis Bosco fratres missionale munus adimplendum susceperunt.

Salesianae Societati, quemadmodum est ad Nos allatum, insignis mox occurret eventus : integrum nempe revolutum saeculum, ex quo decem S. Ioannis Bosco fratres, evangelica impulsi caritate, missionale munus adimplendum alacres susceperunt. Huius sane gloriosi recordatio itineris, sub nomine ac patrocinio Beatae Virginis Mariae Auxiliatricis initi — quoniam a cognomini templo urbis Augustae Taurinorum profecti, illi viri longinquas Americae Australis oras petierunt[1] —, facile Nostrum subit animum eundemque vehementer movet; dumque uberrimos hodie tot laborum fructus conspicimus, facere non possumus, quin Tecum, dilecte Fili, cumque omnibus Religiosis, tuo commissis moderamini, suavis laetitiae spiritalisque solacii sensus gratulabundi communicemus.

Recens quippe Pia vestra Congregatio orta erat, unus vix annus exierat postquam publice Apostolicae Sedis auctoritate erat confirmata, cum primi sodales, quos inter Ioannem Cagliero, illius tum expeditionis ducem ac postmodum Vicarium Apostolicum, Episcopum, S. R. E. Cardinalem, honoris causa nominare placet, mense Novembri anni MDCCCLXXV in amplissimas Patagoniae regiones missi sunt. Audax sane opus et arduum, incognita fere incolisque infrequentior tellus, rei sortes dubiae; sed virtus magna, cor ardens, impellens mandatum legiferi Patris vestri, qui, cum Pio Pp. IX, Nostro fel. rec. Decessor!, consilium de missione ad exteras gentes aperuisset, assensionem rite benedictionemque impetraverat.[2] Adeo animorum studium sacrique ministerii diligentia probabantur, quibus nova iam Societas enitebat. Si quis autem in

[1] Cfr. E. Ceria, *Memorie biografiche del B. Giovanni Bosco,* vol. XI, pp. 382-389.
[2] *Ibid.,* pp. 142, 145, 146, 152, 376-377.

praesenti rerum catholicarum statum attendat in ea, quam supra diximus, terra statim comperiet tres inibi ecclesiasticas diciones esse constitutas, Viedmensem, Rivadaviae, Rivogallaëcensem, quae, titulo et iure donatae dioecesis, pro locorum amplitudine, pro increscente fidelium numero, pro spe denique et exspectatione maioris usque provectus, totius Ecclesiae, quae in Argentina Civitate est, neque exiguam neque obscuram partem efficiunt. Sed item, eundem veluti prospectum extendentes, Nos iuvat Salesianarum Missionum spatium atque momentum in universum considerare, siquidem memorabilem illam expeditionem multae postea expeditiones, cursu numquam intermisso, secutae sunt, aliique deinde missionarii, ad numerum novem fere milium virorum, coeptum iter perrexerunt in continentes terras Americae tam meridianae quam septemtrionalis, Asiae proximae et extremae, Africae, Australiae. Merito igitur hoc statuendum esse videtur, agrum Patagonicum ab initio providae huiusmodi sationi patuisse, atque adeo illarum primitias frugum profudisse, quas amplior post et impensior industria operariorum comparavit sive sanctae Dei Ecclesiae in primario eius munere, sive civili hominum consortioni, ad socialem progressionem quod attinet.

Quodnam vero totius fuit negotii propositum? Fuit sane missionalem Ecclesiae naturam re non verbis ostendere; fuit eandem in condita recens Societate indolem asserere; fuit — quod aperte ex utraque re consequitur — nisus consilia incepta universalis Ecclesiae participare, indeque labores et incommoda recipere. Eximius ergo honor atque cumulatae laudes tribuendae sunt istius Sodalitatis Fundatori, qui superiore saeculo, dum catholicae activitati Ecclesiae latiores aperirentur viae, tantum oneris cogitate perpenderit statimque sibi et suis sustinendum decreverit.

Quaenam insuper fuit agendi ratio, quam ipse ingressus est? Quaestio heic agitur, quae ad ipsum novi Instituti genus rectissima pertinet. Ei enim primis iam annis, quibus in urbe Pedemontana floruit, illud tamquam singulare ac peculiare inerat, ut iuvenes praesertim, pauperes, populares advocaret, iisdemque potius destinaretur. Quamobrem, iuvenalis — paene dixerimus — proprietas in missionali etiam obeundo officio quadam quasi necessitate eluxit : iuvenes fuerunt Evangelii praecones, in Americae plagas missi ; iuvenes pariter fuerunt homines, quos primo illi adire et alioqui et edocere elegerunt. Iuvenes — ita dicere liceat — ambo unius eiusdemque operis termini.

Tali ergo modo factum est, ut ad christianam iuventutem recte educandam eadem instituta, eaedem cuiusvis fere ordinis scholae techni-

earumque disciplinarum cursus, quae alibi erant, in Missionum stationibus conderentur, atque sacra exstruerentur oratoria, valetudinaria, domus, ceteris apparatis subsidiis, quae cum temporum locorumque condicionibus aptissime congruerent. Neque vero, dum res gestas, vires, exitus recensendo extollimus, sedulam sociamque operam oblivisci possumus, a Filiabus Mariae Auxiliatricis collatam, quamdoquidem rerum veritati respondere constat et illas, una cum Salesianis viris, plurimum adlaboravisse in omnibus Missionum sedibus, pernobili et illas incitas animi fervore. Ab utraque autem Familia non solum autochthones seu indigenae, sed migratores etiam ac peregrini propensa benevolentia excipiebantur, qui turmatim, patria relicta, ut victum sibi quaererent, novum attingere orbem consueverant, maximisque undique premebantur angustiis. Haec de re quoque pastoralis Salesianorum actio affluentem meritorum copiam collegit.

Nos equidem novimus advenientem memoriam, in istius Societatis historia, tamquam dispositam itineris mansionem habitum iri. Id enim confirmatur non solum perspicuo illo indice, seu exarato ordine celebrationum per annum habendarum, quem Tu, dilecte Fili, Nobis offerendum curavisti, verum certo etiam consilio certaque deliberatione universae Religiosae Sodalitatis : ut igitur annus MDCCCLXXV eius primordia candido lapillo obsignavit, ita praesens hic annus MCMLXXV commodum sane ac prosperum tempus missionalis inceptus recogitandi, redintegrandi vires, proposita insistendi videtur esse, si prae oculis habeatur potissimum Decretum Oecumenici Concilii Vaticani II de activitate missionali Ecclesiae. Revera enim Ecclesia, ut saepius ac iuste quidem edici solet, est communitas missionalis ; qua talis, tantum munus expletius usque et perfectius exsequi debet, ut cum divini sui Conditoris voluntate cohaereat; eadem cunctos advocat monetque filios suos, ut quod urget auxilium sibi praebeant ; eadem, hac oblata opportunitate, Salesianos omnes cohortatur, ut peculiare, quod possunt ac debent, adiumentum dilatato per caritatem animo afferant, iisque utantur, electis quasi instrumentis, normis ac praeceptionibus doctrinae paedagogicae, in qua S. Ioannis Bosco hereditas praecipua continetur. Estne opus, ad nostrum hoc fulciendum hortamentum, ipsius Concilii principia iterare de speciali Missionariorum formatione, sive spirituali sive apostolica,[3] deque officio missionali Institutorum Religiosorum? [4] Verba illa planiora, apertior a,

[3] **Cfr. Decr. de aetiv. mission. Ecclesiae *Ad gentes divinitus,* nn. 25-26.**

[4] **Cfr. *ibid.,* n. 40.**

suadibiliora sunt, quam ut hic sint exscribenda, cum praesertim pro certo sciamus vos eadem, inter proximos coetus, attente et assidue esse reputaturos. Duo tantum recolimus : ***Cum multae adhuc exstent gentes ad Christum adducendae, Instituta apprime necessaria manent f*** ideoque ***sincere coram Deo sese interrogent, utrum actuositatem suam in expansionem Regni Dei inter gentes extendere valeant.***[6] Nonne dulces ibi Evangelii voces resonare videntur? ***Levate oculos vestros, et videte regiones, quia albae sunt iam ad messem?***

Sed aliquid consulto omisimus, antea licet de iuvenibus mentionem iniecerimus. Namque in edita nuper Adhortatione Apostolica ***Gaudete in Domino*** caput comprehenditur, in quo de necessitudine inter Ecclesiam et iuventutem elocuti sumus, ut non solum inde christianae laetitiae rationes haurirentur, verum etiam firma incitamenta ad renovationem veri nominis promovendam.[8] Haud absimile profecto vinculum isti Societati cum iuventute intercedere arbitramur, indidemque stimulus pariter ad incepta instauranda ac spes bona fecunditatis expromentur.

Haec habuimus, dilecte Fili, quae saeculari adventante celebritate palam significaremus, ut paternae nempe caritatis testimonio Salesianorum animos ad maiora, ad nobiliora, ad celsiora usque appetenda atque audenda pro causa Missionum Catholicarum erigeremus. Qua fiducia freti, cum Tibi tum universis Sodalibus tuis, sive sacerdotibus sive adiutoribus, necnon Religiosae Familiae Sororum Beatae Mariae Auxiliatricis, Apostolicam Benedictionem, supernarum auspicem gratiarum, peramanter in nomine Domini impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die xv mensis Augusti, in sollemnitate Assumptionis eiusdem B. M. V., anno MCMLXXV, Pontificatus Nostri tertio decimo.

PAULUS PP. VI

[5] ***Ibid.,*** **n. 27.**
[6] ***Ibid.,*** **40.**
[7] ***Io.*** **4, 35.**
[8] **Cap. VI.**

III

Ad Exc.mum P. D. Arturum Elchinger, Argentoratensem Episcopum, septimo volvente saeculo ex quo cathedrale templum rite dedicatum est.

Argentorati cathedrale templum, quod ob exstructae molis pulchritudinem, pretiosa artis monumenta religiosasque memorias iure merito eximium istius urbis decus habetur, in praesenti nova quadam luce refulgere videtur, cum hoc volvente anno septimum saeculum exeat, ex quo rite dedicatum est.

Provido igitur consilio, Venerabilis Frater, statuisti, ut ad hunc digne recolendum eventum sollemnia agerentur; quae animo et mente participantes, probe confidimus eadem ad vitam christianam ista in dioecesi promovendam plurimum esse valitura. Etenim haec celebratio, si opportunitatem vobis praebebit in mentem revocandi vicissitudines huius templi, quae cum religiosa ac civili historia Alsatianae regionis arcte conectuntur, haud minori utilitati profecto etiam erit ad fovendas provehendasque christiani gregis cum Pastore suo necessitudines, cum in ecclesia cathedrali « Episcopi cathedra consistat, quae est unitatis, ordinis, potestatis, veracisque magisterii cum Beato Petro coniuncti tamquam cardo », eademque imago sit « aspectabilis Christi Ecclesiae, quae in terrarum orbe et precatur, et canit, et adorat; est nimirum imago putanda Mystici eius Corporis, cuius membra in una conglutinantur caritatis compage, supernorum donorum roratione nutrita ».[1]

Iuvat etiam in memoriam revocare hanc celebrationem opportune incidere in tempus, quo Annus Sacer in Urbe agitur, cui quidem spiritualem renovationem et reconciliationem esse potissimum propositas voluimus. Nam post tot religiosa discidia et cruentas Nationum contentiones, quibus superioribus aetatibus regio ista vexata fuit, Argentoratense templum tandem factum esse videtur veluti signum reconciliationis et pacis. Hoc testantur vel ipsa verba inscripta vitreis absidis fenestris, quas Nationes, Consilii Europae membra, eo proposito donaverunt, ut futuris aetatibus monerent « medio saeculo xx Europae populos in Argentoratum urbem convenisse, ut suis contentionibus finem imponerent ».

Pergant igitur istius dioecesis fideles turmatim hoc templum adire, ut divite haustu pietatem suam alant et augeant. Non solum autem nunc, sed alio etiam quovis tempore, hic locus sit quasi salutis perfugium, ubi homines mundi contentione et strepitu fracti, animos queant ad

[1] **Const. Apost. «Mirificus eventus»: *A.A.S.* 57 (1965), pp. 948-49.**

Deum erigere, fratribus ex animo reconcilian, ac tuto viam invenire, qua itur ad illam sempiternam domum Dei, quae terrestri templo significatur.

Haec habuimus, quae ad te, Venerabilis Frater, fausta hac data occasione amanti animo scriberemus. Denique tibi ceterisque sacris Praesulibus, Magistratibus et cunctis, qui praedictis sollemnibus intererunt, Benedictionem Apostolicam, caelestium bonorum auspicem, volentes impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die VIII mensis Septembris, anni MCMLXXV, Pontificatus Nostri tertio decimo.

NUNTIUS GRATULATORIUS

Ad E.mum P. D. Michaelem S. R. E. Cardinalem Pellegrino, Taurinensem Archiepiscopum, decem a suscepto sacerdotio condentem lustra.

Cum consentaneum sit ut Nos, qui in Dei Ecclesia Patris ac Pastoris munere fungimur, christifidelium ac praesertim sacrorum Praesulum laeta fausta participemus, libenter audivimus te propediem decem sacerdotii lustra completurum esse, atque facere non possumus quin, hac oblata occasione, has Litteras tibi demus, ut sensus Nostros palam aperiamus tibique ex animo gratulemur. Christi enim sacerdotium aestimandum est inter summa beneficia, quae Ecclesiae suae in terris peregrinanti divinus Auctor et Custos attribuit : nam sacerdos « ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in iis quae sunt ad Deum, ut offerat dona et sacrificia pro peccatis ».[1]

Consideranti tecum a longinquo illo primordio usque ad praesentem diem res a te gestas, est causa profecto, cur de acceptis sine numero caelestibus beneficiis Deo gratias agas; habes certe cur ad te referas Davidicum illud effatum : « Multa fecisti tu, Domine, Deus meus, mirabilia tua, et cogitationibus tuis non est qui similis sit tibi ».[2] Quapropter dulce est Nobis festis celebrationibus et coetibus gratulando et bene ominando quasi sertum imponere.

In praesens tibi magnis precibus invocamus et poscimus in te Spiritum sapientiae et intellegentiae, ut semper « sit tibi cogitatus/ Dei

[1] *Hebr.* 5, 1.
[2] *Ps.* 39, 6.

et omnis enarratio tua in praeceptis Altissimi ».[3] « Omni tempore benedic Deum, et pete ab eo ut vias tuas dirigat, et omnia consilia tua in ipso permaneant ».[4] Quod quidem prosperrime fiet in maius emolumentum et decus istius Taurinensis Ecclesiae, quam Nos valde diligimus, si rationes, quae cum concordi et recto voluntatum concentu ineundae sunt, fuerint semitae pulchrae, semitae iustae pace exornatae. Ceterum semper apta et consentanea sonant praeclari scriptoris salubria praecepta : ((Age quod agis : fideliter labora in vinea mea ; ego ero merces tua. Scribe, lege, canta, geme, tace, ora, sustine viriliter contraria : digna est his omnibus et maioribus proeliis vita aeterna ».[5]

Ita ut digne te geras, quemadmodum decet Episcopum, recte docendi et vivendi magistrum et ducem, veritatis preconem, adsiduo nisu tibi imperare fac studeas longum per aevum, potioribus usque donis opimum.

Haec tandem rogamus tibi ut affatim contingant per Apostolicam Nostram Benedictionem, quam amantissime tibimet ipsi transmittimus atque Auxiliaribus tuis, iisque omnibus qui sollemnibus, ob huiusmodi iubilaeum tuum agendis, intererunt.

Ex Aedibus Vaticanis, die x mensis Augusti, anno MCMLXXV, Pontificatus Nostri tertio decimo.

PAULUS PP. VI

ALLOCUTIONES

I

Moderatoribus Studiorum Universitatum, quas Societas Iesu regit in universo terrarum orbe. *

Dilectissimi in Christo Filii,

Laetamur admodum, quod datur hodie vos excipere, qui moderatores agitis Studiorum Universitatum, quas Societas Iesu in universo terrarum orbe regit atque sustinet. Inde enim a suis primordiis, religiosus vester Ordo inter cetera munia hoc officium a Legifero Patre suscepit exse-

[3] *Eccli.* 9, 23.

[4] *Tob. 4,* 20.

[5] *De Iniit. Christi III,* cap. 47.

* Die 6 mensis augusti a. 1975.

quendum, ut impenso prorsus ac pervigili studio eas quaestiones attenderet, quae ad animi culturam pertinerent, itemque iuvenes, qui superioris ordinis scholas celebrarent. Ac revera, Ordo vester nullo non tempore tamquam definitum agendi propositum habuit, Christianum nuntium in humanae culturae provincia praesentem efficere eundemque provehere. Hanc sane proprietatem statim illustrare placet, tum ad eam, quae in ipsa inest, virtutem commendandam ; tum ad declarandos gratulationis nostrae sensus, atque sollicitudines, quibus aificimur, dum tanti ponderis tantaeque gravitatis negotium consideramus, unde ipsius Ecclesiae profectus pendet in primis veluti stationibus humani ingenii spiritualisque vitae, in quibus maximae sortes hominis sint positae. Etenim apostolica actio in doctrinarum campo, hodie praesertim, summi momenti est, neque quidquam pro ea substitui potest : cuius rei testimonio sunt paginae illae, quas Concilii Vaticani II Constitutio Pastoralis ***Gaudium et spes*** exaravit de fovendo culturae incremento, deque onere ac munere credentium ad idem assequendum.[1]

Haec dicimus ad bonam profitendam existimationem, qua missionem vestram complectimur, atque ad confirmandum momentum, quod huic occursationi tribuimus, eo nempe consilio ut quaedam capita planius commemoremus, quae Nobis in praesenti vitae societatis Ecclesiaeque condicione praecipua esse videntur, si praesertim munus aspiciatur, quod Catholicis ibidem Universitatibus sit obeundum.

I - Mundus, qualis hodie est, citato paeneque praecipiti cursu doctrinalis progressionis, in omnibus quidem eius partibus, proprie vereque distinguitur. Animi cultura quaedam quasi provocatio adversus ipsum hominem existimari potest, qui culturae artifex atque auctor est. Cuius rerum status Constitutio, quam supra memoravimus, causas et signa seu ***diagnosin,*** dilucide explicavit.[2] Nunc vero, si immutationes ultimi veluti discriminis in mundo fiunt, munus, quod Catholicas manet Universitates, gravius in dies atque etiam singulare evadit. Novissimis hisce temporibus Praepositi ecclesiasticarum Universitatum, suam sociantes operam cum benemerenti Sacra Congregatione pro Institutione Catholica, multiplices variasque quaestiones, a progressione doctrinali inductas, expendendas curaverunt, ut nempe perscrutarentur diligenterque praefinirent ministerium, quod esset a qualibet Catholica Universi-

[1] **Cfr. nn. 53-62, et in primis n. 62.**

[2] **Cfr. Const. past. de Eccl. in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* nn. 54-57.**

tate sive Ecclesiae sive mundo praestandum, citatissimis rerum conversionibus hac aetate intervenientibus. Machinamentum, ope artis technicae invectum, velocius usque discurrit; ei igitur fervidissima lumina praeponenda sunt, quae viam in amplissimum collustrent, si praecavendum id esse existimamus, ne progressio doctrinalis, suapte natura in ambiguum pertingens, in ipsius hominis detrimentum cedat. Quodnam igitur lumen Catholicae cuilibet Universitati est afferendum?

II - His superioribus annis, apud quasdam Catholicas Universitates, opinio ista invaluit, melius responderi posse variis interrogationibus de homine ac de mundo, si earum ñgura et nota catholica extenuaretur. At qualis tandem fuit effectus illius inclinationis? Principia nimirum et bona religionis christianae visa sunt infirmari ac dilui eodemque tempore in eorum locum substitutus est talis humanismus, qui deinde evaserit vere ac proprie dicta « saecularizatio ». Mores quoque ipsi intra fines civitatis universitariae adeo prolapsi sunt, ut plures iam adulescentes ignorent pulchritudinem allicientem tot virtutum christianarum. Praeterea huius modi cogitandi et agendi rationes, quae pertinent ad doctrinam morumque disciplinam, simul fecerunt ut membra Populi Dei maiore in dies incuria sive indifferenti animo respicerent Universitates Catholicas et earum difficultates, quae igitur vicissim destitutae sunt favore, adiumento, praesidio ipsorum fidelium. Verum ex contrario, hodie plus quam antehac, Ecclesia indiget Universitatibus Catholicis. Vae nobis, si illud umquam obliti fuerimus ! Etenim Ecclesia, propterea quod sibi magis magisque conscia fit salvifici sui muneris in universo hoc orbe terrarum, cupit coniunctas sibi habere has sedes institutionis ; vult illas praesentes adesse efficaciterque operari ad verum Christi nuntium disseminandum. Aliis verbis : Ecclesia optat ut sint « catholicae » ; et cum tales eas esse videt, parata est, etiam maximis cum suis impendiis, ad auxilia et subsidia ipsis praebenda.

Universitates Catholicae patere debent mundo atque hodiernis quaestionibus; provehere debent et sustinere dialogum cum omnibus humanioris cultus formis, cum atheis et cum non Christianis, sicut et cum Christianis aliarum confessionum : qua in re eminet lucidum exemplum, quod ipsa Romana Ecclesia post Concilium Vaticanum Secundum praebet! Sed illa omnia sic peragenda sunt ut simul conservetur natura et indoles Universitatum Catholicarum — id quod vobis significat Universitates Catholicas quas administrat Societas Iesu. Item provi-

dendum est semper, ut in studiis et disciplinis, in libris editis et ceteris vitae academicae inceptis custodiatur et in tuto collocetur plena integritas doctrinae catholicae, oboedientia Magisterio Ecclesiae, fidelitas erga Sacram Hierarchiam atque erga Apostolicam Sedem; minime licet indulgere alicui, ut ita dicamus, « relativismo » doctrinali neque laxiori morum doctrinae : nam conciliari ista non possunt cum proprietatibus Universitatis, quae haberi atque appellari vult « Catholica ». Caeca aliorum imitatio in doctrinis et moribus longe profecto abhorret a spiritu Evangelii, quod nos « salem terrae » esse iubet et, si id non fuerimus, affirmat nos foras eiectum iri, omni sapore nostro amisso.[3] Ceterum etiam illi ipsi, qui ab Ecclesia dissentiunt, postulant a nobis summam perspicuitatem sententiarum nostrarum, ut institui possit dialogus reapse utilis et fide dignus. Pluralismus culturalis, ut aiunt, atque observantia, quae singulis hominibus nostris fratribus debetur, numquam Christianis obscurabunt eorum officium ut veritati serviant in caritate[4] et ut illam veritatem Christi sequantur, quae sola veram tribuit libertatem.[5]

III - Patet hodie universitates Catholicas gravibus obici difficultatibus. Dedecet tamen eas animum idcirco despondere, aut desiderio — sive aperto sive tecto — succumbere hanc actionis provinciam deserendi aliisque relinquendi. Qua de re dicere oportet, operam adiutricem laicorum et sacerdotum, qui non sint sodales Societatis Iesu, laudabilem quidem esse, quin immo necessariam ad Universitatem studiorum bene administrandam; sed curandum est ut illud consentanea ratione fiat, ita videlicet ut ipsa Societas Iesu retineat omnem necessariam auctoritatem, qua satisfacere valeat obligationibus suis catholicis. Quapropter Ordo vester abicere non debet suam auctoritatem propriis in Universitatibus. Nam si praeclara haec traditio derelinquatur, non tantum amittatur aliquid vestrae qualitatis sive « identitatis », sed pereat etiam aliquid, quod Ecclesia requirit eodemque non potest carere.

IV - Ab Universitate Catholica plus quam alias umquam hodie postulatur, ut intra suos terminos foveat ac promoveat vitam vere catholicam, ubi nempe res catholica vigeat, floreat, appareat. Hanc necessitatem ipsi praeceptores percipiunt, sed potissimum adulescentes. Non

[3] **Cfr.** ***Mt.*** **5, 13.**

[4] **Cfr.** ***Eph.*** **4, 15.**

[5] **Cfr.** ***Io. 8,*** **32;** ***Cal.*** **4, 31;** ***2 Cor. B,*** **17.**

sufficit sola institutio religiosa, quae, ut elucet, procuranda est cum scientiarum diligentia et fidelitate erga Ecclesiae doctrinam ; insuper necesse est illas rerum condiciones instaurare vel creare, in quibus iuvenes se ex intimis sensibus impelli sentiant ad Christum sectandum, amandum et ad alios homines ferendum. In ipsa quidem Universitate iuvenes sibi acquirere debent vel, si id iam consecuti sint, provehere saltem genus quoddam vitae plane christianum ; perspicere eos oportet professionis suae gravitatem, simulque gaudere se postmodum futuros esse ductores et signíferos sane paratissimos, testes Christi cunctis illis locis ubi suam artem sive professionem exercere statuerint. Si iuventus sapienter adiuvatur, semper prompto studio animoque suscipit officia sua. Sed exhibenda est adulescentibus consideratio universalis hoc est « catholica », omnium rerum humanarum sub luce Christi ipsius, qui unica est responsio suprema quoniam Verbum Dei est qui hominem interrogat eique loquitur verba vitae aeternae,[6] qui denique homini demonstrat propriam dignitatem, munera et officia vitae. Universitas Catholica manifesto praecipuus et praestantissimus est locus, quo iuvenis adiuvari debet ut visionem hanc et aestimationem universalem assequatur, quae et ipsi vicissim et aliis fons sit lucis copiosae in omnem vitam. Atqui necesse est sese penitus dedere huic operi, sedulo eniti, patientem esse ac longe in posterum prospicere !

Eius itaque rei gratia pastoralis cura adulescentium in Universitatibus vehementissime iam flagitatur : quaestio haec et causa primaria omnino est ac maxima in Ecclesia. Concilium Vaticanum Secundum, in Declaratione ***Gravissimum educationis,*** graviter edicit : « Sors societatis et ipsius Ecclesiae cum iuvenum altiora studia excolentium profectu intime connectitur ».[7] Agendum est maiore quidem cum sagacitate eaque ratione, quae plenius convenit cum postulatis ac mentis habitudinibus hodiernorum iuvenum. Sed ante omnia in illis ipsis, qui sunt educatores et magistri, elucere oportet optimam speciem ac formam vitae christianae. Numquam obliviscendum est, adulescentes adduci et teneri cum nobilia et excelsa vitae exempla ipsis ostenduntur. Indulgentia, benevolentia nimis assentiens, imitatio morum popularium, allicere certo potest iuvenes; verum saepius, ita attracti, facile abeunt deinde.

Opus est eis ostentari Iesum Christum veluti responsionem per-

[6] **Cfr.** ***Io.*** **6, 68.**

[7] N. **10.**

fectam eorum quaestionibus ac mundi difficultatibus; persuadendum illis est Christum numquam decepturum esse illos eximios sensus, quos nutriant, fraternitatis et iustitiae et amoris universalis, immo vero eadem desideria et optata non modo permanere, verum amplificari in immensum, si eorum fontem detegere sciverint in ipso Iesu Christo. Ecce opus et munus quod valde infiammare debet atque accendere studio Rectores Universitatum Catholicarum Societatis Iesu.

Ipsi certo scimus vos, fideliter sectantes spiritum et animum vestri conditoris patris, perfuncturos esse cotidianis vestris officiis secundum proposita haec et principia. Nolite ergo timere ! Christus, Sapientia Patris, vobis singulis semper aderit, ut vocibus vestris et consiliis calorem addat vimque persuadendi. Spiritus Sanctus suggeret vobis omnia,[8] ut interius communicare valeatis cum iuvenibus aeternam Christi doctrinam eamque aptare ad eorum necessitates et postulata verae animi culturae. Virgo Sanctissima, ***Sedes sapientiae,*** vobis materno affectu sub veniet. Haec proinde Nostra precatio est et supplicatio quam Deo hodie admovemus pro vobis ipsis, pro operis vestri sociis, pro discipulis vestris in tam multis et tam excellentibus Societatis Iesu Universitatibus : quos omnes in via semper comitetur Apostolica Nostra Benedictio.

II

Ad Excellentissimum Virum Alhajji Field Marshal Idi Amin Dada, V. C, D. S. O., M. C, Ugandensis Reipublicae Praesidem. *

Mr President,

As we receive today Your Excellency and the members of your entourage, we intend to give yet another attestation of our respect, esteem and love for Uganda.

We have had many opportunities to do this recently : we have had the repeated pleasure of speaking to the various pilgrim groups who have come from your country to this city of Rome, and we have often evoked our memorable visit to Uganda and the special bonds of affection that join us to the Ugandan people. And our voice has been loud and clear in exhorting the pilgrims to be strong in their religious faith and its conséquences, which are to render service as exemplary **Citizens**

[8] **Cfr. *Io.* 14, 26.**

*** Die 10 mensis septembris a. 1975.**

and to love their brethren. We are very pleased to have these pilgrimages and we are indeed grateful for the assistance that has been generously rendered in making them possible. And you may be sure that our exhortation is today and always a message of brotherhood and peace, a call for love and service.

Just a few day s ago *we* were pleased to receive Your Excellency's reply with regard to some recent events concerning Catholic missionaries in Uganda, assuring us that foreign religious personnel would always be welcome in your country, as well as their contribution towards the development—both spiritual and material—of the local communities.

We are happy to repeat what we have already expressed in writing to Your Excellency : namely, that the Catholics in Uganda, and the foreign missionaries who assist them, are ever ready to collaborate, within the limits of their possibilities, with other Christian and non-Christian bodies for the weif are of ali the people of your nation. Moreover we look forward to the day when, thanks also to the untiring efforts of the missionaries, it will be possible to hand over the direction of Church activities completely to the sons of Uganda, in whom we are pleased to reiterate our full confidence.

On this auspicious occasion we willingly invoke again upon Uganda the choicest blessings of the Almighty.

III

In Petriano foro habita iis qui sollemni Canonizationi interfuerunt Beatae Elisabeth Annae Bayley vid. Seton, fundatricis Congregationis Sororum a Caritate S. Ioseph in America. *

Yes, Venerable Brothers and beloved sons and daughters ! Elizabeth Ann Seton is a Saint !

We rejoice and we are deeply moved that our apostolic ministry authorizes us to make this solemn déclaration before all of you here présent, before the holy Catholic Church, before our other Christian brethren in the world, before the entire American people, and before all humanity. Elizabeth Ann Bayley Seton is a Saint !

She is the first daughter of the United States of America to be glorified with this incomparable attribute!

But what do we mean when we say : " She is a Saint "?

*** Die 14 mensis septembris a. 1975.**

We ali have some idea of the meaning of this highest title ; but it is still difûcult for us to make an exact analysis of it. Being a Saint means being perfect, with a perfection that attains the highest level that a human being can reach. A Saint is a human creature fully conformed to the will of God. A Saint is a person in whom ali sin—the principie of death—is cancelled out and replaced by the living splendor of divine grâce. The analysis of the concept of sanctity brings us to recognize in a soul the mingling of two éléments that are entirely différent but which come together to produce a single effect : sanctity. One of these éléments is the human and moral élément, raised to the degree of heroism : heroic virtues are always required by the Church for the récognition of a person's sanctity. The second élément is the mystical élément, which expresses the measure and form of divine action in the person chosen by God to realize in herself—always in an original way—the image of Christ.[1]

The science of sanctity is therefore the most interesting, the most varied, the most surprising and the most fascinating of ali the studies of that ever mysterious being which is man.

The Church has made this study of the life, that is, the interior and exterior history, of Elizabeth Ann Seton. And the Church has exulted with admiration and Joy, and has today heard her own charism of truth poured out in the exclamation that we send up to God and announce to the world : She is a Saint !

We shall not now give a panegyric, that is, the narrative which glorifies the new Saint. You already know her life and you will certainly study it further. This will be one of the most valuable fruits of the Canonization of the new Saint : to know her, in order to admire in her an outstanding human figure; in order to praise God who is wonderful in his saints; to imitate her example, which this ceremony places in a light that will give perennial édification ; to invoke her protection, now that we have the certitude of her participation in the exchange of heavenly life in the Mystical Body of Christ, which we call the Communion of Saints and in which we also share, although still belonging to life on earth.

We shall not therefore speak of the life of our Saint Elizabeth Ann Seton. This is neither the time nor the place for a Atting commémoration of her.

[1] **Cfr. *Rom* 8:29.**

But at least let us mention the chapters in which such a commémoration should be wo ven.

Saint Elizabeth Ann Seton is an American. All of us say this with spiritual Joy, and with the intention of honoring the land and the nation from which she marvellously sprang forth as the first flower in the calendar of the saints. This is the title which, in his original foreword to the excellent work of Father Dirvin, the late Cardinal Spellman, Archbishop of New York, attributed to her as primary and characteristic : " Elizabeth Ann Sèton was wholly American " !

Rejoice, we say to the great nation of the United States of America. Rejoice for your glorious daughter. Be proud of her. And know how to preserve her fruitful héritage. This most beautiful figure of a holy woman présents to the world and to history the affirmation of new and authentic riches that are yours : that religious spirituality which your temporal prosperity seemed to obscure and almost make impossible. Your land too, America, is indeed worthy of receiving into its fertile ground the seed of evangelical holiness. And here is a splendid proof —among many others—of this fact. May you always be able to cultivate the genuine fruitfulness of evangelical holiness, and ever expérience how —far from stunting the flourishing development of your economic, cultural and civic vitality—it will be in its own way the unfailing safeguard of that vitality.

Saint Elizabeth Ann Seton was born, brought up and educated in New York in the Episcopalian Communion. To this Church goes the merit of having awakened and fostered the religious sense and Christian sentiment which in the young Elizabeth were naturally predisposed to the most spontaneous and lively manifestations. We willingly recognize this merit, and, knowing well how much it cost Elizabeth to pass over to the Catholic Church, we admire her courage for adhering to the religious truth and divine reality which were manifested to her therein. And we are likewise pleased to see that from this same adhérence to the Catholic Church she experienced great peace and security, and found it natural to preserve all the good things which her membership in the fervent Episcopalian community had taught her, in so many beautiful expressions, especially of religious piety, and that she was always faithful in her esteem and affection for those from whom her Catholic profession had sadly separated her. For us it is a motive of hope and a présage of ever better ecumenical relations to note the présence at this ceremony of distinguished Episcopalian dignitaries, to

whom—interpreting as it were the heartfelt sentiments of the new Saint—we extend our greeting of dévotion and good wishes.

And then we must note that Elizabeth Seton was the mother of a family and at the same time the foundress of the first Religious Congrégation of women in the United States. Although this social and ecclesial condition of hers is not unique or new (we may recali, for example, Saint Birgitta, Saint Francés of Rome, Saint Jane Francés Fremiot de Chantal, Saint Louise de Marillac), in a particular way it distinguishes Saint Elizabeth Ann Bayley Seton for her complete femininity, so that as we proclaim the supreme exaltation of a woman by the Catholic Church, we are pleased to note that this event coincides with an initiative of the United Nations : International Women's Year. This program aims at promoting an awareness of the obligation incumbent on all to recognize the true role of women in the world and to contribute to their authentic advancement in society. And we rejoice at the bond that is established between this program and today's Canonization, as the Church render s the greatest honor possible to Elizabeth Ann Bayley Seton and extols her personal and extraordinary contribution as a woman—a wife, a mother, a widow, and a religious. May the dynamism and authenticity of her life be an example in our day—and for générations to come—of what women can and must accomplish, in the fulfillment of their role, for the good of humanity.

And fìnally we must recali that the most notable characteristic of our Saint is the fact that she was, as we said, the foundress of the first Religious Congrégation of women in the United States. It was an offspring of the religious family of Saint Vincent de Paul, which later divided into various autonomous branches—five principal ones—now spread throughout the world. And yet all of them recognize their origin in the first group, that of the Sisters of Charity of Saint Joseph's, personally established by Saint Elizabeth Seton at Emmitsburg in the Archdiocese of Baltimore. The apostolate of helping the poor and the running of parochial schools in America had this humble, poor, courageous and glorious beginning.

5. Si quae autem dubia exoriantur circa sensum praescriptionum, quae hac Nostra Constitutione continentur, aut circa rationem, qua ad usum deduci eae debeant, edicimus ac decernimus penes Sacrum Cardinalium Collegium esse potestà tem de his ferendi sententiam; propterea, eidem Sacro Cardinalium Collegio facultatem tribuimus interpretandi locos dubios vel in controversiam vocatos, statuentes, ut, si de eiusmodi vel similibus quaestionibus deliberari oporteat, excepto ipso electionis actu, satis sit, si maior congregatorum Cardinalium pars in eandem sententiam conveniat.

6. Pariter, cum negotium est expediendum, quod ex voto maioris congregatorum Cardinalium partis in aliud tempus nequeat differri, Sacrum Cardinalium Collegium secundum maioris partis sententiam agat.

CAPUT II

DE CARDINALIUM CONGREGATIONIBUS

7. Tempore Sedis vacantis, usque ad ingressum in Conclave, duplex agatur Cardinalium, horumque tantummodo, Congregatio: altera generalis, seu totius Sacri Collegii, altera particularis. Congregationibus generalibus omnes Cardinales, legitime non impediti, interesse debent, vixdum de vacatione Apostolicae Sedis certiores facti sunt, concessa tamen facultate eas participandi aut non participandi Cardinalibus, qui octogesimum aetatis annum impleverint.

Congregatio particularis constat Cardinali Sanctae Romanae Ecclesiae Camerario et tribus Cardinalibus, uno ex quoque ordi-

ne, sorte ductis inter eos omnes, qui iure Pontificem eligendi fruuntur ad normam n. 33 huiusce Constitutionis. Horum trium Cardinalium^ qui Assistentes appellantur, officium tertio die post Conclavis ingressum omnino cessat, in eorumque locum, semper sortitione, tertio quolibet die tres alii succedunt. In ipso vero Conclavi res gravioris momenti a conventu Cardinalium electorum, si casus fert, decernuntur; negotia ordinaria a Congregatione particulari Cardinalium pergunt expediri. Cardinales in Congregationibus generalibus et particularibus, Sede vacante, suetam vestem talarem nigram cum torulo et zona rubri coloris deferant.

8. In Congregationibus particularibus levioris tantum momenti negotia, in dies seu passim occurrentia, tractentur. Si quid vero gravioris ponderis et altioris indaginis fuerit, id ad Congregationem generalem deferri debet. Praeterea, quae in una Congregatione particulari decreta, persoluta aut denegata fuerint, nequeunt in alia abrogari, mutari aut concedi, sed id faciendi ius est tantum penes Congregationem generalem, ac quidem per pluralitatem seu maiorem partem suffragiorum.

9. Cardinalium Congregationes generales in Aedibus Apostolicis Vaticanis habeantur aut, si rerum adiuncta id postulent, in alio loco opportuniore, iudicio ipsorum Cardinalium. His praeest Decanus Sacri Collegii aut, eo absente, Subdecanus. Quodsi alteruter vel uterque propter completum octogesimum aetatis annum in Conclave non ingrediatur, conventui Cardinalium electorum, qui ibi, ad rationem numeri 7, forte agatur, praeest Cardinalis antiquior secundum generalem ordinem praecedendi.

10. Suffragia in Cardinalium Congregationibus, cum de rebus maioris momenti agitur, non ore sed secreto ferantur. ;

11. Congregationes generales, quae ingressum in Conclave praecedunt ideoque praeparatoriae appellantur, cotidie cele-

brari debent, ac quidem a die, quem Sanctae Romanae Ecclesiae Camerarius una cum tribus Cardinalibus in quoque ordine prioribus statuerit, etiam diebus, quibus exsequiae Pontificis defuncti celebrantur. Quod eo consilio fit, ut Cardinalis Camerarius sententiam Sacri Collegii possit exquirere, cum eo communicans illa, quae necessaria vel opportuna iudicaverit, utque singulis Cardinalibus facultas praebeatur mentem suam circa negotia occurrentia aperiendi, de rebus dubiis explicationes petendi, res proponendi.

12. In primis Congregationibus generalibus huius Constitutionis pars prior, seu « De Sede Apostolica vacante », legenda est; qua perlecta, omnes Cardinales, qui adsunt, ius iurandum dare debent de observandis praescriptionibus, quae illa continentur, et de secreto servando. Hoc ius iurandum, quod praestandum est etiam Cardinalibus, qui, serius advenientes, eiusmodi Congregationibus postmodum intersunt, secundum hanc formulam a Cardinali Decano, ceteris Cardinalibus astantibus, legatur :

Nos Episcopi, Presbyteri et Diaconi Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales promittimus, vovemus et iuramus nos universos et singulos ad amussim observaturos esse cuncta, quae in Constitutione Apostolica Romano Pontifici eligendo *Summi Pontificis Pauli VI continentur atque secreto contecturos esse religiose omnia, quae in Congregationibus Cardinalium, sive ante sive inter Conclave, circa quamlibet rem tractabuntur necnon ea, quae ad electionem Romani Pontificis quomodolibet pertinent.*

Deinde singuli Cardinales dicent: *Et ego N. Cardinalis N. spondeo, voveo ac iuro.* Et imponentes manum super Evangelium adiungent: *Sic me Deus adiuvet et haec Sancta Dei Evangelia, quae manu mea tango.*

13. In una e proxime subsequentibus Congregationibus Cardinales, secundum ordinem rerum agendarum praestitutum,

de iis decernere debent, quae ad Conclave inchoandum urgentiora sunt, id est:

a) Constituant diem, horam et modum, quo corpus defuncti Pontificis in Basilicam Vaticanam feratur, ibi obsequio fidelium exponendum;

b) Omnia paranda curent, quae necessaria sunt ad exsequias Pontificis defuncti, quae per novem dies continuos celebrentur; earumque initium praefiniant;

c) Duo nominent coetus, seu commissiones, trium Cardinalium, quarum prior designet eos, qui propter varia ministeria in Conclave ingrediantur et eum, qui his praesit, necnon accurate deliberet utrum forte aliquis conclavista sit admittendus, ad normam n. 45 huius Constitutionis; de quorum omnium qualitatibus antea diligenter inquirat. Altera vero commissio exstruendum et claudendum Conclave cellasque disponendas curet;

d) Proponantur ab iis et approbentur expensae Conclavis ;

e) Perlegant, si quae sint, documenta a defuncto Pontifice Sacro Cardinalium Collegio relicta;

/) Anulum Piscatoris et Sigillum plumbeum, sub quibus Litterae Apostolicae expediuntur, curent frangenda;

g) Cellas Conclavis sorte distribuant inter electores, nisi infirma valetudo alicuius electoris aliter suadeat;

h) Constituant diem et horam ingressus in Conclave.

CAPUT III

DE NONNULLIS OFFICIIS, SEDE APOSTOLICA VACANTE

14. Ad mentem Constitutionis Apostolicae, cuius initium est ***Regimini Ecclesiae Universae,*** omnes Cardinales Dicasteriis Romanae Curiae praepositi, ipseque Cardinalis Secretarius Status, occurrente morte Pontificis, a munere suo cessant, exceptis Sanctae Romanae Ecclesiae Camerario, Paenitentiario

Maiore et Vicario Generali dioecesis Romanae, qui ordinaria negotia pergunt expedire, ea Sacro Cardinalium Collegio proponentes, quae ad Summum Pontificem essent referenda.[7]

15. Quodsi munus Sanctae Romanae Ecclesiae Camerarii vel Paenitentiarii Maioris, quo tempore Pontifex diem obiit supremum vel ante Successoris electionem, vacare contingat, Sacrum Cardinalium Collegium quam primum eligere debet Cardinalem vel, si casus ferat, Cardinales, qui usque ad electionem novi Pontificis eiusmodi officia gerant. In singulis casibus memoratis, electio fit per secreta suffragia omnium Cardinalium, qui praesentes adsunt; quae suffragia feruntur ope schedularum, quas viri ecclesiastici a caerimoniis distribuant et colligant, necnon aperiant coram Sanctae Romanae Ecclesiae Camerario ac tribus Cardinalibus Assistentibus, si eligendus est Paenitentiarius Maior, sed coram praedictis tribus Cardinalibus ac Sacri Collegii Secretario, si eligendus est Camerarius. Is autem electus habendus est, et ipso facto omnibus facultatibus ad munus pertinentibus praeditus, in quem maior pars votorum seu suffragiorum convenerit. Quodsi forsitan suffragia paria fuerint, ille deputatus habeatur, qui fuerit ordine prior, aut, si eiusdem ordinis, qui prius in Sacrum Collegium adlectus. Donec Camerarius eligatur, eius partes gerit Decanus Sacri Collegii, qui sine mora decernere potest, prout rerum adiuncta suadeant.

16. Quodsi Vicarium Generalem dioecesis Romanae, Sede vacante, e vivis decedere contigerit, Vices Gerens, tunc in hoc officio constitutus, omnes et singulas habebit facultates, auctoritatem et potestatem, quae eidem Vicario ad officium ei creditum exercendum competebant quasque ipse Pontifex, occurrente vacatione Vicariatus, donec successorem Vicarium nominet, Vices Gerenti tribuere solet. Si vero etiam Vices Gerens deest aut impeditur, Episcopus Auxiliaris electione primus eiusmodi officia exsequetur.

[7] **Cfr. *Prooemium* et n. 2, par. 5: *A.A.S.* 59 (1967), p. 889 et 891.**

17. Cardinali Sanctae Romanae Ecclesiae Camerario, Sede Apostolica vacante, incumbit cura et administratio bonorum et iurium temporalium ipsius Sanctae Sedis, auxiliantibus tribus Cardinalibus, qui Assistentes appellantur, praehabitis semel circa leviora ac, singulis in casibus, circa graviora negotia suffragiis Sacri Collegii. Hinc ad Sanctae Romanae Ecclesiae Camerarium spectat, statim ac nuntium obitus Summi Pontificis a Praefecto Domus Pontificalis acceperit, Pontificis mortem iure recognoscere, astantibus Magistro Caerimoniarum Pontificalium, Praelatis Clericis Reverendae Camerae Apostolicae huiusque Secretario Cancellario, qui authenticum mortis actum conficiat; privatis eiusdem Pontificis aedibus sigilla apponere; ipsius obitum Cardinali in Urbe Vicario nuntiare, qui de re populum Romanum singulari edicto edocebit; ad Apostolicum Palatium Vaticanum accedere, ut huius possessionem capiat, necnon possessionem, sive per se sive per delegatum, utriusque Palatii ad Lateranum et ad Arcem Gandulfi, eorumque custodiam et regimen exerceat; statuere, auditis Cardinalibus, qui tribus ordinibus praesunt, ea omnia, quae pertinent ad sepulturam Pontificis, nisi forte is, dum vivebat, suam hac de re voluntatem manifestavit; ea omnia, nomine et consensu Sacri Collegii, curare, quae ad iura Apostolicae Sedis tuenda et ad huius administrationem recte gerendam rerum temporumque adiuncta suadebunt.

18. Cardinalis Paenitentiarius Maior, eiusque officiales, Sede vacante, ea agere et expedire valent, quae a Pio XI, Decessore Nostro, per Constitutionem Apostolicam ***Quae divinitus,*** die 25 mensis Martii anno 1935 editam, definita sunt.[8]

19. Decani autem Sacri Collegii erit, vixdum a Praefecto Domus Pontificalis de Pontificis morte fuerit edoctus, omnibus Cardinalibus hanc nuntiare, eosque convocare ad Congregationes Sacri Collegii agendas, necnon eos, qui iure fruuntur, ad Con-

[8] **Cfr. n. 12: *A.A.S.* 27 (1935), pp. 112 s.**

clave suo tempore ingrediendum. Item Pontificis mortem is significabit Nationum Legatis seu Oratoribus ad Apostolicam Sedem publice missis, et iis, qui in iisdem Nationibus supremam obtinent auctoritatem.

20. Ut in Constitutione Apostolica, a verbis *Regimini Ecclesiae Universae* incipiente, cavetur, Substitutus Secretariae Status seu Papalis, Sede vacante, Officii moderamini consulit, de quo Sacro Cardinalium Collegio respondet.[9]

21. Item Pontificiorum Legatorum munus et potestas, Sede vacante, non cessant.

22. Eleemosynarius quoque Sanctitatis Suae opera caritatis exercere pergit, et quidem eadem ratione qua, vivente Pontifice, solebat; est autem Sacro Cardinalium Collegio subiectus pendetque ex eo usque ad electionem novi Pontificis. Erit autem Sanctae Romanae Ecclesiae Camerarii mandatum, quod ad rem spectat, expedire.

23. Sede Apostolica vacante, universa civilis potestas Summi Pontificis circa regimen Civitatis Vaticanae ad Sacrum Cardinalium Collegium spectat; quod tamen decreta ferre non poterit, nisi urgente necessitate et pro tempore tantum vacationis Sedis, in posterum valitura solummodo, si a novo Pontifice erunt confirmata.

CAPUT IV

DE SACRARUM CONGREGATIONUM AC TRIBUNALIUM CURIAE ROMANAE FACULTATIBUS SEDE APOSTOLICA VACANTE

24. Sacrae Congregationes, Sede Apostolica vacante, nullam potestatem habent in iis, quae Sede plena facere et expedire non possunt, nisi *facto verbo cum SS.mo* vel *ex Audientia SS.mi,*

[9] **Cfr. n. 19, par. 2: *A.A.S.* 59 (1967), p. 895.**

vel *vigore specialium et extraordinariarum facultatum,* quae a Romano Pontifice earundem Congregationum Praefectis vel Secretariis solent concedi.

25. Facultates vero ordinariae cuiusque Sacrae Congregationis, occurrente morte Pontificis, non cessant; verumtamen statuimus, ut Congregationes iis facultatibus solum ad gratias concedendas, quae minoris momenti sunt, utantur, negotia vero graviora vel in controversiam vocata, quae in aliud tempus queant differri, futuro Pontifici omnino reserventur; quae si nullam moram admittant, a Sacro Cardinalium Collegio committi poterunt Cardinali, qui usque ab obitum Pontificis fuit Praefectus,[10] ceterisque Cardinalibus eiusdem Dicasterii, cui ea Summus Pontifex defunctus probabiliter examinanda mandavisset, ut *per modum provisionis,* in eiusmodi rerum adiunctis, donec Pontifex eligatur, decernant ea, quae iuribus et traditionibus ecclesiasticis custodiendis ac tuendis aptiora magisque consentanea censuerint.

26. Supremum Tribunal Signaturae Apostolicae et Tribunal Sacrae Romanae Rotae, Sede vacante, negotia sua exsequi pergunt secundum leges sibi proprias, servatis tamen iis, quae cann. C. I. C. 244 § 1 et 1603 § 2 praescripta sunt.

CAPUT V

DE EXSEQUIIS ROMANI PONTIFICIS

27. Romano Pontifice demortuo, Cardinales exsequias pro eius anima per novem dies continuos celebrabunt, iuxta *Ordinem exsequiarum Summi Pontificis vita functi,* qui, perinde ac *Ordo sacrorum rituum Conclavis,* ut pars complens huic Constitutioni adicitur.

[10] **Cfr. Paulus Pp.** VI, **Const. Apost.** ***Regimini Ecclesiae Universae, Prooem.*** 1. **c, p. 889.**

28. Si tumulationem in Basilica Vaticana fieri contingit, authenticum eius instrumentum a Notario Capituli eiusdem Basilicae conficitur. Postea vero delegatus a Cardinali Camerario ac delegatus a Praefecto Domus Pontificalis separatim documenta perscribant, quae peractae tumulationis fidem faciant, prior coram Reverenda Camera Apostolica, alter coram Praefecto Domus Pontificalis.

29. Si Romanus Pontifex extra Urbem supremum obiit diem, Sacri Cardinalium Collegii est omnia disponere, quae necessaria sunt ad dignam ac decoram translationem exanimi corporis ad Vaticanam Basilicam Sancti Petri.

30. Summi Pontificis sive decumbentis sive vita functi in eius diaetis imaginem photographice exprimere nemini licet neque voces eius, postea reddendas, in magnetophonii taeniola imprimere. Si quis, Pontifice defuncto, eiusmodi imagines, probationis vel testimonii causa, photographice efficere cupiat, id a Cardinali Sanctae Romanae Ecclesiae Camerario petere debet, qui tamen Summi Pontificis imaginem luce exprimi non sinet, nisi pontificalibus vestibus induti.

31. Ante vel inter Conclave habendum, diaetarum Summi Pontificis nulla pars habitetur.

32. Si defunctus Summus Pontifex de rebus suis deque litteris ac tabulis privatis testamentum fecit suique testamenti curatorem designavit, huius est, pro potestate sibi a testatore facta, ea statuere et exsequi, quae ad privata eiusdem Pontificis bona et scripta pertinent. Qui curator de munere a se gesto uni novo Summo Pontifici rationem reddet.

PARS II

DE ELECTIONE ROMANI PONTIFICIS

CAPUT I

DE ELECTORIBUS ROMANI PONTIFICIS

33. Ius eligendi Romanum Pontificem ad Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales unice pertinet, iis, ad normam antea editae legis,[11] exceptis, qui tempore ingrediendi in Conclave, octogesimum aetatis annum iam confecerunt. Maximus autem Cardinalium electorum numerus centum viginti ne excedat. Prorsus ergo excluditur quilibet cuiuspiam alius ecclesiasticae dignitatis aut laicae potestatis cuiusvis gradus et ordinis interventus.

34. Si quando contingat, ut Romanus Pontifex de vita decedat perdurante celebratione alicuius Concilii Generalis aut Synodi Episcoporum, sive Romae sive in alio quovis orbis terrarum loco celebrantur, electio novi Pontificis a Cardinalibus electoribus, qui supra sunt dicti, unice et exclusive fieri debet, minime vero ab ipso Concilio aut Synodo Episcoporum. Quapropter acta, quae quomodocumque rationem electionis faciendae vel collegium electorum temerario ausu immutare praesumant, invalida et irrita declaramus. Quin immo ipsum Concilium aut Synodus Episcoporum, in quovis statu et quibusvis terminis exsistant, statim ab accepto certo nuntio demortui Pontificis, suspensa ipso iure intellegi debent. Itaque, nulla prorsus interiecta mora, cessare statim debent a quibuslibet conventibus, congregationibus, sessionibus et a quibusvis decretis seu canonibus vel conficiendis vel apparandis, sub poena nullitatis eorum; neque ob quamlibet causam, etiamsi gravis-

[11] **Cfr. Paulus Pp.** VI, **Litt. Apost. Motu Proprio datae** ***Ingravescentem Aetatem, II,*** **2:** ***A.A.S.*** **62 (19-70), p. 811.**

sima et speciali mentione digna videtur, ulterius Concilio vel Synodo progredi licet, donec novus Pontifex canonice electus illa iterum assumi et continuari iusserit.

35. Nullus Cardinalis elector, cuiuslibet excommunicationis, suspensionis, interdicti aut alterius ecclesiastici impedimenti causa vel praetextu, a Summi Pontificis electione activa et passiva excludi ullo modo potest; quae quidem censurae, ad effectum huiusmodi electionis tantum, suspensae putandae sunt. .

36. Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis, postquam in Consistorio creatus et publicatus fuit, eo ipso statim ius eligendi Pontificis habet, licet biretum ei nondum sit impositum, neque anulus, Cardinalium proprius, traditus, neque suetum fidelitatis ius iurandum ipse dederit. Non tamen hoc iure fruuntur Cardinales canonice depositi aut qui, consentiente Romano Pontifice, dignitati cardinalitiae renuntiaverunt. Praeterea non licet Sacro Cardinalium Collegio, Sede vacante, eos restituere et habilitare.

37. Praecipimus etiam, ut post Pontificis mortem Cardinales electores praesentes exspectare debeant absentes per quindecim solidos dies, facta tamen Sacro Cardinalium Collegio potestate ingressus in Conclave per aliquot dies proferendi; ea tamen lege, ut, viginti diebus ad summum elapsis, Cardinales electores, quotquot praesentes adsint, in Conclave ingredi debeant et ad electionis negotium procedere.

38. Attamen Cardinales electores, si re integra supervenerint, id est antequam Ecclesiae sit de Pastore provisum, in electionis negotium eodem statu, quo ipsum invenerint, admittantur.

39. Omnes autem Cardinales electores, a Decano aut ab alio Cardinali, illius nomine agente, ad novi Pontificis electionem advocati, obligatione tenentur, ac quidem ex virtute sanctae oboedientiae, convocationis nuntio obtemperandi et ad locum sibi designatum pro electione se conferendi, nisi infirmitate

vel alio gravi impedimento, a Sacro Cardinalium Collegio agnoscendo, detineantur.

40. Si quis vero Cardinalis, ius suffragii habens, in Conclave ingredi noluerit aut, ingressus, sine manifesta infirmitatis causa, iure iurando medicorum necnon a maiore parte electorum approbata, exiverit, tunc, ipso minime exspectato neque in eiusdem electionis negotium iterum admisso, per ceteros ad eligendum Summum Pontificem libere procedatur. Quodsi, infirmitate superveniente, aliquis Cardinalis elector e Conclavi exire cogatur, poterit, eius suffragio non requisito, ad electionem procedi; sed si is ad Conclave, post sanitatem sibi restitutam aut ante, redire voluerit, rursus admittatur. Si quis etiam Cardinalis aliam ob gravem causam, a maiore parte electorum comprobatam, e Conclavi egressus fuerit, poterit, dum id celebratur, eodem reverti.

CAPUT II

DE CONCLAVI DEQUE IIS, QUI HUIUS PARTEM HABENT

41. Electio Summi Pontificis fieri debet in Conclavi, quod ex more in Aedibus Vaticanis vel, ob peculiares causas, alio in loco constituitur, postquam clausum est, sublata tamen nullitate electionis, a Gregorio XV vel alio quovis decreto pontificio hac de re statuta.

42. Conclave ita accipitur, ut certa ac definita loca, quasi sacrum recessum, comprehendat, ubi, Spiritus Sancti lumine invocato, Cardinales electores Summum Pontificem eligunt, et ubi iidem ceterique officiales et ministri necnon, si qui sint, conclavistae die noctuque commorantur usque ad peractam electionem, absque ulla consuetudine cum extraneis personis et rebus, secundum modum et normas, quae sequuntur. /

43. Praeter Cardinales electores, in Conclave ingrediantur Secretarius Sacri Cardinalium Collegii, qui munere fungitur

Secretarii Conclavis; Vicarius Generalis Romani Pontificis pro Civitate Vaticana cum uno vel pluribus, ad Sacri Cardinalium Collegii arbitrium, adiutoribus in officio sacristiae; Magister Caerimoniarum Pontificalium cum viris a caerimoniis pontificalibus, qui muneribus sibi propriis vacent. Insuper fas est Cardinali Decano vel Cardinali, qui eius vices gerit, virum ecclesiasticum secum ferre qui sibi assistat.

44. Adsint praeterea nonnulli religiosi sacerdotes, ita ut copia sit peragendi confessiones praecipuis linguis; duo medici, quorum alter sit chirurgus, alter rei medicae generali deditus cum uno vel duobus ministris aegrotorum; Architectus Conclavis ac duo rei technicae periti (cfr. nn. 55 et 61) : qui omnes a maiore parte Cardinalium, Sanctae Romanae Ecclesiae Camerario tribusque Cardinalibus, qui Assistentes dicuntur, proponentibus, eligantur. His addantur alii, numero congruenti, qui Conclavis necessitatibus inserviant, a coetu seu commissione Cardinalium ad hoc instituta, de qua in n. 13 c, nominati.

45. Cardinalibus electoribus non licet conclavistas seu privatos ministros sibi inservientes, neque clericos neque laicos, secum adducere. Solum peculiari in casu et ad modum exceptionis, gravi de causa affectae valetudinis, id permitti poterit. Tunc vero petitionem expressam et causas exhibentem Cardinali Camerario porrigant, qui rem ad coetum seu commissionem Cardinalium, ad hoc institutam, deferat, cuius est de ea decernere, et, si postulationi concedendum esse arbitretur, summa cum diligentia cognoscere de qualitatibus personarum, ad huiusmodi officium propositarum.

46. Omnes officiales et ministri Conclavis, sive ecclesiastici sive laici, et, si qui sint, conclavistae, Sanctae Romanae Ecclesiae Camerario curante, ius iurandum dent, latino vel alio sermone, postquam unusquisque eorum probe intellexit momentum eiusdem iuris iurandi atque formulae sententiam. Itaque, uno

vel altero die ante ingressum in Conclave, coram eiusdem Conclavis Secretario et Magistro Caerimoniarum Pontificalium, ad rem delegatis ab eodem Camerario, coram quo et ipsis est antea ius iurandum dandum,* hanc formulam, pro rei opportunitate in varios sermones conversam, pronuntiabunt:

Ego N.N. promitto et iuro me inviolate servaturum esse secretum in omnibus et singulis, quae de novi Pontificis electione in Cardinalium Congregationibus acta vel decreta sint et in Conclavi seu in loco electionis agantur, scrutinium directe vel indirecte respicientia, et omnia, quae quovis modo cognoverim, adeo ut nec directe, nec indirecte, neque nutu, neque verbo, neque scriptis, vel alias quomodolibet ipsum mihi violare liceat; itemque promitto et iuro me nullo modo in Conclavi usurum esse instrumentis quibuslibet ad vocem transmittendam vel recipiendam, vel ad imagines exprimendas quovis modo aptis, et hoc sub poena excommunicationis latae sententiae, Apostolicae Sedi specialissimo modo reservatae, si ab hoc praecepto discesserim. Quod secretum accuratissime et religiosissime servabo etiam post peractam novi Pontificis electionem, nisi ab eodem Pontifice peculiaris facultas aut certa venia mihi concessa fuerit.

Pariter promitto et iuro me nulli interventui, intercessioni aliive cuilibet modo, quo civiles potestates cuiuslibet ordinis et gradus, vel quivis hominum coetus vel personae voluerint sese electioni Pontificis immiscere, auxilium vel favorem praestaturum.

Sic me Deus adiuvet et haec sancta Dei Evangelia, quae manu mea tango.

* Formula iurisiurandi praestandi a Secretario Conclavis et a Magistro Caerimoniarum Pontificalium: *a.Ego N.N., factis per me sanctis Dei Evangeliis, promitto ac iuro me fideliter servaturum esse omnia et singula, quae a Sacro Collegio Cardinalium decreta sint, ac diligenter religioseque officio meo esse functurum. Pariter promitto ac iuro me inviolabile servaturum secretum in omnibus et singulis...* » (sequitur textus formulae iurisiurandi ab officialibus Conclavis praestandi, quae supra- relata est).

47. Officiales vero et quicumque alii ministri ex ordine laicorum, qui e Conclavi ex causa tantum manifestae et notabilis infirmitatis, a medicis iure iurando probatae, ac de consensu, a Cardinali Camerario tribusque Cardinalibus Assistentibus eorum onerata conscientia dato, egressi fuerint, nullo modo reverti possunt; sed, si necessitas ferat, alii eodem tempore, quo infirmi exierint, legitime approbati et admissi ac iuris iurandi religione iam astricti, illorum loco ingredi poterunt.

48. Si quem Cardinalem electorem, qui conclavistam secum duxit, in ipso Conclavi vita fungi contingat, idem conclavista statim inde exire debet, neque ad alterius Cardinalis electoris famulatum in eodem Conclavi assumi potest.

CAPUT III

DE INGRESSU IN CONCLAVE

49. Exsequiis defuncti Pontificis rite persolutis et Conclavi interim apparato, Cardinales electores, die constituto in Basilicam Vaticanam Sancti Petri, vel alio pro temporis et loci opportunitate, conveniunt, ubi ea fiant, quae in *Ordine sacrorum rituum Conclavis* statuta sunt. Statim post rem divinam mane peractam vel, si opportunius visum fuerit, tempore postmeridiano eiusdem diei, ingressus fit in Conclave. Cum ad sacellum seu cappellani advenerint, oratione convenienti recitata et intimato *extra omnes* e sacello, praesentis Constitutionis pars altera, seu « De electione Romani Pontificis », legatur, ac deinde omnes Cardinales electores ius iurandum dent secundum formulam sequentem, quae a Decano aut a Cardinali, qui ordine et aetate sit primus, elata voce recitetur:

Nos omnes et singuli in hoc Conclavi exsistentes Cardinales electores promittimus, vovemus et iuramus inviolate et ad unguem Nos universos et singulos esse observaturos omnia, quae continentur in Constitutione Apostolica Summi Pontificis

Pauli VI, quae a verbis Romano Pontifici eligendo *incipit, data die* **1** *mensis octobris anno* **1975.** *Item promittimus vovemus et iuramus, quicumque nostrum Romanus Pontifex, Deo sic disponente, erit electus, eum spiritualia et temporalia iura libertatemque Sanctae Sedis integre ac strenue asserere atque tueri et, si opus fuerit, vindicare numquam esse destiturum. Praecipue autem promittimus et iuramus Nos religiosissime et quoad cunctos, etiam conclavistas nostros, si qui sint, secretum esse servaturos de iis omnibus, quae ad electionem Romani Pontificis quomodolibet pertinent, et de iis, quae Conclavi seu in loco electionis aguntur, scrutinium directe vel indirecte respicientibus, neque idem secretum quoquo modo violatur os sive inter Conclave, sive etiam post novi Pontificis electionem, nisi peculiaris facultas aut certa venia ab eodem futuro Pontifice nobis tributa fuerit; itemque nullo modo a quavis civili potestate, quovis nomine, munus proponendi* veto *seu* exclusivam, *etiam sub forma simplicis optationis, esse recepturos, neque ipsum* veto, *qualibet ratione nobis cognitum, patefacturos ; nullique interventui, intercessioni aliique cuilibet modo, quo auctoritates saeculares cuiuslibet ordinis et gradus, vel quivis hominum coetus vel personae voluerint sese Pontificis electioni immiscere, auxilium vel favorem praestaturos.*

Deinde singuli Cardinales electores dicant: *Et ego N. Cardinalis N. spondeo, voveo ac iuro,* et imponentes manum super Evangelium, adiungant: *Sic me Deus adiuvet et haec Sancta Dei Evangelia, quae manu mea tango.*

Postmodum Cardinalis Decanus aut Cardinalium primus ordine et aetate praesentes brevi sermone et convenientibus verbis hortatur ad electionis negotium rite et recta intentione peragendum, ad unum bonum Ecclesiae universalis attendendo.

50. Quibus omnibus absolutis, Praefectus Domus Pontificalis, Delegatus Specialis Pontificiae Commissionis pro Civitate

Vaticana et Praefectus Pontificiae Helvetiorum Cohortis, quibus vi huius Constitutionis custodia Conclavis committitur, ius iurandum dent secundum formulam praescriptam * coram Cardinali Decano aut primo Cardinalium ac praesentibus cunctis Cardinalibus electoribus. Idem praestent Praelati Clerici Reverendae Camerae Apostolicae, Protonotarii Apostolici de numero participantium et Auditores S. R. Rotae, quibus custodia ac vigilantia rerum transvehendarum, id est quae in Conclave inducuntur aut inde emittuntur, concreditur. Quos viri a caerimoniis pontificiis hac in re adiuvabunt.

51. His expletis, omnes Cardinales electores ad cellas, inter ipsos distributas, devertunt, exceptis Cardinali Camerario ac tribus Cardinalibus Assistentibus, qui in sacello manent, ut ad clausuram Conclavis procedant. Interim vero officiales Conclavis ceterique ministri ius iurandum supra descriptum, nisi id iam praestiterint, quam primum dent coram Secretario Conclavis ac Magistro Caerimoniarum Pontificalium, ad rem delegatis a Sanctae Romanae Ecclesiae Camerario.

52. Denique, postquam, iussu Cardinalis Decani aut Cardinalium primi, opportunum signum datum fuerit, Camerarius ac tres Cardinales Assistentes una cum Caerimoniarum Pontificalium Magistro, cum ceteris viris a caerimoniis, Architecto Conclavis et duobus rei technicae peritis loca perquirant, ne quis ex iis, qui esse in Conclavi vetantur, intus maneat. Quam ob rem etiam recognitio fiat ministrorum Conclavis, non exceptis conclavistis, qui forte Cardinalibus electoribus inserviant, ne quis extraneus inter eos se insinuet; ad quam recognitionem faciendam hi omnes in sacellum iubeantur intrare, ubi nominatim recenseantur.

* **Formula iurisiurandi:** *Ego N.N. promitto ac iuro officio meo diligenter ac religiose esse functurum, secundum normas a Summis Pontificibus statutas et praescripta Sacri Collegii Cardinalium. Sic me Deus adiuvet et haec Sancta Dei Evangelia, quae manu mea tango*

53. Conclave, eodem tempore quo intus, etiam extra, inquisitione diligenter peracta, claudatur & Praefecto Domus Pontificalis, a Delegato Speciali Pontificiae Commissionis pro Civitate Vaticana et a Praefecto Pontificiae Helvetiorum Cohortis, astante Decano Praelatorum Clericorum Reverendae Camerae Apostolicae cum Secretario Cancellario, per Cardinalem Sanctae Romanae Ecclesiae Camerarium deputato, cum viris a caerimoniis et architectis. Claves autem eidem Delegato Speciali Pontificiae Commissionis pro Civitate Vaticana assignentur.

54. Utriusque peractae clausurae instrumentum singillatim conficiatur, unum a Magistro Caerimoniarum Pontificalium, a Secretario Conclavis necnon ab ipso Magistro Caerimoniarum, notarii munus gerente, subsignandum, testibus adhibitis duobus viris a caerimoniis; alterum ab aliquo e Praelatis Clericis Reverendae Camerae Apostolicae simul cum Secretario Cancellario, a Cardinali Sanctae Romanae Ecclesiae Camerario deputatis, ac quidem in sede officii Delegati Specialis Pontificiae Commissionis pro Civitate Vaticana, subscribentibus Praefecto Domus Pontificalis, ipso Delegato Speciali et Praefecto Pontificiae Helvetiorum Cohortis.

CAPUT IV

DE SECRETO SERVANDO CIRCA EA OMNIA, QUAE IN CONCLAVI AGUNTUR

55. Cardinalis Camerarius atque tres Cardinales pro tempore Assistentes obligatione tenentur vigilandi diligenter, omnia loca saepe, per se vel per alios, visitando, ne Conclavis clausura ullo modo violetur. In huiusmodi visitatione semper adsint et duo rei technicae periti, qui, si casus fert, aptis inventis usi, quae nostra aetas invexit, de instrumentis n. 61 recensitis inquirant. Si quid tale deprehensum fuerit, auctores e Conclavi expellantur gravibusque poenis plectantur futuri Pontificis arbitrio.

56. Clauso Conclavi, nemo ad colloquium cum Cardinalibus electoribus vel aliis Conclavis partem habentibus admittatur, nisi praesentibus Praelatis, quibus Conclavis custodia est commissa, et nisi voce elata et sermone intellegibili loquantur. Si quis forte in Conclave clam ingrediatur, omni honore, gradu, officio et beneficio ecclesiastico ipso facto privatus exsistat aut pro personae condicione congruis poenis subiciatur.

57. Statuimus item, ne epistolae et cuiusvis generis scripta, etiam typis edita, tum ad eos, qui in Conclavi sunt, Cardinalibus electoribus non exceptis, tum praesertim e Conclavi ad eos, qui foris sunt, ullo modo mittantur, nisi prius omnia et singula Secretarii Conclavis ac simul Praelatorum, ad custodiam Conclavis delegatorum, examini subiciantur. Ab hac tamen regula excipitur litterarum commercium, quod liberum erit et expeditum inter Tribunal Sacrae Paenitentiariae et Cardinalem Paenitentiarium Maiorem, in Conclavi degentem; quae quidem litterae, sigillo officii munitae, nulli examini et inspectioni erunt obnoxiae.

Nominatim praeterea interdicimus, ne diaria vel commentarii periodici in Conclave et extra Conclave mittantur.

58. Qui Conclavi quoquo modo deserviunt, quaecumque directe vel indirecte secretum violare quomodolibet poterunt — sive verba, sive scripta, sive signa, sive alia quaevis — omnino vitare et cavere debent, sub poena excommunicationis latae sententiae, Sedi Apostolicae reservatae.

59. Specialiter autem Cardinalibus electoribus interdicimus, ne ministris, quos forte secum adduxerint, aut aliis quibusvis ea pandant, quae scrutinium directe vel indirecte respiciant, itemque ea, quae a Cardinalium Congregationibus sive ante Conclave sive inter ipsum habitis, de Pontificis electione acta vel decreta sint.

60. Insuper praecipimus Cardinalibus electoribus, graviter onerata ipsorum conscientia, ut secretum huiusmodi servent

etiam post peractam novi Pontificis electionem, memores id nullo modo violari licere, nisi ab eodem Pontifice peculiaris et expressa ad hoc facultas concessa fuerit. Quod praeceptum extendi volumus ad ceteros omnes, qui Conclavis partem habuerunt, si quid forte, bona vel mala fide, de iis, quae in Conclavi gesta sint, cognoverint.

61. Denique, ut Cardinales electores cavere possint ab aliorum ìmprudentia necnon ab insidiis, quas facultati suo ipsorum utendi iudicio et libertati decernendi fortasse parari contingat, omnino interdicimus, ne in Conclave introducantur, sub quocumque praetextu, nec, si ibi forte iam exstent, adhibeantur quodlibet genus instrumenta vocibus vel imaginibus mechanice imprimendis, reddendis, transmittendis.

CAPUT V

DE ELECTIONIS FORMA

62. Mane, postridie clausum Conclave, ac post signum datum, Cardinales electores, qui infirmitate non impediantur, ad designatum sacellum conveniunt, ubi Eucharisticum Sacrificium concelebrant vel ei assistunt. Re divina peracta et Spiritu Sancto invocato, statim ad electionem proceditur, quae uno tantum ex tribus, qui infra ponuntur, modis sive formis est facienda; alioquin electio irrita et nulla est habenda, firmis iis, quae numero 76 statuuntur.

63. Primus modus est, qui quasi ***per acclamationem*** seu ***inspirationem*** vocatur, cum scilicet Cardinales electores, veluti afflati Spiritu Sancto, aliquem unanimiter et viva voce, libere ac sponte, Summum Pontificem proclamant. Haec vero forma adhiberi potest solum in Conclavi eoque clauso, ac fieri débet per verbum ***eligo,*** modo intellegibili enuntiatum aut scripto expressum, si quis id enuntiare non valeat. Requiritur insuper,

ut haec forma electionis communiter ab omnibus et singulis Cardinalibus electoribus, in Conclavi praesentibus, iis etiam, qui ob infirmitatem in cellis detinentur, nullo dissentiente, accipiatur, cauto etiam, ne ullus specialis tractatus circa nomen personae eligendae praecesserit. Si quis ergo e Cardinalibus electoribus, exempli causa, sponte ac nullo praecedente speciali tractatu, dicat: « Eminentissimi Patres, perspecta singulari virtute et probitate Rev.mi N. N. iudico illum eligendum esse in Romanum Pontificem, et hoc ipso tempore ego ipsum eligo in Papam »; ac deinde ceteri Patres, nullo excepto, primi sequentes sententiam, eodem verbo ***eligo,*** intellegibili voce prolato, aut, si quis non potest, scriptis expresso, eundem virum, de quo nullus specialis tractatus praecessit, communiter eligant, ipse N. N. est canonice electus secundum hanc electionis formam.

64. Secundus modus est qui dicitur ***per compromissum,*** cum videlicet in peculiaribus rerum adiunctis Cardinales electores quibusdam ex ipsorum coetu eligendi potestatem committunt, qui loco omnium Pastori Ecclesiae catholicae provideant. Hoc etiam in casu omnes et singuli Cardinales electores in Conclavi clauso praesentes, nullo ipsorum dissentiente, compromissum facere statuentes, quibusdam Patribus, qui sint numero impari, saltem novem vel summum quindecim, electionem concredunt; et huic, exempli gratia allatae, formulae subscribunt: « In nomine Domini, Amen. Anno etc., mense etc., die etc., nos omnes et singuli in hoc Conclavi exsistentes Cardinales electores (singillatim omnes nominentur) decrevimus ac decernimus ad electionem ***per compromissum*** procedere; ideoque concorditer et unanimiter, nullo discrepante, eligimus compromissarios Em.mos Patres N. N., N. N., quibus damus plenam facultatem et potestatem providendi de Pastore Sanctae Romanae Ecclesiae sub hac forma, videlicet... ». Hic necesse est, ut Cardinales electores compromittentes dilucide expri-

mant modum ac formam, secundum quam compromissarii eligere debeant, et quid requiratur, ut electio sit valida, ut puta, utrum prius proponere debeant toti electorum collegio personam, quam eligere volunt, an vero absolute debeant electionem peragere ; an omnes compromissarii convenire debeant in unam personam, an satis sit, si duae partes e tribus in unam concordent; an debeant eligere aliquem de collegio electorum vel etiam aliquem extra collegium, et alia his similia. Addendum est etiam tempus, in quod Cardinales electores ipsi volunt compromissarios potestatem eligendi habere; et postea haec vel similia verba subiungantur : « Et promittimus nos illum pro Romano Pontifice habituros, quem compromissarii secundum praedictam formam duxerint eligendum ».

Huiusmodi mandato una cum praescriptionibus, de quibus supra, accepto, compromissarii in locum separatum et clausum se conferunt, et quo liberius inter se loqui possint, aperte protestentur se non intendere per quamcumque prolationem verborum suum consensum dare, nisi in scriptis illum expresse ponant. Facta demum per compromissarios electione, secundum formam iis praescriptam, et in Conclavi promulgata, hoc modo electus est canonicus et verus Papa.

65. Tertius et ordinarius modus seu forma electionis Romani Pontificis est ea, quae vocatur ***per scrutinium.*** Qua in re plenissime confirmamus legem olim latam ac deinde religiose servatam, qua statuitur, ut ad validam Romani Pontificis electionem requirantur duae ex tribus partibus suffragiorum; simulque normam, a Pio XII, Decessore Nostro, editam, vim obtinere volumus, qua praescribitur, ut duabus ex tribus suffragiorum partibus semper unum addatur suffragium.[12]

66. Scrutinii autem ritus tres continet actiones, quarum prima, quae ***antescrutinium*** potest appellari, complectitur : 1) praeparationem ac distributionem schedularum, quae fit per viros

[12] **Cfr. Const. Apost.** *Vacantis Apostolicae Sedis,* **n. 68:** *A.A.S.* **38 (1946), p. 87.**

a caerimoniis, qui saltem duas vel tres earum singulis Cardinalibus electoribus tradunt; 2) extractionem, sorte ducta inter omnes Cardinales electores, trium scrutatorum et trium deputatorum pro votis infirmorum, qui brevitatis gratia infirmarii appellantur, necnon trium recognitorum; quae actio fit publice ab ultimo Cardinali Diacono, qui nomina novem ad haec officia deputandorum ex ordine extrahit; 3) schedularum scriptionem, quae ab unoquoque Cardinali electore fieri debet secreto, qui quidem nomen eligendi eo modo, quantum fieri potest, exaret, ut manus scribentis facile cognosci non possit, et caveat, ne plura nomina in schedula scribat, quia suffragium esset nullum; 4) schedularum complicationem, quae fit in medio cuiusque schedulae, ita ut schedula ipsa fere ad latitudinem pollicis redigatur.

67. In hac scrutinii actione hae normae prae oculis habeantur : ***a)*** forma schedulae debet esse rectiangula, id est altera parte latior quam longior, in medio autem anterioris eius partis haec verba, si fieri potest typis impressa, contineat: ***Eligo in Summum Pontificem...,*** in parte vero inferiore a medio liberum sit spatium, ubi electi nomen inscribatur; schedula ergo sic disposita est, ut ambae partes complicentur; ***b)*** quodsi in extractione scrutatorum, infirmariorum et recognitorum extracta fuerint nomina Cardinalium electorum, qui ob infirmitatem aliudve impedimentum muneribus praedictis fungi non possint, nomina aliorum, qui non sint impediti, illorum loco extrahantur. Tres, quorum nomina prius extracta fuerint, officium gerent scrutatorum, qui secundo, munus infirmariorum, qui tertio, recognitorum munus obibunt; ***c)*** dum suffragia feruntur, Cardinales electores soli in sacello esse debent; quocirca, statim postquam schedulae distributae sunt et antequam electores in iis scribere incipiant, Secretarius Conclavis, Magister Caerimoniarum Pontificalium et viri a caerimoniis ex aula exire debent. Quibus egressis, ultimus Cardi-

nalis Diaconus ianuam claudat, quam aperiat iterumque claudat, quoties necessarium est, veluti cum infirmarii ad suffragia infirmorum colligenda exeunt ac deinde in sacellum revertuntur.

68. Secunda actio, quae vere proprieque dicitur ***scrutinium,*** complectitur: 1) positionem schedularum in urnam; 2) schedularum mixtionem ac numerationem ; 3) scrutinii publicationem. Unusquique Cardinalis elector, ordine praecedendi servato, schedulam, postquam eam scripsit et complicavit, elevata manu, ita ut videri possit, ad altare deferat, apud quod sunt scrutatores, et in quo est urna disco cooperta, ad schedulas recipiendas. Ibi genuflexus, Cardinalis elector aliquantulum oret; deinde surgens, elata voce iuret in hanc formam: ***Testor Christum Dominum, qui me iudicaturus est, me eum eligere, quem secundum Deum iudico eligi debere.*** Post haec schedulam in disco ponat et per hunc in urnam ingerat, quo facto ad altare inclinet et ad suum locum revertatur. Si vero aliquis Cardinalis elector ex iis, qui in sacello praesentes adsunt, ad altare ob infirmam valetudinem pergere nequit, ultimus scrutator ad eum accedit; et elector ille, praedicto iure iurando dato, schedulam complicatam eidem scrutatori tradit, qui eam palam ad altare defert, et sine oratione et iure iurando in disco ponit, et per eum in urnam mittit.

69. Si autem aliqui Cardinales electores infirmi sunt in cellis suis, tres infirmarii ad eos accedunt cum capsula, in cuius parte superiore sit foramen, per quod schedula complicata possit in eam immitti; quam capsulam antequam scrutatores infirmariis tradant, palam aperiant, ut ceteri electores possint eam vacuam conspicere, deinde claudant et clavem super altare ponant. Hinc infirmarii cum capsula clausa et congruenti numero schedularum in parvo disco collocatarum ad unamquemque infirmum accedunt; qui acceptam schedulam secreto scribat, complicet et, dato antea iure iurando praedicto, in

capsulam per foramen mittat. Quodsi quis infirmus scribere non valeat, unus e tribus infirmariis aut alius Cardinalis elector, ab infirmo deputatus, praestito de secreto servando in manibus ipsorum infirmariorum iure iurando, praedicta faciat. Quibus peractis, infirmarii capsulam in sacellum portent, quam scrutatores aperiant et schedulas, quae in ea continentur, mimèrent; et tot repertas, quot sunt infirmi, singillatim in disco ponant, et per hunc simul omnes in urnam immittant. Ne autem scrutinii actio nimis protrahatur, infirmarii poterunt proprias schedulas statim post primum Cardinalium conficere et in urna ponere, deinde, dum ceteri electores scrutinium agunt, ad infirmos pergere ad accipienda eorum vota eo modo, qui supra est dictus.

70. Postquam omnes Cardinales electores schedulas suas in urnam immiserunt, primus scrutator hanc pluries agitet, ut schedulae permisceantur; quo facto, ultimus scrutator statim eas numeret, unamquamque schedulam singillatim ex urna palam sumens et in vase vacuo, ad hoc apparato, deponens. Quodsi schedularum numerus non respondeat numero electorum, omnes comburendae sunt, et iterum, id est altera vice, ad suffragia ferenda procedatur; si vero schedularum numerus numero electorum respondet, subsequitur publicatio scrutinii, quae hoc modo fit.

71. Scrutatores ad mensam ante altare positam sedent: quorum primus unam schedulam accipit, explicat et, viso in ea electi nomine, eam secundo scrutatori tradit, qui, pariter electi nomine perspecto, eandem schedulam tradit tertio, qui illam elata et intellegibili voce legit, ut omnes electores praesentes suffragium annotare possint in folio ad hoc apparato. Notat autem et ipse .nomen e schedula recitatum. Quodsi in scrutinii publicatione scrutatores inveniant duas schedulas ita complicatas, ut ab uno tantum datas fuisse appareat, siquidem unus et idem in utraque electus fuerit, schedulae praedictae pro uno

suffragio habeantur; si vero diversa ibi inscripta sint nomina, neutrum suffragium est validum; scrutinium tamen ipsum neutro in casu vitiatur.

Peracta scrutinii publicatione, suffragia a scrutatoribus secundum nomina illorum, qui ea obtinuerunt, in unam summam redigantur et in folio separato notentur.

Ultimus vero scrutator singulas schedulas, postquam eas perlegit, eo loco, ubi est verbum ***eligo,*** acu cum filo perforat et in hoc ipsum inserit, quo cautius conserventur. Finita nominum lectione, fili capita nodo iunguntur et schedulae omnes, ita colligatae, in urna vacua vel in mensae parte ponuntur.

72. Sequitur tertia et postrema actio, quae ***post-scrutinium*** appellatur quaeque complectitur: 1) numerationem suffragiorum; 2) eorum recognitionem; 3) schedularum combustionem.

Scrutatores in unam summam redigunt suffragia, quae quilibet obtinuit, et si nemo ad duas partes suffragiorum, uno addito, pervenerit, non est electus Papa in illo scrutinio; si quis vero duas partes ex tribus, uno insuper addito, acceperit, electio Romani Pontificis habetur estque canonice valida.

Recognitores, sive electio secuta est, sive non, inspicere debent tam schedulas scrutinii, quam suffragiorum annotationes factas per scrutatores, ut constet, an iidem accurate et fideliter muneri suo satisfecerint.

Statim post recognitionem omnes schedulae comburantur, antequam Cardinales electores ex aula discedant, a scrutatoribus adiuvantibus Secretario Conclavis et viris a caerimoniis, interim arcessitis ab ultimo Cardinali Diacono. Si tamen secundum scrutinium statim sit agendum, schedulae primi scrutinii solum in fine, una cum schedulis secundi scrutinii, comburantur.

73. Omnibus et singulis Cardinalibus electoribus praecipimus, ut, ad secretum tutius servandum, omne genus scripturas, quas de exitu uniuscuiusque scrutinii apud se habeant,

Cardinali Camerario vel uni e tribus Cardinalibus Assistentibus una cum schedulis comburendas tradant.

Decernimus insuper, ut completo Conclavi Cardinalis Sanctae Romanae Ecclesiae Camerarius relationem exaret, a tribus quoque Cardinalibus Assistentibus approbandam, quae suffragiorum exitum declaret in singulis sessionibus latorum. Quae relatio, in tabulario asservanda, involucro claudatur obsignato, quod a nullo resignari poterit, nisi Summus Pontifex id definite permiserit.

74. Confirmantes ea, quae Decessores Nostri S. Pius X[13] et Pius XII[14] statuerunt, praescribimus, ut sive mane sive vespere, post completum scrutinium, si quidem in eo secuta non sit electio, Cardinales electores statim ad novum scrutinium peragendum procedant, in quo rursus suffragia ferant, iis, quae in primo scrutinio lata sunt, minime computatis. Hoc in secundo scrutinio omnes ritus serventur ut in primo, ita tamen ut electores non teneantur obligatione novum dandi ius iurandum neque novos eligendi scrutatores, infirmarios et recognitores; sed quae in primo scrutinio quoad haec praestita sunt, sine renovatione valeant etiam pro secundo.

75. Haec omnia, quae de scrutinii ritibus sunt exposita, servanda erunt diligenter Cardinalibus electoribus in omnibus scrutiniis, quae singulis diebus peragi debent mane et post meridiem, peractis sacris ritibus seu precationibus, de quibus in memorato ***Ordine sacrorum rituum Conclavis*** agitur.

76. Quodsi contingat, ut Cardinales electores cum difficultate de persona eligendi concordia ineant consilia, tunc per tres dies scrutiniis secundum formam supra descriptam

[13] **Cfr. Const. Apost.** *Vacante Sede Apostolica,* **n. 76:** *Pii X Pontificis Maximi Acta,* **pp. 280-281.**

[14] **Cfr. Const. Apost.** *Vacantis Apostolicae Sedis,* **n. 88:** *A.A.S.* **38 (1946), p. 93.**

(n. 65 et sqq.) frustra peractis, scrutinia ipsa tempore summum unius diei intermittuntur, ut preces Deo admoveantur, electores inter se libere colloquantur fiatque per Cardinalem primum ex ordine Diaconorum brevis adhortatio spiritualis. Post quae, scrutinia secundum eandem formam exsequenda resumuntur; quae, nisi electio interveniat, sint septem. Dehinc rursus intervallum interponitur, ut precationi, colloquio et adhortationi, per Cardinalem primum ex ordine Presbyterorum faciendae, sit locus. Demum septem, si casus fert, scrutinia secundum praedictam formam peraguntur; quae si ad irritum ceciderint, denuo orationes ad Deum fundantur, colloquia serantur, adhortatio a Cardinali primo ex ordine Episcoporum electoribus adhibeatur. Tunc Cardinalis Sanctae Romanae Ecclesiae Camerarius eosdem electores consulat de modo procedendi. Ne recedatur a consueta ratione, qua duae e tribus partibus suffragiorum, uno addito, ad efficax scrutinium requiruntur, nisi omnes Cardinales electores unanimiter, id est nullo excepto, de alia ratione consentiant, quae in ***compromisso*** (cfr. n. 64) aut in maioritate absoluta, uno addito, suffragiorum consistit, vel in electione, quae circa duos tantum vertatur, qui in scrutinio proxime praecedenti maiorem partem suffragiorum acceperunt.

77. Quodsi electio aliter celebrata fuerit, quam uno e tribus modis, qui supra sunt dicti (cfr. nn. 63 sqq.), aut non servatis condicionibus pro unoquoque illorum praescriptis, electio eo ipso est nulla et invalida (cfr. n. 62) absque ulla declaratione, et ita electo nullum ius tribuit.

78. Quae de actis electionem praecedentibus et de ipsa Romani Pontificis electione hactenus dicta sunt, ea omnia servanda esse declaramus, etiam si vacationem Sedis Apostolicae per renuntiationem Summi Pontificis occurrere contingat.

CAPUT VI

DE IIS, QUAE SERVANDA VEL VITANDA SUNT IN ELECTIONE ROMANI PONTIFICIS

79. Nos quoque, ut Decessores Nostri, reprobamus atque damnamus in electione Romani Pontificis detestabile crimen simoniae, et omnes huius criminis reos poena excommunicationis latae sententiae innodamus, confirmantes tamen pariter praescriptionem S. Pii X, Decessoris Nostri, ex qua sublata est irritatio electionis simoniacae, a Iulio II vel alio quovis decreto pontificio statuta, ne hac de causa valor electionis Romani Pontificis impugnetur.[15]

80. Item Decessorum praescripta confirmantes, prohibemus, ne quis, quamvis Cardinalatus dignitate praeditus sit, vivente Romano Pontifice eoque inconsulto, deliberare de ipsius successoris electione, aut aliquod suffragium polliceri, aut hac de causa, privatis conventiculis factis, quidquam decernere audeat.

81. Item, quae Decessores Nostri sanxerunt, ut omnis externus interventus in electione Summi Pontificis removeretur, ea confirmata volumus. Quam ob rem, iterum ex virtute sanctae oboedientiae et sub poena excommunicationis latae sententiae omnibus et singulis Cardinalibus electoribus, praesentibus et futuris, pariterque Secretario Conclavis atque ceteris Conclavis partem habentibus, interdicimus, ne, quovis praetextu, a quavis civili potestate munus recipiant ***veto*** seu ***exclusivam,*** uti vocant, etiam sub forma simplicis desiderii, proponendi, neve hoc ipsum ***veto*** patefaciant sive universo electorum collegio simul congregato, sive singulis electoribus, sive scripto sive ore, sive directe ac proxime, sive oblique et per alios, sive ante Conclave sive ipso perdurante. Quam prohibi-

[15] Cfr. Const. Apost. *Vacante Sede Apostolica,* n. 79: *Pii X Pontificis Maximi Acta,* III, p. 282.

tionem extendi volumus ad omnes interventus, intercessiones, optata, quibus auctoritates saeculares cuiuslibet ordinis et gradus, vel quivis hominum coetus vel personae voluerint sese Pontificis electioni immiscere.

82. Cardinales electores praeterea abstineant ab omnibus pactionibus, conventionibus, promissionibus aliisque quibusvis obligationibus, quibus astringi possint ad suffragium cuidam vel quibusdam dandum aut non dandum. Quae omnia, si reapse intervenerint, etiam iure iurando adiecto, nulla et irrita esse, neque ea observandi obligatione quemquam teneri decernimus; contra facientes vero iam ex hoc tempore poena excommunicationis latae sententiae innodamus. Vetare tamen non intellegimus, ne per tempus Sedis vacantis de electione sententiae invicem communicentur.

83. Pariter Cardinalibus interdicimus, ne ante electionem capitula conficiant seu quaedam communi consensu statuant, ad quorum observantiam se astringant, si ad Pontificatum assumantur; quas item promissiones, si re vera intervenerint, etiam iure iurando adiecto, nullas et irritas declaramus.

84. Iisdem denique, quibus Decessores Nostri, vocibus Cardinales electores vehementer hortamur, ut in eligendo Pontifice, nulla propensione animi vel aversione ducti, nullius gratia aut obsequio inclinati, non interventu personarum auctoritate gravium, vel coetuum impulsione quadam urgentium, vel suasione utentium instrumentis communicationis socialis, non vi vel metu vel aura populari moti, sed unice Dei gloriam et Ecclesiae bonum prae oculis habentes, divino auxilio implorato, in eum suffragia conferant sua, quem universali Ecclesiae fructuose utiliterque regendae prae ceteris idoneum iudicaverint. ,

85. Dum Conclave celebratur, Ecclesia singulari prorsus modo cum sacris Pastoribus et praecipue cum Cardinalibus

electoribus Summi Pontificis coniungitur, atque a Deo novum Caput veluti donum eius bonitatis et providentiae implorat. Perinde enim ac prima christianorum communitas, de qua in ***Actibus Apostolorum*** agitur,[16] ita universa Ecclesia, spiritualiter congregata cum Maria, Matre Iesu, unanimiter perseveret oportet in oratione; quo fit, ut electio novi Pontificis non sit quiddam disiunctum a populo Dei et ad solum electorum pertinens collegium, sed quasi quaedam actio totius Ecclesiae. Quapropter statuimus, ut in omnibus urbibus ceterisque locis, saltem insignioribus, ubi primum nuntius obitus Pontificis pervenerit et postquam exsequiae sollemniter pro eo celebratae sint, humiles assiduaeque preces ad Dominum fundantur, ut ipse electorum animos illuminet et in eligendo tam concordes efficiat, ut provisionem celerem, unanimam et utilem, prout animarum salus exigit et totius orbis catholici bonum requirit, fieri contingat.

86. Eum vero, qui electus fuerit, rogamus, ne muneris gravitate deterritus, ab eodem subeundo se retrahat, sed ut potius divinae voluntatis consilio se humiliter subiciat. Deus enim, qui onus imponit, manum etiam supponit, ne ei ferendo sit impar; quippe qui sit oneris auctor, ipse est etiam administrationis adiutor; et ne sub magnitudine muneris succumbat infirmus, dat virtutem, qui contulit dignitatem.

CAPUT VII

DE ACCEPTIONE ET PROCLAMATIONE ELECTIONIS NECNON DE CORONATIONE NOVI PONTIFICIS

87. Post electionem canonice factam, ab ultimo Cardinali Diacono accitis in Conclavis aulam Secretario Conclavis, Magistro Caerimoniarum Pontificalium atque viris a caerimoniis, consensus electi per Cardinalem Decanum aut Cardinalium

« Cfr. *Act. 1,* 14.

primum ordine et aetate, nomine totius collegii electorum, his verbis requiratur: *Acceptasne electionem de te canonice factam in Summum Pontificem?* Statimque, post consensum declaratum, electus interrogetur: *Quo nomine vis vocari?* Tunc per Magistrum Caerimoniarum Pontificalium, munere notarii fungentem, testibus adhibitis duobus viris a caerimoniis, instrumentum de acceptione novi Pontificis et de nomine ab eo assumpto conficitur.

88. Post acceptionem, electus qui episcopali ordinatione iam pollet, est ilico Romanae Ecclesiae Episcopus simulque verus Papa, et Caput Collegii Episcopalis; idemque actu plenam et supremam potestatem in universam Ecclesiam acquirit atque exercere potest.

Quodsi electus charactere episcopali careat, statim ordinetur Episcopus.

89. Deinde, actis de more agendis, iuxta *Ordinem sacrorum rituum Conclavis,* Cardinales electores, secundum statutas rationes, accedunt ut electo Summo Pontifici obsequium et oboedientiam exhibeant. Quo actu completo, gratiae Deo persolvuntur, ac deinde populo exspectanti a primo Cardinalium Diaconorum novus Pontifex annuntiatur, qui subinde Apostolicam Benedictionem *Urbi et Orbi* impertit.

Si electus charactere episcopali careat, obsequium et oboedientia eidem praebentur et nuntius populo perfertur tantum postquam ipse ordinatus Episcopus est.

90. Si autem electus extra Conclave degit, normae sunt observandae, quae in praedicto *Ordine sacrorum rituum Conclavis* continentur.

Episcopalis ordinatio Summi Pontificis electi, qui nondum sit Episcopus, de qua in nn. 88 et 89 mentio habetur, fit de more Ecclesiae a Decano Sacri Cardinalium Collegii aut,

si hic abest, a Subdecano aut, si hic etiam impeditur, ab antiquiore Cardinali Episcopo.

91. Decernimus, ut statim postquam novus Summus Pontifex electus sit suamque electionem assensu suo comprobaverit et, si charactere episcopali forte careat, postquam ordinatus sit Episcopus (cfr. nn. 88 et 89), Conclave, quod ad canonicos effectus, de quibus in n. 56, attinet, finem habeat. Quam ob rem statuimus, ut tunc electum Summum Pontificem adire possint Substitutus Secretariae Status seu Papalis, Secretarius Consilii pro Publicis Ecclesiae Negotiis, Pontificalis Domus Praefectus et quicumque cum electo Pontifice agere de rebus debent, quae in praesentia opus sunt.

92. Pontifex demum per Cardinalem Protodiaconum coronatur et, intra congruum tempus, Patriarchalis Archibasilicae Lateranensis possessionem ritu praescripto capit.

Has igitur normas, omnibus rebus graviter consideratis et perpensis, statuimus et praescribimus; atque abrogatas declarantes, ut supra cautum est, Constitutiones et Ordinationes Apostolicas hac de re a Romanis Pontificibus editas, hanc Nostram Constitutionem plane efficacem esse et fore volumus, adeo ut quae per eam exposita ac decreta sunt, ab illis omnibus, ad quos res pertinet, religiose serventur atque adeo vim suam obtineant, contrariis quibusvis nihil obstantibus, etiam specialissima mentione dignis. Si quis autem, sciens vel insciens, secus egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die **i** mensis Octobris anno MCMLXXV, Pontificatus Nostri tertio decimo.

PAULUS PP. VI

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

SERPAPINTENSIS

Nova in Angolia conditur dioecesis « Serpapintensis » nomine

PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Qui pro supremi Ecclesiae pastoris divinitus accepto munere ea omnia comparare diligenter studemus, quae christianis fidelibus fovendis aptiora aestimaverimus, postulationi accedendum esse censuimus Conferentiae Episcoporum Angoliae et S. Thomae in Insula, qui, plane consentientibus Venerabilibus Fratribus Emmanuele Antonio Pires et Eurico Dias Nogueira, ab Apostolica Sede petierunt, ut quibusdam dioecesium Silvae Portuensis et Sadabandeiropolitanae territoriis alia excitaretur ecclesiastica circumscriptio. Audita igitur sententia Venerabilis Fratris Ioannis De Andrea, Archiepiscopi titulo Aquavivensis et in Angolia Apostolici Delegati, sequentia decernimus. A dioecesi Silvae Portuensis territorium separamus vulgo appellatum Cuando-Cubango ; a dioecesi autem Sadabandeiropolitana municipia Ganguela et Jamba nuncupata, ad regionem Huila pertinentia, iisque dioecesim constituimus, ***JSerpapintensem*** appellandam, cuius sedes in urbe Serpa Pinto erit, Episcopique cathedra in paroeciali sacra aede B. M. V. a Fatima dicata, quae templum cathedrale dehinc habebitur. Conditam dioecesim suffraganeam declaramus metropolitanae Sedi Luandensi; eiusdem mensa episcopalis, quae dicitur, Curiae emolumentis efficietur, fidelium oblatis pecuniis atque bonis, quae eidem obvenient ex praescripto Canonis 1500 C. I. C. Mandamus praeterea ut, usque dum Canonicorum Collegium constituatur, consultores dioecesani deligantur, qui Episcopo assistant. Ad Seminarium quod attinet alumnorumque educationem serventur praescripta iuris communis, prae oculis habitis normis decreti « Optatam totius » Concilii Vaticani II atque peculiaribus Sacrae Congregationis pro Institutione Catholica legibus. Rite dioecesi constituta, sacerdotes ei Ecclesiae addicantur, in cuius territorio beneficium vel officium habeant; ceteri vero sacerdotes, clerici seminariique tirones ei, in qua legitime degant. Omnia denique documenta et acta ad Serpapintensem dioecesim spectantia, ad eius Curiam a Silvae Portuensis et Sadabandeiropolitana transferantur, in tabulario religiose custodienda. Haec quae statuimus ad effectum adducat Venerabilis Frater Ioannes De

Andrea, quem diximus, vel ab eo delegatus sacerdos; idemque effecti negotii instrumenta conficiat ad Sacramque Congregationem pro Episcopis mittat, de more signata sigilloque impressa.

Has vero Litteras Apostolicas sive nunc sive in posterum ratas esse volumus, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die decimo mensis Augusti, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo quinto, Pontificatus Nostri tertio decimo.

IOANNES Card. VILLOT
Secretarius Status

SEBASTIANUS Card. BAGGIO
S. Congr. pro Episcopis Praefectus

Iosephus Del Ton, ***Proton. Apost.***

Godefridus Mariani, ***Proton. Apost.***

Loco £B Plumbi

In Secret. Status tab., n. 290935.

II

PENSACOLENSIS - TALLASSEIENSIS

Detractis nonnullis territoriis a dioecesi S. Augustini, nova conditur dioecesis « Pensacolensis-Tallasseiensis » cognominanda.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Sapienter quidem consuevit haec Romana et Apostolica Sedes, omnium Ecclesiarum mater, dioeceses illas, quarum territoria latissime pateant, paruri, ex iisque novas condere circumscriptiones ; cum enim per hoc sacrorum Praesulum, qui eis praesideant, labores nimii remittunt, tum etiam, auctis in Ecclesia novorum Episcoporum consiliis et viribus, aptius populorum necessitatibus consuli potest. Quam ob rem, cum Venerabilis Frater Paulus F. Tanner, Episcopus S. Augustini, audita Conferentia episcopali Civitatum Foederatarum Americae Septemtrionalis, ab hac Petri Sede expostulaverit ut, diviso territorio dioecesis S. Augustini nova constitueretur, Nos re bene considerata, auditisque iis quos oporteret, de sententia Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationis pro Episcopis praepositorum, Nostra auctoritate haec decernimus. A dioecesi S. Augustini comitatus, quos dicunt, sequentes separamus, nempe : Bay, Calhoun, Escambia, Franklin, Gadsen, Gulf, Holmes, Jackson, Jefferson, Leon, Liberty, Madison, Okaloosa, Santa Rosa, Taylor, Wakulla, Walton et Washington ; iisque novam dioecesim condimus, cui ab urbibus Pensacola

et Tallahassee ***Pensacolensi-Tallasseiensi*** nomen erit. Talis Ecclesiae sedem in urbe Pensacola ponimus, cathedra episcopalis auctoritatis in sacra aede Sacri Cordis **D.** N. I. C, quae est in eadem urbe, collocata, factis scilicet huic templo iuribus atque honoribus horum templorum propriis. Ad dignitatem vero concathedralis templum S. Thomae More evehimus, in urbe Tallasseiensi, ita ut in eodem cathedra figi possit ac debeat ac Pensacolensi-Tallasseiensi Antistiti liceat etiam diebus sollemnioribus, si ei videatur, sacra ibi pontificalia celebrare, inque civitate Tallasseiensi pro lubitu residere. Mensam novae dioecesis constituent : Curiae emolumenta, fidelium collationes, bonorum pars congrua quae constitutae Ecclesiae obvenient ad normam canonis 1500 C.I.C. Indulgemus praeterea, ut dum Canonicorum Collegium condatur, Episcopus Pensacolensis-Tallasseiensis Consultores dioecesanos eligat, qui eum iuvent opera consilio. Statuimus etiam ut Seminarium in nova dioecesi condatur, ratione habita tum iuris communis, tum Decreti Concilii Vaticani II ((Optatam totius », atque regularum a Sacra Congregatione pro Institutione Catholica latarum. Ad clerum quod attinet, Sacerdotes his Litteris ad effectum deductis ilico ei Ecclesiae censeantur adscripti in qua beneficium aut officium habeant; ceteri vero clerici et Seminarii tirones, ei in qua legitime degant. Documenta insuper novam Ecclesiam respicientia ad eius Curiam episcopalem mittantur, ubi religiose custodiantur. Ultimum, dioecesim Pensacolensem-Tallasseiensem suffraganeam facimus metropolitanae Sedi Miamiensi, cui et eius sacer Praesul obnoxius erit, ad normam Iuris. Ceterum haec omnia Venerabilis Frater Ioannes Jadot exsequi curabit, Archiepiscopus titulo Zuritanus et in Civitatibus Foederatis Americae Septemtrionalis Apostolicus Delegatus, per se ipse vel per alium qui visus fuerit, facto onere documenta actae rei exarandi atque sinceris exemplis ad S. Congregationem pro Episcopis mittendi, idque cito.

Hae vero Litterae firmae et ratae sint nunc et in posterum, suosque effectus habeant.

Datum Romae, apud S. Petrum, die primo mensis Octobris, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo quinto, Pontificatus Nostri tertio decimo.

IOANNES Card. VILLOT
Secretarius Status

SEBASTIANUS Card. RAGGIO
S. Congr. pro Episcopis Praefectus

Iosephus Del Ton, ***Proton. Apost.***

Eugenius Sevi, ***Proton. Apost.***

Loco ✠ Plumbi

In Secret. Status tab., n. 289966.

LITTERAE APOSTOLICAE

1

In Taprobanensi Republica seu vulgo Sri Lanka Nuntiatura Apostolica constituitur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Quantum pacis et prosperitatis, quanta praeterea progressionis semina tum societati civili tum ipsi Ecclesiae inferant amicitia sancte comparata atque adsiduus inter Apostolicam Sedem et nationes usus, nemo est quin videat. Quae digna quidem causa est, cur, Taprobanensi cum Republica, quam Sri Lanka vulgo nuncupant, arctiora unitatis vincula conserere cupientes Nuntiaturam Apostolicam in ea condere statuerimus, Apostolicis de more datis Litteris. Re igitur perdiligenter considerata, summa Nostra potestate harumque Litterarum vi, apud Rempublicam Taprobanensem Nuntiaturam Apostolicam erigimus et constituimus, eidemque omnia et singula officia deferimus, privilegia atque indulta, quae Legationum huiusmodi propria sunt. Censemus praeterea ut conditae Nuntiaturae Apostolicae Sedes in urbe Columbensi in Taprobane ponatur. Haec quidem omnia edicimus, statuimus, decernentes ut Apostolicae hae Litterae Nostrae sive nunc sive in posterum vim suam habeant. Contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die VI mensis Septembris, anno MCMLXXV, Pontificatus Nostri tertio decimo.

IOANNES Card. VILLOT, ***Secretarius Status***

Loco © Sigilli

In Secret. Status tab., n. 290802.

II

S. Teresia a Iesu Infante patrona principalis constituitur archidioecesis metropolitanae Madanganae.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Exempla egregia Sanctorum, in terris edita, quam vehementer eos moveant, qui, peregrinantes in terris ad beatam illam et immortalem patriam properant; quantopere praeterea deprecatio beatorum caelitum apud Deum christifidelibus prosit in tantis vitae aut periculis, aut discriminibus aut laboribus constitutis ; quantum denique gloriae e viva fide atque religione in Sanctis collocata in Deum ipsum recidat, qui in Sanctis suis mirabilia operatur, nemo est quin videat. Qua re factum est, ut non solum Ecclesia sancta horum cultum non reprobaret, verum pro viribus usquequaque foveret. Qua re, cum Venerabilis Frater Adolfus Alexander Noser, Solio Pontificio adstans idemque Archiepiscopus Metropolita Madanganus, ab hac Apostolica Sede petierit, ut S. Teresia a Iesu Infante patrona principalis suae archidioecesis confirmaretur — quam quidem populus atque clerus rite iam elegerat idque Conferentia Episcoporum probaverat — Nos plane rati confirmationem hanc posse in bonum animorum verti cum pietatis incremento, admotis expostulationibus libenti animo concedimus. Probatis ergo quae Sacra Congregatio pro Gentium Evangelizatione hac de re egerit, placet S. Teresiam a Iesu Infante caelestem patronam principalem archidioecesis Madanganae constitui atque declarari, factis nempe iuribus ac liturgicis concessionibus quae ad normam iuris fieri solent. Simul preces paterno pectore Deo maximo facimus, ut quam aeque ad populum tam earum Sancta illa respiciat.

Ceterum volumus, ut hae Litterae Nostrae vim suam omnem habeant, nunc et in posterum, contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris die i mensis Octobris, anno MCMLXXV, Pontificatus Nostri tertio decimo.

IOANNES Card. VILLOT, ***Secretarius Status***

Loco ✠ Sigilli

In Secret. Status tab., n. 290829.

III

Templum Sancti Ioannis Baptistae sacrum urbis Saarbrueckensis et dioecesis Trevirensis titulo honestatur Basilicae Minoris.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Templum paroeciale illud, quod Sancti Ioannis Baptistae sacrum in urbe iacet vulgo appellata Saarbrücken dioecesis Trevirensis iure quidem optimo celebratur religioseque frequentatur cum ob vetustatis suae dignitatem tum propter ipsum architecturae mirabile genus. Princeps enim ac veluti mater habetur eadem sacra aedes complurium ecclesiarum et communitatum circumcirca sitarum cuius forma praeterea et pulchritudo structurae ornatus - que praeclara longe refulget. Aptissimo igitur consilio censuit Venerabilis Frater Bernardus Stein, Episcopus Trevirensis, ab Apostolica Sede impetrari ut ad gradum et honorem Basilicae Minoris idem templum attolleretur. Nos vero persuasum habentes tale ornamentum vehementer prodesse posse cultui religionis ac pietatis catholicae fiori ea in regione libentes profecto commodamus roganti id Praesuli atque de sententia Sacrae Congregationis pro Sacramentis et Cultu Divino ipsi apostolica auctoritate Nostra constituimus harum litterarum virtute ut ecclesia quam diximus Deo consecrata in honorem Sancti Ioannis Baptistae ad titulum ac dignitatem Basilicae Minoris provehatur eique iura et privilegia cuncta tribuantur quae aedibus illo nomine auctis conveniunt. Praecipimus autem ut singula illa diligenter serventur quae secundum Decretum « De titulo Basilicae Minoris », die vi mensis Iunii anno MCMLXVIII editum, custodiri oportet. Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxn mensis Octobris anno MCMLXXV, Pontificatus Nostri tertio decimo.

IOANNES Card. VILLOT, ***Secretarius Status***

Loco ✠ Sigilli

In Secret. Status tab., n. 2897M.

ALLOCUTIONES

I

Ad E.mos Patres Cardinales et Exc.mos Praesules qui coetui Consilii Generalis Pontificiae Commissionis pro America Latina Romae interfuerunt. *

Amadísimos hermanos en el Episcopado:

Sean nuestras primeras palabras de bienvenida y expresión también de nuestro fraterno afecto en el Señor. Una vez más sentimos el gozo inmenso de estar entre vosotros, miembros del ***Consejo General de la Comisión Pontificia para la América Latina,*** reunidos en Roma, inmersa en el clima espiritual del Año Santo, para hacer confluir vuestra reflexión y celo pastoral en un tema muy específico : « Matrimonio y familia en América Latina)).

Sabemos muy bien que la elección de este tema, de capital importancia para el cristiano, corresponde a un imperioso despertar de la conciencia moral y religiosa dentro de la sociedad. Y nos consta que vosotros, conscientes de vuestra responsabilidad como guías de las respectivas comunidades, afrontáis el tema con la seriedad y profundidad que merece una cuestión tan viva y actual. Recibid por ello nuestra felicitación más cordial y sincera.

Un estudio pastoral como el presente se desarrolla en dos etapas, correspondientes a los dos modos en que puede ser considerado : uno analítico, tal como se expone, con abundancia de datos y conocimiento de causa, en las ponencias. A través de las mismas, se pretende trazar la situación pastoral familiar, así como las perspectivas que ésta ofrece dentro de la pastoral de conjunto en América Latina.

Un tiempo de desarrollo del tema es el sintético, que pone la atención en los puntos fundamentales y en las conclusiones. Es lo que nos proponemos hacer en este breve discurso.

La familia, en efecto, está en el centro de la crisis y de las contestaciones que sacuden a la sociedad moderna, precisamente por ser ella la institución fundamental de la sociedad y la garantía de su estabilidad y

* Die 20 mensis octobris a. 1975.

carácter humano. Frente a las ideologías que quisieran manipular las sociedades, cambiando la imagen de la familia y sus funciones dentro de la sociedad, la Iglesia —lo sabéis muy bien— desea que en todos los campos se le dedique una atención prioritaria porque cree firmemente en su misión. Si Dios se nos ha revelado como Padre ; si Cristo ama a la Iglesia como el esposo a la esposa, ¿cómo no vamos a tener la certeza de que la familia existirá hasta el fin para ofrecer al mundo un testimonio de amor?

Vuestra clara visión pastoral os invita a hacer un diagnóstico de los males que aquejan actualmente a la familia : incomprensión entre las generaciones, aumento del número de divorcios, rechazo egoísta de la vida, infidelidad conyugal, uniones irregulares, etcétera. Pero vuestra atención no se fija solamente en estos fenómenos, sino que los sobrepasa, para buscar sus causas y explicaciones : falta de preparación a la vida familiar, pérdida del sentido de responsabilidad y del sentido moral, efecto a su vez de una educación insuficiente, de la inmoralidad del medio ambiente, de un materialismo que deja en olvido los valores y los gozos del espíritu.

Pero profundizando más, vemos también cómo hoy día ciertos valores se presentan ante nosotros con acentos nuevos : participación, diálogo, autenticidad, respeto de la persona, promoción de la mujer, reconocimiento de los derechos de la juventud. Son valores que, reconozcámoslo, abren nuevas perspectivas a la misión de la familia en la Iglesia y en el mundo. Vosotros, en cuanto pastores, contais con gracias y luces abundantes para animar y ayudar a las familias, poniendo en práctica aquellas iniciativas que os vayan sugiriendo las necesidades locales.

La experiencia reciente muestra cuan fácil resulta la degradación moral y espiritual de la familia incluso en regiones donde ésta constituye su riqueza más pura. Es de lamentar la insensibilidad demostrada por amplios sectores de la opinión pública ante la actitud de personas y grupos que niegan al Magistero la competencia en materia de moral conyugal, declarándose al mismo tiempo indulgentes con el divorcio y las experiencias extramatrimoniales. Estos falsos maestros han hecho mucho daño logrando esparcir sus voces por el mundo entero.

¿No estarán pues los Pastores en deuda con el Pueblo de Dios? Porque cuando estos tienen la valentía de hablar, demostrando así su fe en el Sacramento del matrimonio y su confianza en el porvenir de la familia, encuentran eco en los mejores sentimientos del corazón humano e incluso en los medios más insospechados.

A ello debe animaros el florecimiento de 'asociaciones y grupos que van surgiendo en todo el mundo, dispuestos a solidarizarse con las enseñanzas del Magisterio para caminar juntos por las vías de la fidelidad. Esto mismo nos lo han atestiguado tantos nuevos matrimonios que han venido a Roma durante este Año Santo.

Amadísimos Hermanos : La caridad se alegra con la verdad. Cree siempre. Espera siempre. Soporta todo.[1] Vuestra caridad para con la familia se manifestará en la importancia que deis a ella en la catequesis, en la liturgia, en el desarrollo social.

Pedimos al Señor que os ilumine y os sostenga en este vuestro amor hacia los humildes y los débiles, para quienes la familia constituye a veces la única riqueza. Y sea El quien haga fructuosa vuestra tarea para que el mundo vea que representáis de veras al Dios del amor, autor de la naturaleza y de la gracia, cuya ley es el único secreto de felicidad para toda la humanidad.

II

Ad Excellentissimum Virum Iosephum Ignatium M. Welsing, Bataviae apud Sedem Apostolicam cum auctoritate Legatum, qui Summo Pontifici Litteras concrediti muneris fidem facientes tradidit. *

Monsieur V Ambassadeur,

Nous vous remercions vivement pour les aimables paroles que vous venez de prononcer à notre endroit. Nous désirons aussi vous exprimer combien nous sommes sensible aux sentiments que vous nous avez transmis au nom de Sa Majesté la Reine Juliana, et nous vous prions de bien vouloir être auprès de votre Souveraine l'interprète des souhaits déférents et chaleureux que nous formons pour son auguste personne et le Royaume des Pays-Bas.

En ce jour où vous assumez la charge de représenter votre noble pays auprès du Saint-Siège en qualité d'Ambassadeur extraordinaire et plénipotentiaire, nous formons les meilleurs vœux pour l'accomplis^ sèment de votre haute mission aux côtés des représentants distingués

[1] **Cfr. *1 Cor.* 13, 6-7.**

*** Die 23 mensis octobris a. 1975.**

de nombreux peuples de tous les continents. Cette heureuse circonstance nous permet d'exprimer encore une fois les sentiments d'affection que nous éprouvons pour la chère nation hollandaise, si riche de vitalité, toujours prompte aux généreuses initiatives dont un grand nombre lui sont inspirées par ses traditions chrétiennes et, parmi elles, nous rappellerons notamment la méritante contribution donnée par tant de ses fils à l'œuvre de l'évangélisation et à la promotion humaine dans le monde.

Vous avez brièvement évoqué, Excellence, les orientations principales énoncées tout récemment dans le Discours du Trône prononcé par Sa Majesté la Reine ; elles inspirent déjà les engagements internationaux de votre pays. Nous sommes persuadé, comme nous avons eu l'occasion de le rappeler à de multiples reprises, que le service actif et dévoué de la paix est non seulement le meilleur service qu'un pays puisse rendre à l'humanité, mais qu'il est aussi la meilleure manière d'assurer humainement son propre avenir.

Nous nous réjouissons donc de voir les Pays-Bas prendre au sérieux les devoirs qui sont ceux de tous les pays développés vis-à-vis de ceux qui sont moins favorisés. Nous souhaitons que, dans tous les domaines où une perception exacte de toutes les dimensions éthiques de l'homme, au plan familial comme au niveau social, conditionne l'efficacité des mesures proprement économiques, cette juste conception inspire et soutienne une action qui se veut généreuse et désintéressée. L'Eglise catholique, dont le rôle propre est de porter aux hommes le message de salut contenu dans l'Evangile^ ne peut que se réjouir lorsqu'elle voit des orientations d'un pays qui lui est cher à tant de titres s'inspirer d'un idéal vraiment humain, et elle invite de grand cœur tous ses fils à collaborer à un tel effort.

C'est vous dire dans quel esprit nous vous recevons aujourd'hui, Monsieur l'Ambassadeur. En vous renouvelant nos vœux pour le fructueux accomplissement de votre mission, nous demandons au Seigneur de vous accorder, ainsi qu'aux populations des Pays-Bas et à leurs gouvernants, l'abondance de ses bénédictions.

III

Ad Excellentissimum Virum Henricum Djeengue, Camerunensis Reipublicae apud Sedem Apostolicam liberis cum mandatis Legatum, Summo Pontifici Litteras concrediti muneris testes tradentem. *

Monsieur V Ambassadeur,

En vous remerciant des aimables vœux dont vous accompagnez la remise de ces Lettres de créance, nous pensons que cette cérémonie marque un jour mémorable dans l'histoire de votre pays, en même temps qu'elle nous procure une grande joie : c'est la première fois qu'un Ambassadeur extraordinaire et plénipotentiaire est envoyé par la République Unie du Cameroun, pour assumer une mission permanente auprès du Saint-Siège.

C'est vous dire l'accueil cordial que nous réservons à Votre Excellence et à son message. Par delà votre digne personne, nous sommes heureux de saluer Son Excellence El Hadj Ahmadou Ahidjo, Président de la République, dont nous avons apprécié les souhaits, et aussi tout le peuple de votre jeune nation dont nous suivons avec intérêt les efforts et les espoirs.

Les relations diplomatiques qui ont été nouées depuis un certain temps entre le Saint-Siège et le Cameroun et qui entrent maintenant dans une phase plus active ont pour but de donner une base plus stable et plus favorable aux rapports d'amitié existant déjà entre eux. De telles relations ne peuvent que faciliter, au sein même de votre pays, l'estime réciproque et la collaboration loyale, fructueuse, entre l'Eglise catholique et ceux qui doivent assurer le bien commun temporel de tous les citoyens et conduire la destinée politique de la nation.

Déjà, avant l'accession du pays à l'indépendance, les evêques avaient encouragé l'évolution vers une prise en charge progressive des affaires publiques par les Camerounais eux-mêmes, dans un climat de liberté et de prospérité, en désirant que soient toujours respectées les grandes lois de l'Evangile. Dans la même ligne, ils manifestent aujourd'hui le souci de voir leurs fidèles intégrer pleinement, dans leur foi originale et dans ses expressions, les valeurs de l'âme africaine. Aussi sommes-nous certain que ces catholiques, unis à leurs frères chrétiens, apporte-

*** Die 24 mensis Octobris a. 1975.**

ront toujours davantage un service de choix à leur propre patrie, en travaillant à ce que tous et chacun de leurs compatriotes bénéficient du progrès et de dignes conditions de vie, dans un climat de liberté, de justice et de fraternité. Nous avons apprécié que Votre Excellence rappelle la volonté de tolérance et de générosité de son Gouvernement, dont nous avons par ailleurs reçu récemment un témoignage, que nous sommes loin d'oublier.

Votre pays ne se préoccupe pas seulement de paix intérieure; il veut contribuer, à sa manière, à consolider entre les nations de l'Afrique et du monde une paix qui respecte leur destinée et la volonté de leurs populations, et qui favorise l'œuvre fondamentale à laquelle tous les hommes devraient aujourd'hui travailler : le développement harmonieux de leurs richesses économiques, de leurs possibilités culturelles, de leur organisation sociale. Nous sommes touché de l'estime et de la bienveillance que vous témoignez en ce domaine à l'action du Saint-Siège. Vous en serez ici, nous l'espérons, l'heureux témoin, aux côtés de collègues venus de tous les horizons : le but poursuivi en ce lieu est d'apporter une contribution désintéressée aux relations pacifiques et au progrès spirituel des peuples.

Nos vœux cordiaux vous accompagnent, Monsieur l'Ambassadeur, dans cette mission que vous inaugurez aujourd'hui. Et que le Seigneur vous bénisse, avec votre famille ! Qu'il assiste les Autorités que vous représentez ici et tout le peuple camerounais, auquel nous redisons notre affectueuse estime!

IV

In foro Petriano iis qui interfuerunt sollemni Canonizationi Beati Iustini De Jacobis, e Congregatione Missionis S. Vincentii de Paul, primi Vicarii Apostolici Abyssiniae. *

Venerabili Fratelli e Figli carissimi!

Prosegue idealmente, con l'odierno rito di canonizzazione, la celebrazione della Giornata Missionaria Mondiale, durante la quale abbiamo proposto alla venerazione dei fedeli le figure esemplari di quattro nuovi Beati. Anche oggi, infatti, come domenica scorsa, il nostro sguardo si fissa ammirato su un insigne rappresentante del mondo missionario, il Vescovo Giustino de Jacobis, che, nel ventennio centrale del secolo deci-

*** Die 26 mensis octobris a. 1975.**

monono, fu Prefetto e primo Vicario Apostolico dell'Abissinia, dove esercitò fino alla morte un ardito ed intensissimo ministero.

Gode quest'antica e nobile Nazione Africana, che fin dall'età apostolica conobbe il verbo cristiano — chi non ricorda il suggestivo incontro, sulla via di Gaza, tra il dignitario Etiope e il Diacono Filippo?[1] — nel vedere esaltato un suo figlio, che il nuovo Santo si fece davvero a abissino tra gli abissini » e fu da loro chiamato con espressione affettuosa ***VAbuna Yaqob.*** Gode di questa festa la Congregazione Religiosa di S. Vincenzo de Paul, alla quale il nostro Santo appartenne. Gode la Regione Lucana, dov'egli ebbe i natali, nel calore di una onesta e numerosa famiglia. E gode la Santa Chiesa, perché in quest'anno benedetto una nuova luce di santità si accende in lei e per lei, a conforto della sua salutare presenza nel mondo ed a più vasta irradiazione di quegli ideali di rinnovamento e di riconciliazione, ch'ella ha proposto per il presente Giubileo. L'Anno Santo vuol essere, deve essere stagione di santità, ed anche i frequenti riti che celebriamo in onore dei nuovi Santi é Beati, per concretezza dei modelli presentati, per l'incarnazione esistenziale dell'homo ***novus,*** o ***nova creatura,*** quale solo la fede di Cristo può generare,[2] come per la certezza di trovare in loro un più valido presidio ed un più diretto raccordo con la Chiesa celeste,[3] tendono ad avvivare un tale panorama di religiosa spiritualità, a punteggiarlo di stelle, ad arricchirlo, a completarlo.

Ma converrà ormai precisare, sulla base di più definiti riscontri, quali siano quest'oggi i motivi che spiegano la nostra letizia. Chi fu Giustino De Jacobis? Fu apostolo dell'Etiopia, abbiamo detto; fu religioso dei Preti della Missione; fu uomo che coronò, in una regione assai lontana dalla terra natale, il suo sogno giovanile e virile di messaggero del Vangelo di Cristo. Ma tutto ciò non può bastare : non. vale, forse, -per altri, per tanti altri Religiosi e Missionari cattolici? Chi fu, dunque, il nostro Santo, e quali le peculiari caratteristiche o, più esattamente, le virtù che segnarono il suo cammino evangelico? Dovremmo, a questo proposito, ripercorrere da vicino le vicende della sua vita ed esaminare le narrazioni e relazioni biografiche. Rinunciando ad una tale ricerca, ci limiteremo — come è nostro costume — a lumeggiare alcuni tratti salienti e degni, pensiamo, di particolare attenzione.

Partendo per l'Africa, nel 1839, come semplice Prefetto Apostolico,

[1] **Cfr. *At.* 8, 26-40.**
[2] **Cfr. *Ef.* 4, 22-24; *Col.* 3, 9-10; *2 Cor.* 5, 17.**
[3] **Cfr. *Eb.* 12, 22-23.**

Giustino De Jacobis non seguiva soltanto la sua vocazione, cioè la voce da Dio sussurrata al suo spirito e prontamente ascoltata, ma raccoglieva, altresì, l'invito dell'allora Sacra Congregazione « de Propaganda Fide », accettando in tal modo la ***missio canonica*** che gli veniva conferita dall'autorità della Chiesa. Proprio in questo incontro tra personale intenzione ed incarico formale noi troviamo quel congiungimento che, per essere espressione di vera ubbidienza e di generosa fedeltà, non può non preludere all'efficacia della futura azione evangelizzatrice. Fu egli un servo buono e fedele,[4] il quale, inviato nella vigna del Signore, indefessamente operò, tra ininterrotte tribolazioni, per dissodarla, coltivarla e fecondarla. Ma a sì grande missione, da parte sua, si era preparato con cura e, per così dire, era già esercitato. Ricorderemo, al riguardo, l'apostolato da lui svolto in patria, prima nelle Puglie, e poi a Napoli, dove rifulse il suo zelo durante una luttuosa epidemia. Il primo tratto che in lui ravvisiamo è, dunque, la piena corrispondenza al mandato missionario, al quale seppe orientare il necessario lavoro preparatorio, e portò una matura esperienza sacerdotale, temprata ad ogni sacrifìcio.

Dobbiamo poi rilevare come, nell'apostolato in terra Africana, la quale ben presto divenne per lui la seconda patria, emersero chiaramente due note singolari, che ci sembrano direttrici assai valide per l'opera missionaria, quale viene intesa nell'età moderna. Ordinato Vescovo (8 maggio 1849) da Mons. Guglielmo Massaia, Cappuccino, inviato successivamente in Etiopia e altro grande apostolo missionario di quella terra africana, poi Cardinale, San Giustino De Jacobis ebbe, anzitutto, la costante preoccupazione di formare il Clero indigeno, anticipando così la linea della pastorale vocazionale, che, soprattutto dopo il Concilio Vaticano II, dev'essere ormai considerata acquisita in seno alla Chiesa.[5] Lavorando nel Tigré, ad Adua e poi a Guala, egli applicò i carismi della sua vocazione nel suscitare, raccogliere, educare le vocazioni tra i fedeli delle nascenti comunità cristiane : per preparare i sacerdoti indigeni egli fondò un Seminario, a cui diede il nome di ((Collegio dell'Immacolata ». E ci piace ancora ricordare che un suo sacerdote, da lui convertito ed ordinato, l'abba Ghébré Michael (1791-1855), morto tra i patimenti dopo lunghi mesi di agonia, è venerato come martire dalla Chiesa, che l'ha proclamato Beato il 31 ottobre 1926. Con

[4] *Mt.* 25, 21; *Lc.* 19, 17.
[5] Cfr. de activ. mission. Ecclesiae *Ad gentes divinitus,* n. 16.

viva soddisfazione, in una lettera a Noi indirizzata dai Presuli della Conferenza Episcopale Etiopica, abbiamo letto queste parole : « Il Beato Giustino De Jacobis è stato padre per la Chiesa d'Etiopia : ha infatti rigenerato l'Etiopia Cristiana alla pienezza di quella Fede Cattolica, che aveva ricevuto dal suo primo apostolo, S. Frumenzio » (del iv secolo, consacrato Vescovo da S. Atanasio).[6]

La seconda direttrice fu per lui l'azione ecumenica : operando in un ambiente d'antica tradizione religiosa, egli volle accostare i Fratelli separati, i Copti Etiopici, ed anche i fedeli Mussulmani, e pur se per questo andò incontro a gravi ostilità ed incomprensioni, intese dare incremento ai valori cristiani ivi esistenti, mirando all'unità ed all'integrità della fede.

Sono questi i principali elementi che, a modo di osservazioni sparse, noi abbiamo enucleato dalla vita del Santo e che vogliamo ora suggerire alla vostra meditazione. Oggi è festa — ripetiamo — in tutta la Chiesa, perché un altro suo figlio è annoverato tra i Santi, e la causa missionaria, sempre essenziale e perenne nella Chiesa, può oggi contare su un altro intercessore e patrono. Noi, dunque, dobbiamo invocarlo, perché egli continui a diffondere la sua luce, ad inculcare il suo esempio, a trasmettere la sua eredità spirituale ai Confratelli Vincenziani ed a tutti i Missionari. E lo invocheremo in particolare per la terra Etiopica, che vide l'ardore della sua carità e delle sue fatiche apostoliche, e lo invocheremo per l'intero Continente Africano, che, per le conquiste raggiunte e per i contenuti genuini della sua cultura, è ormai incamminato sulle vie di un sicuro progresso e — vogliamo sperare — di un altrettanto sicuro e consolante e fiorente sviluppo della fede cattolica. Così sia.

Y

In foro Petriano habita iis qui sollemni Beatificationi interfuerunt Servorum Dei: Ezechielis Moreno y Díaz, Gasparis Bertoni, Vincentii Grossi, Annae Michelotti et Mariae Droste zu Vischering. *

I. La Chiesa ancora una volta esulta per cinque suoi eroici figli. In questo Anno Santo rifulge in modo particolare la nota della santità della Chiesa : « l'universale vocazione alla santità », posta in luce dal Çon-

[6] Cfr. *PL* 21, 473-80.

* Die 1 mensis novembris a. 1975.

cilio Vaticano II[1] per tutte le categorie della Chiesa — vescovi, sacerdoti, religiosi, laici di ogni condizione e stato — viene stupendamente confermata da queste figure, forti, umili, sconosciute finora ai più, eppure ricchissime di esempi mirabili, di richiami validissimi, che ce le rendono vicine, simili, imitabili, e ci scuotono col loro impegno di dedizione operosa a Dio e ai fratelli.

Ancora una volta, in questi Beati, Dio viene glorificato, la Chiesa non cessa di generargli figli che diffondono il suo Nome mediante la loro testimonianza concreta e suadente delle virtù teologali. La Chiesa dispiega davanti al mondo il suo segreto più profondo e vitale, la corrente santifìcatrice che tutta la permea, scaturendo dal cuore stesso di Dio Uno e Trino. Ma anche il genere umano viene da essi nobilitato e abbellito, perché continua ad esprimere dal suo grembo campioni di umanità completa e di fedeltà alla grazia, i quali ci dicono che, nonostante tutto, il bene c'è, il bene lavora, il bene si diffonde, sia pure silenzioso, e supera in definitiva con i suoi benèfici influssi il rumore assordante, ma sterile e deprimente, del male.

II. Abbiamo cinque figure che onorano l'età moderna, diverse nelle nelle loro esperienze, e pur simili per il loro comune denominatore di anime consacrate a Dio nel sacerdozio o nella vita religiosa. Esse hanno tutte qualcosa da dirci nella loro vita, che richiederebbe, per ciascuna, una trattazione a sé.

1) El primero de los nuevos Beatos es Ezequiel Moreno, religioso y obispo, una gloria más de la España católica. Nacido en Alfaro (Logroño) el año 1848, ingresa luego en la familia de los Agustinos Recoletos, llevando su celo más allá de las fronteras de la Patria : primero en las Filipinas, donde es ordenado sacerdote y desarrolla su apostolado en Manila, en las islas Palawan, en Imus. Después, en el Colegio-Noviciado de Monteagudo (Navarra) ; como primer Vicario Apostólico de Casanare, en Colombia, y como Obispo de Pasto, siempre en Colombia. Su celo se demuestra siempre infatigable en el anuncio de la palabra de Dios, en el ministerio del sacramento de la Penitencia, en el cuidado de los enfermos por el día y por la noche, en la firme defensa de su grey contra los errores del tiempo, pero mostrando un gran amor y delicadeza para con las personas equivocadas. Merecería un discurso especial su amor a la cruz, como se reflejó durante la dolorosa enfer-

[1] **Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* nn. 39-42.**

medad que lo condujo a la muerte en el año 1906. ¡ Ejemplo vivo de santidad para los Obispos, quienes « son dotados de la gracia sacramental, con la que, orando, ofreciendo el sacrificio y predicando, por medio de todo tipo de preocupación episcopal y de servicio, puedan cumplir perfectamente el cargo de la caridad pastoral. No teman entregar su vida por las ovejas, y, hechos modelo para su grey,[2] estimulen a la Iglesia, con su ejemplo, a una santidad cada día mayor » ![3]

2) Gaspare Bertoni, sacerdote veronese, fondatore della Congregazione degli Stimmatini (1777-1853). Giovane sacerdote formato alla scuola ignaziana, egli si prodiga per il bene dei concittadini curando le piaghe lasciate dalla guerra franco-austriaca : e avendo avvertito l'urgente necessità di curare la gioventù, che vedeva in balìa di se stessa, priva di formazione, egli nella povertà e nell'umiltà più assoluta raccoglie ragazzi e giovani nel suo primo oratorio, che sorge col nome di Coorte mariana. L'istituzione si diffonde nel nome di Maria per dare ai giovani una formazione completa : scolastica, umanistica, e soprattutto spirituale, con gli insostituibili mezzi della direzione spirituale e della pietà eucaristica e mariana. Nasce così, nel 1816, presso la chiesa delle Stimmate, la Congregazione dei Missionari apostolici (detti appunto Stimmatini) che, in epoca non ben disposta verso gli Ordini religiosi, doveva attendere all'opera di educazione giovanile mediante le scuole gratuite. Confessore esperto, dedica cure particolarissime alle vocazioni, sostiene col suo incoraggiamento opere nascenti, tra cui quelle della Marchesa di Canossa e della Naudet ; e la sua vita è una continua immolazione, fino all'estrema purificazione della malattia : « ho bisogno di patire », furono le sue ultime parole. Vediamo in questa mite e preveggente figura l'apostolo dei giovani, che anche oggi indica la via da seguire per un avvenire sicuro della società.

3) Vincenzo Grossi, sacerdote cremonese, fondatore delle Figlie dell'Oratorio (1845-1917) : ecco un altro apostolo della gioventù e un esempio sereno e suadente per i sacerdoti direttamente impegnati nella cura d'anime, i nostri ottimi Parroci di tutto il mondo, che trovano in lui un nuovo modello di santificazione e di zelo. Fu infatti Parroco per 44 anni, con tutti gli impegni che una tal vita comporta, dalla predicazione aggiornata e viva alla delicata premura per gli infermi, dalle cure spirituali a quelle amministrative. La dedicazione che in lui era

[2] Cfr. *1 Petr* 5, 3.

[3] Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 41.

accesa dalla profonda fede lo spinge soprattutto a pensare alla fanciullezza e adolescenza, a cui dedica le sue sollecitudini, e per la quale fonda l'Istituto delle Figlie dell'Oratorio, che in particolare si occupa del catechismo nelle parrocchie : semplice, grande, insostituibile apostolato, senza il quale non si pone nessun fondamento solido nella vita cristiana ! Don Grossi fu così : nella solidità delle sue generose virtù, nascoste nel silenzio, purificate dal sacrifìcio e dalla mortificazione, raffinate dall'obbedienza, egli ha lasciato un solco profondo nella Chiesa, che oggi lo propone a modello e lo prega come intercessore.

En ce lieu donc, soyez le bienvenu, bienheureux et vénéré Patriarche de cette Eglise maronite d'Antioche, Antoine Pierre Khoraiche! De votre Eglise qui est la gloire du Liban, vous nous apportez, avec votre présence et cette célébration commune des saints mystères eucharistiques, la confirmation de la communion qui unit la communauté maronite à l'Eglise catholique, et vous nous offrez l'occasion d'échanger avec vous et avec toute votre famille patriarcale nos sentiments de respectueuse et cordiale adhésion !

Bienvenue aussi à tous ceux qui vous accompagnent ! Et de même à tous ceux qui se rassemblent autour de vous et de nous pour rendre honneur au nouveau Patriarche de l'Eglise maronite, venu à Rome pour professer sa foi, recevoir le sacré pallium, signe de son autorité métropolitaine, et pour éprouver — Dieu le veuille! — quelque réconfort dans les douloureuses circonstances qui, aujourd'hui, font tant souffrir la chère communauté maronite et cette terre du Liban qui nous tient tant à cœur.

Nous venons d'écouter avec recueillement votre vibrant message, imprégné de foi et d'espérance, votre appel pressant à la charité et à

* **Die 30 mensis novembris a. 1975.**

la réconciliation. De grand cœur, nous le faisons nôtre. Pour nous, nous soulignerons seulement la part de choix que votre communauté maronite assume dans la mission des Eglises orientales et dans la mission du Liban.

« Les Eglises d'Orient s'honorent, en effet, d'une ancienneté vénérable grâce à laquelle resplendit en elles la tradition apostolique transmise par les Pères qui fait partie du patrimoine de l'Eglise universelle ».[1] Le récent Concile a voulu remettre en pleine lumière ce fait si important. C'est un trésor, un trésor vivant, que représentent ainsi ces communautés ecclesiales, et l'Eglise maronite y occupe une place vénérable, comme un rameau florissant du rite syro-antiochien. Il vous revient donc de garder et d'épanouir la richesse de la foi et de la doctrine, de la spiritualité et de la discipline, de la liturgie et de l'histoire dont vous avez hérité. Votre tradition originale a été restaurée et vous savez combien l'Eglise désire la voir respectée et promue.[2] Les Eglises catholiques d'Orient doivent veiller avec le même soin à entretenir avec l'ensemble de l'Eglise catholique une profonde communion, faite d'estime, de connaissance mutuelle et de collaboration; et tout particulièrement avec ce Siège romain, établi comme signe et fondement de l'unité : c'est votre honneur de l'avoir si bien compris. Enfin, par leur proximité et leur affinité spirituelle avec les Eglises séparées, elles ont aussi une responsabilité providentielle de premier plan pour la réconciliation de tous les chrétiens.[3] Telle est, chers Frères et Fils maronites, la mission commune à tous les catholiques d'Orient, qui vous échoit à un titre spécial, étant donné la cohésion, la force et la fidélité de votre communauté.

Vous avez aussi une responsabilité spéciale au Liban, et, comme libanais, au Proche Orient. Dès le cinquième siècle, le grand évêque Théodoret de Cyr illustrait l'Eglise d'Antioche par ses prises de position courageuses dans les controverses christologiques du temps. Vous êtes toujours les témoins de la tradition de saint Maron, qui a su se maintenir vivante depuis ce fameux monastère de la vallée de l'Oronte, fidèle à la foi authentique au milieu de tous les vents de l'histoire, et soucieuse de sainteté contemplative. Il nous revient en mémoire une parole admirable du « divin Maron », comme aimaient l'appeler ses

[1] **Decr. de Eccl. Orient. Cath. *Orientalium Ecclesiarum,* n. 1.**

[2] ***Ibid.,* n. 6.**

[3] **Cf. *ibid.,* n. 24.**

biographes : « Sanctorum autem oratio commune malis omnibus est remedium)).[4] Oui, cet enracinement dans la prière, ne serait-ce pas, aujourd'hui encore, le remède à bien des maux, l'arme évangélique par excellence, avec la charité, une source de paix et de fraternité, un témoignage de l'essentiel?

Par ailleurs, vous faites partie intégrante de la société libanaise qui, en tant de domaines économiques, sociaux, culturels, a manifesté un si vif souci de se rénover, de correspondre aux besoins de ses populations, aux requêtes légitimes du monde moderne, dans le sens du progrès, de la justice, d'une participation équitable, de la paix. Ce sont là des objectifs dont le Liban peut être fier et qui requièrent évidemment l'engagement des chrétiens, dans la ligne de la Constitution ***Gaudium et spes*** que Votre Béatitude s'est plu à citer. Nous aimons penser que l'Eglise au Liban, dont la communauté maronite constitue une si large part, est la première à donner l'exemple de cet « aggiornamento » en ce qui la concerne, et de ce service adapté en ce qui concerne la société moderne de ce noble pays.

Un point mérite d'être aujourd'hui souligné : votre contribution à la paix. Jusqu'ici, votre pays a offert en exemple la possibilité concrète, malheureusement trop rare, d'une vie paisible et fraternelle entre communautés assez diverses sur le plan ethnique et religieux ; d'une société ouverte également aux apports de civilisations différentes et capable de les harmoniser en gardant son originalité. Aujourd'hui des dissensions, radicalisées jusqu'aux combats meurtriers et destructeurs, sembleraient remettre en question cet équilibre dynamique. Nous en sommes profondément affligé, pour vous-mêmes, pour tous vos compatriotes que nous aimons, pour le Moyen-Orient qui garde les yeux fixés sur cette formule de coexistence entre musulmans et chrétiens, pour tous les hommes épris de paix à travers le monde. Alors, au nom de l'Evangile, nous vous supplions d'user de tout le poids dont vous disposez au Liban pour faciliter la pacification et la réconciliation. Et nous adjurons encore une fois, au nom de l'humanité, tous les responsables de saisir la chance qui demeure de promouvoir l'unité au Liban, en refusant les incitations à la violence d'où qu'elles viennent, en mettant fin aux combats fratricides, en entretenant ou en reprenant des contacts amicaux entre tous les croyants, chrétiens, musulmans et juifs,/ en

[4] *PG* **82, 1418.**

recherchant une collaboration sincère entre tous les citoyens. Œuvre délicate, œuvre difficile, certes, qui demande un effort loyal chez tous. Mais, nous n'en doutons pas, c'est le témoignage qui sied à des chrétiens, surtout en cette Année Sainte, c'est l'attitude normale de frères professant la foi au même Dieu, c'est le seul chemin de l'humanité.

Dans cette conjoncture — que nous tenons très présente à Pesprit en célébrant la mort et la résurrection du Seigneur — croyez bien, chers amis, que la compréhension affectueuse de tous vos frères catholiques, leur confiance, leur prière, leur soutien vous accompagnent. Le Saint-Siège, tout spécialement, vous demeure très proche en ces heures douloureuses, en espérant que vous puissiez jouir toujours d'un climat favorable à l'épanouissement de votre communauté maronite et de vos activités pastorales et caritatives. Soyez sûr aussi que la lumière et la force de l'Esprit Saint ne vous manqueront pas pour ce témoignage évangélique. En gage de ces grâces, en signe de notre communion et de notre particulière sollicitude, nous vous donnons notre Bénédiction Apostolique.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Paulus Divina Providentia Pp. VI, successivis decretis Sacrae Congregationis pro Episcopis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

die 2 Octobris 1975. — Titulari episcopali Ecclesiae Ottocensi praefecit R. P. D. Mauritium Delorme, Vicarium Generalem Archidioecesis Lugdunensis, quem deputavit Auxiliarem E.mi P. D. Alexandri Caroli S. R. E. Cardinalis Renard, Archiepiscopi Lugdunensis.

die 27 Octobris. — Titulari episcopali Ecclesiae Nassitanae R. D. Paulum I. Cordes presbyterum archidioecesis Paderbornensis, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Ioannis I. Degenhardt, Archiepiscopi Paderbornensis.

die 28 Octobris. — Titulari episcopali Ecclesiae Midicensi R. D. Sigismundum Kaminski, Canonicum honorarium Capituli Cathedralis Lublinensis, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Boleslai Pylak, Episcopi Lublinensis.

die 12 Novembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Thagorensi R. D. Eduardum Martínez Somalo, e clero dioecesis Calaguritanae et Calceatensis-Logrognensis, Adsessorem Secretariae Status seu Papalis, quem archiepiscopali dignitate ornavit atque Nuntium Apostolicum in Republica Columbiae constituit.

die 20 Novembris. — Cathedrali Ecclesiae Dromorensi R. D. Franciscum Gerardum Brooks, Canonicum Capituli Cathedralis eiusdem dioecesis.

die 21 Novembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Martanaënsi R. D. Alexandrum Jiménez Lefeble, vicarium episcopalem pro actione pastorali fovenda in dioecesi Talcensi, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Caroli González Cruchaga, Episcopi Talcensis.

die 25 Novembris. — Praelaturae Missionis Galliae seu Pontiniacensi Exc. P. D. Rogerium Etchegaray, Archiepiscopum Massiliensem.

die 27 Novembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Tubiensi R. P.^D. Ottone Wüst, Praelatum honorarium Sanctitatis Suae, e clero dioecesis Basileensis, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Antonii Hänggi, Episcopi Basileensis.

SACRA CONGREGATIO PRO GENTIUM EVANGELIZATIONE SEU DE PROPAGANDA FIDE

I

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Paulus Divina Providentia Pp. VI, successivis decretis Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

die 6 Iunii 1975. — Titulari episcopali Ecclesiae Abthugnitanae praefecit R. D. Emmanuelem Lê-Phong-Thuân, quem Coadiutorem cum iure successionis Exc.mi P. D. Iacobi Nguyên Ngoc Quang, Episcopi Canthoënsis, constituit.

— Titulari episcopali Ecclesiae Elephantariensi in Proconsulari R. D. Franciscum Xaverium Nguyên Quang Sach, quem Coadiutorem cum iure successionis Exc.mi P. D. Petri Mariae Pham-ngoc-Chi, Episcopi Danangensis, constituit.

— Titulari episcopali Ecclesiae Puppitanae R. D. Andream Nguyên Van Nam, quem Coadiutorem cum iure successionis Exc.mi P. D. Iosephi Tran-Van-Thiên, Episcopi Mythoënsis, constituit.

die 16 Iulii. — Titulari episcopali Ecclesiae Vergensi R. D. Paulum Nguyên Minh Nhât, quem Coadiutorem cum iure successionis Exc.mi P. D. Dominici Nguyên van Lang, Episcopi Xuanlocensis, constituit.

die 15 Augusti. — Titulari episcopali Ecclesiae Tubusuptitanae R. D. Raphaelem Nguyên Van Diep, quem Coadiutorem cum iure successionis Exc.mi P. D. Iacobi Nguyên-Van-Mau, Episcopi Vinhlongensis, constituit.

die 29 Augusti. — Titulari episcopali Ecclesiae Ubabensi R. P. Andream Henrisoesanto, Congregationis Sacerdotum a Sacro Corde Iesu sodalem, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Alberti Hermelink Gentiaras, Episcopi Tangiungkarangani.

die 7 Septembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Tipasitanae in Mauretania R. D. Theophanem Nguyên-nhu-Thê, quem archiepiscopali

dignitate ornavit atque Coadiutorem cum iure successionis Exc.mi P. D. Philippi Nguyên-Kim-Dien, Archiepiscopi Huéensis, constituit.

die 18 Novembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Tablensi R. D. (Manum Quilici, Antistitem Urbanum, quem archiepiscopali dignitate ornavit atque Pro-Nuntium Apostolicum in Republica Centroafricana necnon Delegatum Apostolicum in Rebuspublicis Ciadensi et Congica constituit.

die 20 Novembris. — Cathedrali Ecclesiae Inhambanianae R. D. Albertum Setele, Directorem Cathechistarum scholae de Guiua.

— Cathedrali Ecclesiae Sakaniensi R. D. Eliam Amsini Kiswaya, e Kongoloënsi dioecesi eiusque cathedralis paroeciae curionem.

II

NOMINATIO

Decreto ut infra dato, Sacra Congregatio pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide ad suum beneplacitum renuntiavit :

die 29 Novembris 1975. — Exc. P. D. Thomam Nantha, Episcopum titularem Succubensem, ***Administratorem Apostolicum*** « ad nutum Sanctae Sedis » Vicariatus Apostolici Luangensis-Prabangensis.

III

MYITKYINAËNSIS - M ÁNDALA YENS IS - LASHIOËNSIS

DECRETUM

De finium mutatione

Cum ad bonum animarum in Birmana Natione provehendum expostulatum sit ut paroecia vulgo « Pang Pao », respective in divisionibus civilibus vulgo ((Sagaing » et ((Northern Shan States » contenta, et hucusque ad Dioecesim Myitkyinaënsem pertinens, a memorata Dioecesi Myitkyinaënsi ita abstrahatur ut pars ad divisionem civilem ((Sagaing » pertinens, Archidioecesi Mandalayensi adscribatur, et pars in territorio « Northern Shan States » consistens, ad Praefecturam Apostolicam Lashioënsem, nuper erectam, adnectatur, Sacrum hoc Consilium Christiano Nomini Propagando, re mature perpensa, et consensu Exc.morum Ordinariorum, quorum interest, prae oculis hábito, oblatis precibus obsecundandum esse censuit.

Itaque eadem Sacra Congregatio vigore facultatum sibi a SS.mo Domino Nostro PAULO Divina Providentia Pp. VI tributarum, supra memoratam propositionem adprobavit ac praesens ad rem Decretum confici iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, die vicesima mensis Novembris a. D. 1975.

AGNELLUS Card. Rossi, ***Praefectus***

L. © S.

© Bernardinus Gantin, ***a Secretis***

IV

CALCUTTENSIS - KRISHNAGARENSIS

DECRETUM

De mutatione finium dioecesium

Quo facilius et efficacius spirituali dominici gregis saluti eiusque regimini consuli possit, Exc.mi ac Rev.mi Ordinarii circumscriptionum ecclesiasticarum Calcuttensis et Krishnagarensis, novam eamque aptiorem inter eadem territoria finium definitionem nuper ab Apostolica Sede expostulaverunt.

Quapropter Sacrum hoc Consilium Christiano Nomini Propagando, praehabito favorabili voto Conferentiae Episcopalis Indiae necnon Superioris Provincialis Patrum Salesianorum, putans huiusmodi immutationes in bonum animarum cessuras, vigore specialium facultatum sibi a SS.mo Domino Nostro PAULO Divina Providentia Papa VI tributarum, oblatas preces accipiendas esse censuit ac inter memoratas circumscriptiones ecclesiasticas fines constituendos esse decernit :

"... that the area covered by the three thanas of Bagdaha, Bangaon and Gaighata of the 24 Parganas District which at présent belong to the Diocèse of Krishnagar, shall be separated from the aforementioned Diocèse and attached to the Archdiocese of Calcutta, so that, from henceforth, they shall form an integral part of that Archdiocese".

Haec Sacra Congregatio in perpetuam rei memoriam praesens Decretum confici et expediri iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, die 22 mensis Novembris a. D. 1975.

AGNELLUS Card. Rossi, ***Praefectus***

L. 6B S.

83 Bernardinus Gantin, ***a Secretis***

SACRA CONGREGATIO PRO CAUSIS SANCTORUM

I

ANTIOCHENA MARONITARUM

Canonizationis Beati Sarbelii Makhlouf a Bequa' Kafra, Sacerdotis et Monachi professi Ordinis Libanensis Maronitarum.

SUPER DUBIO

An et de quo miraculo, post indultam ab Apostolica Sede venerationem, constet in casu et ad effectum de quo agitur.

Orientalis Ecclesiae filium, gloriam Libani, Sarbelium Makhlouf — qui vitam, sanctitate commendatam, veterum anachoretarum, deserta loca incolentium rettulit — Paulus Papa VI sub exitum Concilii Oecumenici Vaticani Secundi, die scilicet 5 mensis Decembris a. 1965, in Beatorum Caelitum album ascripsit. Exinde eius sanctitatis fama magnopere increbruit, praesertim ob miras sanationes quae, eius invocato nomine, a Deo dicebantur effectae, cultusque fidelium erga ipsum Beatum in dies est auctus. Quapropter, probante Summo Pontifice, Causa canonizationis die 25 Iulii a. 1972 resumpta est.

E variis autem portentis, quae precibus et meritis Beati Sarbelii Makhlouf divinitus patrata ferebantur, unam sanationem selegerunt actores quae miraculi notas evidentius praeseferebat, huicque sacro foro ad cognoscendum exhibuerunt, ut eidem Beato supremi altarium honores decernerentur.

Per solam dicti Beati invocationem, adhibita mirabili cordis demissione animique fiducia, quemadmodum de muliere syrophoenissa in Evangelio legitur (cf. *Mt.* 15, 21-28), domina Maria Assaf Aouad ex Syria oriunda sed civitate Libanensis, religione catholica ritus byzantini-melkiti, undesexaginta annos nata, de repente ac plene a tuniore maligno dexterae tonsillae mense Novembri anno 1966 convaluit.

Super eiusmodi mira sanatione processus Apostolicae Sedis auctoritate est institutus die 18 Novembris a. 1972 in Curia patriarchali

Antiochena Maronitarum, qui, absolutus die 13 Aprilis a. 1973, Romam transmissus est, deque eius iuridica vi et validitate decretum exiit huius Congregationis die 23 Novembris anno 1973.

Quemadmodum medici a cura, medici ab inspectione peritique ex officio adlecti testesque excussi testati fuerant, ita et Medici nostrae Consultae uno ore asseruere die 6 mensis Novembris a. 1974 coadunati praefatam sanationem supra naturae vires evenisse.

Quibus peractis, quaestio subiecta est theologorum iudicio, primum quidem Officialium Praelatorum Patrumque Consultorum, in Peculiari Congressu diei 20 Maii hoc anno 1975; ac postea, die 8 Iulii eodem anno, super eadem sanatione Patres Cardinales in Coetu Plenario in Vaticanis Aedibus coadunati, referente Rev.mo Cardinali Agnelo Rossi, Causae Ponente seu Relatore, disceptarunt. Et proposito dubio num constaret de miraculo, cunctis suffragiis affirmando responderunt.

Facta postmodum, die 12 Iulii huius anni, de praefatis omnibus Summo Pontifici Paulo VI per me subscriptum Antistitem a Secretis S. Congregationis relatione, eadem Sanctitas Sua vota Patrum Cardinalium rata habens, mandavit ut decretum rite concinnaretur; concessitque insimul, actoribus Causae enixe instantibus, dispensationem super praescripto canonis 2138 § 1 Codicis Iuris Canonici, ita ut ad sollemnem eiusdem Beati Sarbelii Makhlouf canonizationem uno dumtaxat miraculo rite agnito et approbato deveniretur.

Hodierno tandem die, Beatissimus Pater ad se accivit infra scriptum Pro-Praefectum necnon Rev.mum Cardinalem Agnelum Rossi, Causae Ponentem, meque a secretis ceterosque de more convocandos, eisque adstantibus edixit : ***Constare de uno miraculo a Deo patrato, Beato Sarbelio Makhlouf intercedente, nimirum: de instantánea, perfecta atque constanti sanatione dominae Mariae Assaf Aouad a tumore mali moris dexterae tonsillae.***

Quod Decretum publici iuris fieri et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 3 Octobris, Anno Maximi Iubilaei 1975.

© CONRADUS BAPILE, Archiep. tit. Antiochen. in Pisidia, ***Pro-Praefectus***

L. © S.

© Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., ***a Secretis***

II

DUBLINEN.

Beatificationis et canonizationis Servi Dei Matthaei Talbot, viri laici.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine, earumque adnexis in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

« In variis vitae generibus et officiis una sanctitas excolitur ab omnibus, qui a Spiritu Dei aguntur, atque voci Patris oboedientes Deumque Patrem in spiritu et veritate adorantes, Christum pauperem, humilem et crucem baiulantem sequuntur, ut gloriae Eius mereantur esse consortes. Unusquisque vero secundum propria dona et munera per viam fidei vivae, quae spem excitat et per caritatem operatur, incunctanter incedere debet » (Conc. Oec. Vat. II, Const dogm. ***Lumen gentium,*** n. 41). Etiam « laici utpote Christo dicati et Spiritu Sancto uncti, mirabiliter vocantur et instruuntur, ut uberiores semper fructus Spiritus in ipsis producantur », et « qua adoratores ubique sancte agentes, ipsum mundum Deo consecrant » (ib., n. 34).

Hoc persuasum sibi summe habebat Servus Dei Matthaeus Talbot, qui doctrinam de universali fidelium ad sanctitatem vocatione ex sancti Francisci Salesii ***Introductione ad vitam devotam*** didicerat, quam meditari inque vitae rationem inducere in dies conabatur. Ex quo enim, Spiritus gratia actus, alchoolicis valedixit potibus, se Domino totum tradidit, eius dilectionem in omnibus heroica fidelitate sanctaque fortitudine inquirens, cuius et testis humilis et laetus in mundo exstitit, laicos summos christianae perfectionis vértices consequi bonumque Christi odorem (cf. ***2 Cor.*** 2, 15) posse ubique esse sua ipsius vita commonstrans.

Dei Famulus secundo loco natus inter filios Caroli Talbot et Elisabeth Bagnali, Dublini, in Hiberniae principe urbe ortus est die 2 mensis Maii anno 1856 et post triduum baptismate Christo in Ecclesia regenerata, nomen accepit Matthaei. Sexennis Fratribus vulgo ***Irish Christian Brothers*** litterarum primordiis instituendus traditur, donec anno 1868, duodecimum agens annum, familiae paupertate etiam urgente, studiis

valedixit mercenarias operas facturus. Societati cuidam vino vendendo primum addictus, ac deinde f aber caementarius factus (aa. 1873-1884), opus sibi commissum diligenter peragebat, etsi sociorum laboris exempla secutus, vinolentiae et tabaci usui indulgere misere coepit, christianae vitae habenis aliquantum laxatis; tamen a fide non defecit, nec castitatem labefactavit neque Deiparae Virginis cultum omnino reliquit.

Et Virgo Sanctissima, quae peccatorum refugium ab Ecclesia salutatur, filio ebrioso vigil adstabat, eaque intercedente, ut ipsemet Dei Famulus fateri non dubitabat, quodam die sabbati anno 1884, ex fortuito specie casu, Matthaeus ad bonam frugem conversus est. Cum etenim illa die, post ebrietatis hebdomadam, pecunia carens qua vinum sibi emeret, a sociis quos auxilii causa adierat, ludibriose reiectus esset, gratiae luce subito perculsus domum reversus est, animo iam firmiter cogitans funestum vitium in perpetuum se derelicturum. Eiusmodi consilium piae matri, quae precibus et lacrimis filii conversionem a misericordiarum Patre iamdudum efflagitabat, aperuit, simul asserens se illico a quovis potu inebriante et a tabaco abstinere paratum. Quod quidem ad tempus primum, anno autem 1884 exeunte per totum vitae spatium se in sacerdotis manibus facturum spopondit, promissisque ad mortem usque fideliter ac religiose stetit. Quo debiliores redditas ex vitio vires novo vigore donaret, simul ac peccati viam dereliquit, ad Eucharistiam reversus est, quam ***manducare refici est*** (S. Augustinus, Sermo 131, 1). Ex ea praesertim vires hausit, quibus egebat ut fortis in fide Deo data resisterei, non obstantibus blandimentis et stimulis quibus ad praeterita adeo violenter trahebatur. Tunc mediis in tentationibus, spe divini auxilii nisus, ingemiscens orabat : ***Ad ea quae reliqui, Domine, certe non revertar.*** Et re quidem vera, fide invicta, iugi oratione et generosa mortificatione, quae retro erant obliviscens (cf. ***Philip*** 3, 13), in novitate vitae ad bravium usque perseveravit, vitae suae experimento demonstrans hominem omnia posse in Deo qui eum confortât (cf. ***Philip*** 4, 13).

Vitae rationem Spiritu actus instauravit talem, quae, praesertim in operario, vix concipi potest, quaeque Matthaeum fortem in christiano agone athletam probavit. Bellum sibi inferens, ut quae peccando egerat in unione cum Christi passionibus expiaret, corpus castigare et in servitutem redigere in morem induxit, quo antiquos Hiberniae sanctos in invidiam vocasset. Toto fere anni tempore ieiunium in normam assumpsit, parcissime et genibus nexus manducare solitus. Ferréis catenulis corpus arcte praecinxit, quibus carnem diu noctuque cruciabat,

quattuor circiter horas somno super nudas tabulas concedens, assere pro cervicali adhibito. Haec autem humiliter et clam Dei Famulus praestanda curabat, summa caritate satagens ut quae sibi denegabat pauperibus et Missionibus ad exteras gentes adiuvandis inservirent, tempus autem somno sublatum in orationem impenderet. Intellexit etenim tantum se amicalem cum Deo communionem assecuturum, quantum spiritus libertati prospiceret, universa secundum Deum diiudicando. Cui auxilio fuit et mirum animi aequilibrium et humilitas qua consilium ab Ecclesiae ministris petebat, necnon doctrinae sacrae amor, quo, tempore sancte usus, innumeros pios utilesque libros legere valuit, lectionem saepius in orationem convertendo.

Deum enim in omnibus summe diligendum sibi primum proposuit, factis potius quam verbis caritatem augescere studens. Maximum thesaurum Deum habens, paupertatem elegit, castitatem in caelibatu ex Dei amore studiose excoluit, natura aliquantum iracunda devicta mitem se praebuit, pauperiorum se necessitatibus large succurrendo. Tamen, speciali abs dubio Spiritus charismate ornatus, orationis studio praecipue excelluit. Peculiarem enim inclinationem expertus, ***orationis gratiam*** a Deo expostulavit obtinuitque, ut ***oratio vivens*** videretur. Repetita in dies Missae sacrificii participatio ignem in eo succendebat quo toto diei cursu vehementer ad Christum trahebatur. In Dei praesentia iugiter ambulans, sanctis aspirationibus continuo in Deum ferebatur, Christi mysteria cum Mariae corde et mente fideliter contemplans. Integrum etenim Mariale Rosarium cotidie recitabat, ex orante cum Servatore eiusque Matre communione vires sumens ad Deum eiusque Ecclesiam operum dilectione prosequenda. Si enim beatae Virginis, quam summe diligebat, mancipium noster se fatebatur Matthaeus, si Tertio Franciscali Ordini saeculari multisque fidelium associationibus dederat nomen, si innumera pia exercitia fideliter peragebat, haec omnia in spiritu vivissimae fidei praestabat, qua ad opera in Dei laudem facienda maiore in dies caritate adigebatur.

Namque quo magis invictum ab oratione spiritum non relaxabat, eo magis sui immemor fratribus adiuvandis impense consulebat, ex commercio cum Deo eam hauriens vultus ac verborum suavitatem quam pueri praesertim operumque socii experiri potuerunt. Conversionis enim gratia adeo fideliter percepta, humilem, ut antea, operarium egit, panem in sudore sibi aliisque procurans. Ecclesiae doctrinam de laboris dignitate et operariorum iuribus sat cognitam habens, eadem iura adeo iniuste obtrita pro facultate defendit, etsi primus omnium commissa

sibi opera diligenter perficiebat, dignus qui in exemplum in labore perficiendo adimplendoque proponeretur. Nam alta iam qua theologali animabatur vita, communionem cum Deo etiam labor fovebat, ita ut Matthaeo facilis omnino gressus ab operibus ad orationem fieret, et vicissim ab oratione ad laborem, vir vere ***contemplativa*** in saeculo et mediis obruentioribus mundi actionibus redditus, quae aptissima christianae perfectionis media efficere novit ad suam laicalem vocationem ad Evangelii normam in Ecclesia sancte persequendam. Quodsi Famuli Dei cor flammis caritatis succensum aliquando videbatur, adeo ut ***stultitia amoris*** vehementer captus instar magni Ecclesiae sancti censeretur, caritatis plenitudinem fideliter et simpliciter in cotidianam ille transfundebat vitam, qua per quadraginta et duos circiter annos fortis in fide, sine unquam animi relaxatione, probavit quid Dei omnipotentis gratia in quolibet homine perficere valeat qui inter mundi etiam varietates exsistens, Deum in omnibus quaerit, paschale Christi mortis et resurrectionis mysterium generose participat, in oratione in Spiritu Sancto perseverat, Ecclesiam operibus diligit, fratribus servit, omnia humillima quoque et operosae vitae officia fideliter diligenterque ad mortem usque adimplet.

Anno 1923 Servus Dei cordis ictu perculsus, in nosocomium est receptus, donec ad suetam orationis, paenitentiae et laboris vitam redire valuit. Attamen die 7 Iunii a. 1925, sollemnitate sanctissimae Trinitatis recurrente, dum ad alteram Missam participandam ad templum domo r egreditur, subita correptus est morte.

Viri Deo cari ac christiani operarii exemplaris, virtutibus mire decori, fama sanctitatis post mortem praeter omnium opinionem erupit atque per orbem terrarum in dies est diffusa.

Qua super sanctitatis fama constructo in Curia Dublinensi canonico processu, Causa introducta fuit apud Apostolicam Sedem die 28 Februarii a. 1917. Post apostolicum super virtutibus in specie processum, Dublini annis 1919-1953 instructum, habitus est, die 25 Martii a. 1975, Congressus Peculiaris Officialium Praelatorum Patrumque Consultorum, et postea, die 13 Maii eodem anno, Congregatio Plenaria Patrum Cardinalium, Rev.mo Cardinali Agnelo Rossi Causae Ponente, est celebrata. Qui omnes proposito de heroico virtutum Servi Dei gradu adfirmando responderunt.

Facta postmodum de hisce omnibus Summo Pontifici Paulo VI per subscriptum Secretarium die 12 Iulii a. 1975 fideli relatione, Sanctitas

Sua ut decretum concinnaretur super virtutibus eiusdem Servi Dei mandavit.

Quod cum rite factum esset, hodierno die, accitis ad se infrascripto Pro-Praefecto necnon praedicto Cardinali Causae Ponente meque Antistite a Secretis ceterisque de more convocandis, iisque adstantibus, Summus Pontifex sollemniter edixit : ***Constare pie virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine, earumque adnexis, in gradu heroico Servi Dei Matthaei Talbot, in casu et ad effectum de quo agitur.***

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum inseri mandavit.

Datum Romae, die 3 Octobris, Anno Iubilaeo 1975.

8B CONRADUS B AFILE, Archiep. tit. Antiochen. in Pisidia,
Pro-Praefectus

L. © S.

® Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., ***a Secretis***

III

LAUDEN, SEU CBEMONEN.

Beatificationis et canonizationis ven. Servi Dei Vincentii Grossi, Sacerdotis saecularis, parochi et fundatoris Instituti Filiarum Oratorii.

SUPER DUBIO

An et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum de quo agitur.

Cum diuturnae sacerdotalis vitae in paroecialibus ministeriis per decem fere lustra praeclara specimina praebuisset Filiarumque Oratorii Institutum christianae educationi iuventutis destinatum condidisset, Famulus Dei Vincentius Grossi diem obiit supremum anno 1917, aetatis suae septuagesimo secundo, sanctitatis fama condecoratus. Quem, servatis de iure servandis, in christianis virtutibus exercendis heroicum attigisse gradum Summus Pontifex Paulus VI die 10 mensis Maii anno 1973 sanxit.

Instituta est postmodum quaestio de binis miraculis quae, eodem Venerabili Servo Dei deprecatore, a Deo patrata ferebantur, quaeque

Causae actores pro impetrandas eidem Venerabili Beatorum Caelitum honoribus sacro huic foro proposuerunt.

Quorum primum contigit in domo Filiarum Oratorii apud ***Massalengo,*** intra fines Laudensis dioecesis, Sorori Carolae Marasi, annos quinquaginta et septem natae. Ipsa namque amplius triginta iam annos osteoperiostite in sinistro femore erat affecta. Medicinae remediis proficientibus nihil incassumque peractis incisionibus chirurgicis, pristina salus non amplius est recuperata ; quinimmo infirmae condicio in peius ruebat adeo, ut mense Decembri anno 1945 humana spes ad sanitatem redeundi nulla superesset, nisi forte alia nova ex manu curatio peracta fuisset, cui tamen aegra Soror se subicere renuit, quandoquidem iam novies secari se passa erat. Uni divino auxilio fisa stetit, deprecatore Venerabili Servo Dei Vincentio Grossi. At morbus usque ad Nativitatis Domini pervigilium obstinatior perseveravit. Post Missam autem in nocte Nativitatis per televisificas undas transmissam, cui aegra pie ac devote attendit, dum medium silentium tenerent omnia, placidissimo somno est correpta, atque primo diluculo plene sanata expergefacta est, gradi capax utroque pede, cum eam plures annos tardavisset infirmitas.

Alterum miraculum accidit dominulae Luciae Sabbioni, ludimagistrae vigesimum sextum agenti annum. Quae, adversa valetudine affecta, duas chirurgicas sectiones annis 1945-1946 passa erat, alteram ob tonsillarum inflammationem, alteram ob morbum ex intestinorum appendice. Sub finem anni 1948 graves denuo molestias abdominales atque dispeptica incommoda inuente anno 1949 eaque graviora sunt facta mense Februario anni eiusdem. A curatione medici agi edixerunt de mesenterii inflammatione tuberculari humanaque remedia praescripsere opportuna, quorum nihilominus inefiicaciam morbique in peius evolutionem complures medici in re periti concordes proclamavere. Tum aegra, omni spe medicis subsidiis recuperandae valetudinis deiecta, Venerabilis Vincentii Grossi opem die 29 mensis Iunii eodem anno 1949 suppliciter invocare coepit et produxit, donec, mane diei 4 Iulii e somno expergefacta, se perfecte sanatam experta est. Accitus medicus postridie cuncta morbi evanuisse symptomata mirabundus repperit et testatus est.

Praeter naturae vires et leges utramque praefatam sanationem evenisse medici a curatione, periti ab inspectione, periti ex officio testesque inducti unanimi suffragio asseruerunt; Quapropter canonici processus instructi sunt super binis sanationibus, et quidem in Curia ecclesiastica Laudensi, anno 1947 potestate ordinaria et anno 1955 apostolica aucto-

ritate super priore; super altera vero, Apostolicae Sedis auctoritate, anno 1959 ; qui Romam transmissi decretum de iuridica eorumdem forma et validitate meruerunt die 18 Maii a. 1973.

Post favorabile ac propitium nostri Collegii Medici iudicium die 28 Februarii a. 1974 editum de utriusque sanationis praeternaturali indole, actio agitari coepta est theologorum super binis sanationibus, primum in Congressu, qui dicitur, Peculiari Officialium Praelatorum Patrumque Consultorum die 18 mensis Martii anni huius 1975 celebrato; deinde in Congregatione Plenaria Patrum Cardinalium die 13 mensis Maii eodem anno in Vaticanis Aedibus habita, in qua Rev.mus Cardinalis Silvius Oddi, Causae Ponens seu Relator, sequens dubium posuit disceptandum : ***An et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum de quo agitur.*** Et Patres Cardinales affirmativum suffragium singuli dederunt.

Facta postmodum de praedictis omnibus Summo Pontifici die 23 mensis Maii decurrentis anni per nuper defunctum Cardinalem Aloisium Raimondi, Sacrae huius Congregationis Praefectum, relatione, Sanctitas Sua sententiam Patrum Cardinalium ratam habens, mandavit ut super binis miris sanationibus decretum rite appararetur.

Quod cum factum esset, hodierno die Beatissimus Pater, accitis infrascripto Pro-Praefecto atque Cardinali Silvio Oddi, Causae Ponente seu Relatore, meque a secretis Antistite ceterisque de more convocandis, iisdem adstantibus praesens promulgavit decretum, edicens : ***Constare de duobus miraculis, Venerabili Vincentio Grossi intercedente, a Deo patratis, scilicet de instantánea perfectaque ac constanti sanatione cum Sororis Carolae Murasi ab osteoperiostite chronica magni trochanteri sinistri cum statu toxico infectivo ac gravi condicionis generalis compromissione, tum dominulae Luctae Sabbioni a tuberculosi peritoneali fibrocaseosa diffusa.***

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 3 mensis Octobris, Anno Sacro 1975.

SB CONRADUS BAFILB, Archiep. tit. Antiochen. in Pisidia,
Pro-Praefectus

L. © S.

© Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., ***a Secretis***

IV

NEAPOLITANA

Beatificationis et canonizationis ven. Servi Dei Iosephi Moscati, viri laici, in Neapolitano Athenaeo professoris.

SUPER DUBIO

An et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum de quo agitur.

Laicos inter viros, qui recentiore aetate sanctitate vitae aliisque rebus gestis ***ad rerum temporalium ordinem spiritu evangelico perfundendum ac perficiendum*** (Conc. Vat. II, Decr. ***Apostolicam actuositatem ,*** n. 2) valde contulerunt, recensendus est Venerabilis Servus Dei Iosephus Moscati, medicinae scientia et arte clarissimus. Heroicas virtutes eum excoluisse Paulus Papa VI die 10 mensis Maii anno 1973 declaravit.

Cuius Venerabilis Servi Dei invocato nomine, dominus Constantinus Nazzaro, custodum tribunus, quinquaginta et duo annos natus, Puteolis anno 1954 a morbo quem ab Addison vocant de repente sanatus fuit. Eodemque Venerabili Servo Dei sedulo invocato, adulescentulus Raphaël Perrotta, anno 1941 in provincia Casertana, improviso ac perfecte sese a meningite cerebrospinali meningococcica sanatum persensit.

Cum praeter naturae vires et leges eiusmodi sanationes contigisse dicerentur, processus Apostolicae Sedis auctoritate conditi sunt : super priore quidem in Curia Puteolana a die 26 Ianuarii a. 1956 ad diem usque 19 Augusti a. 1957 ; super altera vero in Curia Calvensi et Theanensi a die 9 Maii ad diem 9 Octobris anni 1951. Quae iuridicae inquisitiones Romam sunt transmissae deque earum legitima forma ac vi haec Sacra Congregatio die 9 Novembris a. 1973 constare edixit.

Coadunato, die 18 mensis Septembris a. 1974, Consilio Medico eiusdem Sacrae Congregationis, et prolato favorabili iudicio de utriusque sanationis praeternaturali indole, res tota theologorum studio et iudicio est subiecta; primum quidem in Peculiari Congressu Officialium Praelatorum Patrumque Consultorum, die 6 mensis Maii anni huius 1975 habito, ac postea, die 17 Iunii subsequentis mensis, in Coetu Plenario Patrum Cardinalium ad Vaticanas Aedes celebrato, in quo, Rev.mo Cardinali Humberto Mozzoni, Causae Ponente seu Relatore, disceptatum est iterum super dubio : ***An et de quibus miraculis constet in casu et***

ad effectum de quo agitur. Et, qui aderant, Cardinales unanimis votis affirmando responderunt.

De praemissis omnibus facta Summo Pontifici Paulo VI per subscriptum Secretarium die 12 Iulii anni huius relatione, Sanctitas Sua vota Sacrae Congregationis excipiens, mandavit ut super binis miraculis decretum rite conficeretur.

Quod cum factum esset, idem Summus Pontifex accivit hodierno die ad se infra scriptum Pro-Praefectum necnon Cardinalem Humbertum Mozzoni, Causae Relatorem, meque Antistitem a secretis Congregationis ceterosque de more convocandos, iisque astantibus edixit : ***Constare de duobus miraculis, Venerabili Iosepho Moscati intercedente, a Deo patratis, scilicet: de instantánea, perfecta atque constanti sanatione cum domini Constantini Nazzaro a mordo quem ab Addison vocant, tum pueri Raphaelis Perrotta a meningite cerebrospinali meningococcica.***

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta S. Congregationis referri mandavit.

Datum Romae, die 3 Octobris, Anno Sacro 1975.

© CONRADUS BAFILE, Archiep. tit. Antiochen. in Pisidia, ***Pro-Praefectus***

L. © S.

© Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., ***a Secretis***

V

POMPEIANA

Beatificationis et canonizationis Servi Dei Bartholomaei Longo, viri laici, Sanctuarii Pompeiani et institutionum adnexarum fundatoris.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine, earumque adnexis in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

((O quam bona est caritas, quae absentia per imaginem praesentia sibimetipsis exhibet per amorem, divina unit, confusa ordinat, inaequalia sociat, imperfecta consummat! ». Haec Sancti Gregorii Magni effata

(Ep. 5 ***ad Vergil. ep.,*** 53: ***PL*** 77, 782) Bartholomaeo Longo maxime accommodari dixeris, cuius vita divino amore ex toto perfusa, insatiabili desiderio confusa ordinandi et inaequalia sociandi mirum in modum effulsit, ita ut nostrorum temporum apostolus Famulus Dei praedicari valeat, qui ex Dei communione vires ad bona innumera in humanae societatis commodum patranda, ut dolores lenirei, orphanos derelictosque iuvaret, adulescentes pauperiores ad artes litterasque institueret, Christi eiusque divinae Matris amore hausit.

Piis honestisque parentibus Bartholomaeo et Antonia Luparelli in loco cui nomen Latiano, intra Uritanae dioeceseos fines, die 11 mensis Februarii a. 1841 natus, sacro regenerationis sacramento post biduum Christi mystico Corpori conglutinatus est. Quinquennis Clericis Regularibus Pauperibus Matris Dei Scholarum Piarum educandus traditus, Lyciae et Neapoli deinde studia iuridica aggressus est et perfecit, doctoralem consecutus lauream. At Neapoli, cum sessionibus, quibus manes evocarentur, interesset et fidem suam in dies redderet debiliorem, opera cuiusdam amici et sacerdotis Alberti Radente, Ordinis Fratrum Praedicatorum sodalis, errorem suum agnovit et ad veritatis portum iterum est reversus, caritatis operibus, quovis humano spreto respectu, in favorem senium insistens.

Nova vitae semita incepta, totis viribus Deum diligendum sibi prae omnibus proposuit, Christi divinum Cor virtutum exemplar sibi constituens, cuius cultus propagandi incensus est ardore. Sancta consuetudine cum Iosepho Prisco, archiepiscopo Neapolitano, sacra purpura deinde decorato, cum venerabilibus Dei Servis Catharina Volpicelli, Emmanuele Ribera e Congregatione Ss. Redemptoris, Ludovico a Casaurea, coniunctus, eorum consilia monitaque probabat eorumque exemplis se conformare studebat; conscientiae moderatorem praefatum P. Albertum Radente filiali pietate secutus, a quo inter sodales Tertii Ordinis saecularis S. Dominici adscribi petiit, Fratrum Praedicatorum familiae proposita sibi sanctitatis normam in Dei contemplatione et apostolica actuositate constituens. Orationi enim maxime addictus, cum Deo continuo ambulare in omnibus satagebat; cumque in divina communione cor eius concalesceret, quo consummabatur, ardorem cum aliis communicare cupiebat, sacratissimi beatae Mariae Virginis Rosarii religione pro arma salutis sumpta.

Cum domina Maria Anna Farnararo, vidua de Fusco, magnam in eius probitate et industria poneret fiduciam, ab eadem administrationem habuit cuiusdam agri in Valle Pompeiana, ad quam die 13 Novembris

a. 1875, occasione sacrarum missionum, imaginem Bartholomaei deferendam fecit Beatae Mariae Virginis a SS. Rosario, cuius in honorem sanctuarium inibi exstruendum voluit, primario benedicto ac demisso angulari lapide die 8 Maii a. 1876. Humillima initia grandium operum fuere exordium : quandoquidem Deiparae templum, ad perfectiora in dies sancta devotione et mira arte deductum, Dei Famuli opera centrum factum est, quo ex universo terrarum orbe pia fidelium caritas opes viresque ad Virginis laudem et pauperum solamen contulit.

Namque Dei Famulus magnum in Ecclesiae Matrem amorem intellegere nesciebat, qui in hominum bonum statim non defiueret. Itaque, Mariae Annae Farnararo, quam sibi plurium consilio casto foedere anno 1885 copulaverat, auxilio, in Valle Pompeiana veram caritatis civitatem paulatim exstruendam magno labore innumerisque sacrificiis curavit, et qui pauper sibi in omnibus erat, divitiarum Christi eiusque fidelium in commodum pauperiorum ditissimus administer factus est. Magna in Deum fiducia actus, orphanotrophium aedificavit, collegium prius (a. 1891) filiis, deinde filiabus quoque (a. 1922) carcere detentor um excipiendis alendis educandisque exstruxit, typographicam officinaux aperuit, quae operibus typis editis ad Sanctae Mariae cultum augendum operaque caritatis sustinenda haud modicum contulit. Etenim Servus Dei centum et amplius libellos, qui ad ascesim, ad historiam sacram et ad Marialem devotionem fovendam promovendamque spectarent, tempore sancte usus, conscribere valuit, et anno 1884 periodicum commentarium iniit, cui titulus : ***II Rosario e la Nuova Pompei,*** quem quoad vixit moderatus est. Probe est animadvertendum Dei Famulum ferventibus suis scriptis universos ad Deiparae Virginis cultum exercendum cum operibus coniunctum caritatis cohortatum esse. Piissimam quoque ***Ad Virginem Mariam a SS.mo Rosario supplicationem,*** cordis ardore magis quam atramento, concinnavit, quae longe lateque in universum orbem diffusa, bis in anno ab universis Christifidelibus in praesens usque adhibetur, quaeque spiritualis in fide et in dilectione erga Ecclesiam renovationis saepe est altrix.

Eodem Famulo Dei etiam suadente, religiosa Congregatio Filiarum sancti Rosarii, Tertii Ordinis Sancti Dominici, in Valle Pompeiana auspicia sumpsit, cuius sodales puellas a Servo Dei magno corde in illum benedictionis locum receptas, ad pietatem, ad litteras ad artesque instituèrent.

Difficile est dictu quantas Bartholomaeus aerumnas, quot persecutiones, quantosque dolores sustinuerit. Dei amicus effectus, iuxta Cru-

cem cum Virgine Maria stare pluries debuit, ut cum Christo commoriens, vitam et laetitiam multorum cum Deipara, causa nostrae laetitiae, procuraret. Nullis parcens laboribus, nullis fractus difficultatibus, vires ad Dei opera indefatigabiliter agenda in oratione et cum Maria communione hauriebat, sancta spiritus iuventute vel progredientibus annis donatus, ut maiora semper pro Virginis gloria et fratrum bono moliretur. Hominum etenim necessitates in corde suo ferebat, omniumque doloribus, praesertim infantium et angustiis socialibus afflictorum, succurrere cupiebat. Superno motus instinctu, tempora etiam praevenit, dum societatis miseriis providere satagebat recentioris temporis adhibitis mediis, ut in omnibus Christi caritas elucesceret utque Mariae matris amor sanctorum operum praedicaretur altor.

Anno 1906 omnia Vallis Pompeianae opera Sanctae Sedi administranda cessit, et misso ad Sanctuarium pontificio legato, Dei Servus humilem adiutricem operam per viginti circiter annos contulit, innumeros et in hac sociata opera habens spiritus cruciatus, quibus dilectum sibi amicum, Matris suae solertem clientem, Christus probatum voluit.

Veluti aurum in fornace purificatus, Servus Dei die 5 Octobris a. 1926 ad caelestem patriam vocatus est, virtutum omnium fama percelebris. Quo enim magis nesciri cupiebat, ut Reginae Sacratissimi Rosarii honor splendesceret, eo magis Virgo Sanctissima Bartholomaeum virtutibus ditabat, quibus carus omnibus reddebatur. In saeculo vivens, cunctis palam fecit sanctitatis viam esse apertam iis qui cum Maria Christum in humilitate et caritate consequi cuperent, fratribus pauperioribus et debilioribus subveniendo.

Fama sanctitudinis Servi Dei post obitum in dies inclarescens, aditum aperuit inquisitionibus informativis super ea conficiendis in Pompeiana Curia annis 1934-1935 ; anno 1939 super oboedientia Urbani VIII decretis cultum Servis Dei prohibentibus, quibus additi sunt processus rogatoriales Uritanus et Papiensis. Anno autem 1943 additionalis processus Pompeianus et rogatorialis Tarvisinus adornati sunt. Eiusdem Servi Dei scriptis diligenter revisis, editum est decretum die 1 Februarii a. 1939 nihil obstare quominus ad ulteriora procedi posset. Hinc servatis de iure servandis, habita est, die 25 Februarii a. 1947, Ordinarius Coetus Sacrae tunc Rituum Congregationis super dubio num signanda esset Commissio introductionis Causae. Qui aderant Officiales Praelati Patresque Cardinales signandam esse commissionem, si Summo Pontifici placuisset, responderunt. Subortae interim cum essent peculiares

quaedam quaestiones, Pius Papa XII Commissionem introductionis Causae subsignare distulit, donec Sectio Historica Sacrae Congregationis suas protulisset conclusiones. Quod munus commissum eadem Sectio Historica cum rite absolvisset, die 2 Ianuarii a. 1967, facta publici iuris amplissima Inquisitione, Summus Pontifex Paulus VI Commissionem introductionis Causae Servi Dei die 14 Iulii a. 1967 propria signavit manu. Causae autem actores petierunt interea et obtinuerunt ut, ne probationes périrent, apostolicus processus apud Curiam Pompeianam annis 1947-1948 instrueretur super virtutibus in specie Servi Dei, qui quidem processus anno 1968 completus fuit. De omnium autem processuum, tum ordinaria tum apostolica auctoritate constructorum, forma et validitate iuridica exiit decretum die 26 mensis Februarii a. 1971.

